

Stanford University Libraries



105 120 740 175



LELAND • STANFORD • JUNIOR • UNIVERSITY

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-
RIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆ-
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,
QUIDQUONIAM SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD BESSARIONEM

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXL.

NICETRE AMBO. GEORG. ACROPOLITA. THEOD. DUCAS. ALEXANDER PAPA IV. ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES
IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

1887

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 17.4.87.

BR60

P4

v. 140

TRADITIO CATHOLICA BYZANTINA
SÆCULUM XIII. ANNI 1203-1270.

Ν Ι Κ Η Τ Α

ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

**NICETÆ CHONIATÆ
OPERA OMNIA,**

NEC NON FRATRIS EJUS

MICH. ACOMINATI CHONIATÆ

ATHENIENSIS ARCHIEPISCOPI

*QUÆ ÆTATEM TULERUNT SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA ;
INSUNT PRÆTEREA*

GEORGI ACROPOLITÆ ANNALES BYZANTINI

ET

*ALEXANDRI PAPÆ IV, THEODORI DUCÆ IMP. NICÆNI,
GERMANI II, NICEPHORI, ARSENI, CPOLITANORUM PATRIARCHARUM ;
NICEPHORI CHUMNI, METHODII MONACHI*

OPUSCULA, DIPLOMATA, EPISTOLÆ ;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

NICETÆ TOMUS POSTERIOR. CÆTERORUM TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

1887

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM III. ANNI 1205-1270.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXL CONTINENTUR

| | | |
|---|------|--|
| NICETAS CHONIATA. | | |
| (OPERUM CONTINUATIO.) | | |
| NICETÆ CHONIATÆ EX LIBRIS THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI. | | |
| Ex libro VI. <i>De Mæcedonio.</i> | 9 | |
| Ex libro VIII. <i>De Nestorio.</i> | 33 | |
| Ex libro IX. <i>De Eutychete.</i> | 37 | |
| Ex libro X. <i>De quinta synodo.</i> 67 | 67 | |
| Ex libro XII. <i>De Aphantodocetarum hæresi.</i> | 75 | |
| Ex libro XV. <i>De sexta synodo.</i> | | |
| Ex libro XVII. <i>De hæresibus Armeniorum.</i> | 89 | |
| Ex libro XX. <i>De superstitione Agarenorum</i> | 105 | |
| <i>De receptione eorum qui ab Agarenis ad rectam fidem accedunt.</i> | 123 | |
| <i>Formula altera in Sylburgii notis.</i> | 125 | |
| Ex libro XXIII. <i>De erroribus Eustratii, Nicæni metropolitæ.</i> | 135 | |
| Ex libro XXIV. <i>Synodus Græcæ Ecclesiæ de dogmate circa illa verba: « Tu es qui offers et qui offerens et qui recipis, » quod ventilatum fuit sub Manuele Comneno imp. contra Soterichum Antiochenum electum. Præsit Soterichi de sua falsa doctrina dialogus cum Philone.</i> | 137 | |
| Ex libro XXV. <i>Synodus habita propter illud dictum: « Pater meus major me est. » Præmittitur Editoris Romani Monitum.</i> | 201 | |
| Ex libro incerto. <i>De Lixicorum hæresi.</i> | 281 | |
| <i>Recensio codicis Medicei XXIV, Thesaurum Nicetæ continens in libros XXVII digestum.</i> | 283 | |
| CPOLITANI AD INNOCENTIUM III. | | |
| Græcorum ad Innocentium III, Pontificem Romanum, Epistola, scripta post captam a Latinis Cpolin, regnante Henrico (Ἐπιπέτῳ, sire Henry) imperatore. | 293 | |
| MICHAEL ACOMINATUS CHONIATA, ATHENIENSIS ARCHIEPISCOPUS, NICETÆ FRATER. | | |
| <i>Michaelis Acominati vita, res gestæ, scripta, ex D. Adolph. Ellisen, « Michael Acominatos von Chonez, Erzbischof von Athen. » — 1. Varia Athenarum medio ævo fortune usque ad finem sæculi XII. — 2. Michaelis ejusque fratris pueritia Chonis et Cpoli acta. — 3. Michael Athenarum archiepiscopus, Græciz miserrimus status. — 4. Michael cum Leone Sgurro certamen inuit, fratre ipsius Niceta referente, 305. — 5. Quæ Athenis post Michaelis tempora acciderunt. — 6. Michaelis senectus et obitus. — 7. Scriptorum Michaelis catalogus in bibliotheca Florentina secundu[m] Bandinium, Præmittitur Anonymi ad eadem scripta Præfatio encomiastica.</i> | 299 | |
| MICHAELIS ACOMINATI SCRIPTA. | | |
| Oratio habita in die festo Palmarum. | 323 | |
| Epistolæ ad Eustathium Thessalonicensem archiepiscopum. | 329 | |
| Monodia in eundem defunctum. | 337 | |
| Monodia in funere fratris habita. | 361 | |
| Hypomnesticon ad imp. Alexium Comnenum. De fisci exactionibus. | 377 | |
| Iambi de pristina urbis Athenarum dignitate. | 383 | |
| APPENDIX. Laudatio SS. archangelorum Michaelis et Gabrielis. | 1221 | |
| THEODORUS ALANIÆ EPISCOPUS. | | |
| Alanicus, sive de itinere suo per Alaniam. | 385 | |
| Ejusdem ex inedito opusculo ad fratrem natu[m] minorem. | 413 | |
| THEODORUS ANDIDENSIS EPISCOPUS. | | |
| De divinæ Liturgiæ symbolis ac mysteriis. | 417 | |
| MANUEL MAGNUS RHECTOR CPOLITANUS. | | |
| De processione Spiritus Sancti. Disputatio cum fratre Francisco, ordinis Fratrum Prædicatorum. | 467 | |
| PANTALEO DIACONUS CP. | | |
| Contra errores Græcorum. | 483 | |
| Narratio miraculorum Michaelis archangelii. | 573 | |
| MANUEL CHARITOPULUS CP. PATRIARCHA. | | |
| Solutiones quarundam questionum de jure patronatus et de translatione episcoporum. | 591 | |
| GERMANUS II, CPOLITANUS PATRIARCHA. | | |
| <i>Notitia duplex. 1. Ex Oriente Christiano. 2. Ex Bibliotheca Fabricii.</i> | 593 | |
| Epistolæ ad Gregorium IX papam et ad cardinales de unione Ecclesiarum, cum Gregorii responso duplici; Definitio apocrisiariorum Pontificis quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat æqualiter, cum Germani responso; item Acta concilii Nymphææ in Bithynia pro unione habiti. | 601 | |
| Epistola prima ad Cyprios. | 601 | |
| Epistola II ad eosdem. | 613 | |
| Homiliæ. | 621 | |
| Decreta synodalia. | 757 | |
| MICHAEL CHUMNUS, THESSALONICENSIS METROPOLITA. | | |
| De gradibus cognitionum | 759 | |
| THEODORUS DUCAS LASCARIS. | | |
| <i>Notitia ex Leonis Allatii Diatriba De Theodoris.</i> | | |
| THEODORI SCRIPTA. | | |
| De nominibus divinis. Præmittitur Editoris Romani Monitum. | 761 | |
| Canon exhortatorius, ad SS. Deiparam. | 771 | |
| De communicatione naturali libri sex: Latine ex editione Basileensi, Græcæ ex cod. mss. Gr. Paris. | 1259 | |
| METHODIUS MONACHUS. | | |
| De schismate vitando. Præmittitur Editoris Romani Monitum. | 779 | |
| NICEPHORUS CPOLITANUS PATRIARCHA. | | |
| Contra eos qui dicunt mortuos sacro oleo ungentos esse. | 805 | |
| CONSTANTINUS ACROPOLITA. | | |
| Sermo in S. Joannem Damascenum. | 811 | |
| Sermo in sanctam Theodosiam. | 887 | |
| ARSENIUS AUTORIANUS CPOLITANUS PATRIARCHA. | | |
| Anacreonticon in Dominicam Resurrectionis. | 935 | |
| Privilegium pro monasterio SS. Deiparæ Macrinitissæ. | 939 | |
| Testamentum. | 941 | |
| GEORGIUS ACROPOLITA. | | |
| Annales, a capta anno 1201 a Latinis Cpoli usque ad eandem anno 1261 a Michaelæ Palæologo recuperatam. | 969 | |
| NICEPHORUS CHUMNUS, CANICLEO PREFECTUS, Post assumptum monachalem habitum, NATHANAEL MONACHUS | | |
| <i>Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Harles.</i> | 1397 | |
| Antitheticus adversus Plotinum De anima ex Fred. Creuzeri editione post Plotinum De pulchritudine. | 1399 | |
| Sermo consolatorius ad filiam suam imperatricem ob viduitatis ejus mœrorem cum decimum sextum ætatis annum ageret. | 1437 | |
| De miraculo in Cana facto. | 1451 | |
| De petitione Elisæi ad Eliam. | 1453 | |
| Testamentum. | 1463 | |
| De festo Dormitionis S. Mariæ. | 1498 | |
| <i>(Omnia ex interpretatione nostra.)</i> | | |
| ALEXANDER PAPA IV. | | |
| Constitutio Cypria, qua ecclesiasticæ hierarchiæ historia medio ævo in Orientis partibus obtinentis mire illustratur. | 1541 | |

256446

NICETÆ CHONIATÆ

EX LIBRO VI

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

(Græce apud Maium, *Spicil Rom.* t. IV.)

Περὶ Μακεδονίου.

De Macedonio.

α'. Ἐντεῦθεν δὲ τὴν περὶ τὸν πνευματομάχον Μακεδόνιον τῷ λόγῳ δοῦναι προθέμενος ἀρχὴν, ἀναγκαῖον καὶ ταῦτα, προδιηγήσασθαι οἶμαι, ὡς ἱεῖα τοῦ ἐπίστασθαι τοῖς φιλιότοισι, μηδὲ τοῖς ῥηθσομένοις ἐπίπαν ἀσυναφῆ. Ὁ γὰρ τοι πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δηλωθεῖς λόγοις Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, πάντα τρόπον τοῖς ὀρθοδόξοις ἀντιτεθειμένος, πρῶτον μὲν ἐπεβούλευσεν, ὡς εἰρήκαμεν, Εὐσταθίῳ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ καθέτελε τούτου ἐκ διαβολῆς Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας μετὰ μῆνας πέντε τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρὸς Θεὸν ἐκδημήσαντος, διεδίξατο τὰ ποιήτρια Ἀθανασίος. Ἐπειράθησαν οὖν ὁ τοῦ Εὐσέβιου χορὸς δι' ἐπιστολῶν κείθεν αὐτὸν ἐν εἰς κοινωνίαν δέξεται τὸν Ἄρειον ὡς δ' οὐκ εἶχε τοῖς παρακλήσεσι τοιόνδε τι μηχανῶνται. Μελίτιος ὁ τῆς Λύκων ἐπίσκοπος, ὃν ἐν Νικαίᾳ κατέκρινε σύνοδος, ἐκλείπων τὸν βίον, Ἰωάννην τινὰ τῶν αὐτῶ συνήθων ἀν' ἑαυτοῦ κατέστησεν ἐπίσκοπον παρὰ τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ. Τούτοινοι τὰ Ἰωάννου φρονούντας ὑπελάθοντες οἱ περὶ Εὐσέβιον, ἔπεισαν Ἀθανασίου κατηγορησάιν καὶ κατηγορήσαν ὡς οὐ κανονικῶς ἐχειροτονήθη, καὶ ὡς χιτωνίων λιπῶν φόρον Αἰγυπτίους ἐπέβαλε, καὶ γύναιον ἐρθεῖρε, καὶ τῷ κρατοῦντι ἐπιβουλεύων, Φιλουμένῳ τινὶ τῶν βασιλικῶν θεραπόντων ἐπεμψε λάρνακα χρυσοῦ, καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου σιτοπομπίαν ἐκάλυψε, καὶ Ἀρσενίου τινὸς ἐκτεμῶν τὴν χεῖρα γοητείας εὖκεν εἶχεν.

β'. Διὰ ταῦτα τοῖνοι ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης σύνοδον ὁ βασιλεὺς ἀθροισθῆναι προσέταξεν. Ἀθανασίου δὲ ἀναβαλλομένου, διὰ τὸν Εὐσέβιον τὸν Παμφίλου τῆδε ἐπισκοποῦντα φίλον εἶναι καὶ οὐνεργὸν Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας, πάλιν οἱ Μελιτιανοὶ κατηγορήσαν αὐτοῦ ὡς μυστικὸν ποτήριον ἐν τῷ Μαρτυρῆ συνέτριψε, καὶ ἐπισκοπικὸν καθέτελε θρόνον, καὶ ἑτερά τινὰ ἐργάσατο τῶν ἀπειρημένων. Ἐπέτριψε τοῖνοι ὁ βασιλεὺς ἐν Τύρῳ γενέσθαι σύνοδον, καὶ γενομένης αὐτῆς, Ἀθανασίος ἐνίκησε κατα κράτος. Οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἐπίσκοποι μᾶλλον αὐτοῦ κατεψήφισαντο· εἶτα καὶ εἰς τὸν Μαρτυρῆν ἐπεμψαν, χώραν τινὰ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπωνυμῶν Μαρρείας τῆς λίμνης ἦσαν δὲ οἱ πεμφθέντες Θεόγνης ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ Καλκηδόνος, Θεόδωρος Περίθου ἦτοι Ἡρακλείας Νάρκισσος Νερωνιάδος, Οὐάλης Μούρσης, Οὐρσάκιος Σιγγηδό-

1. Jam de Macedonio, Spiritus sancti impugnatore, sermonem incipere statuens, necessarium puto hæc prius edisserere, tanquam digna quæ ab historicis cognoscantur, neque omnino ab iis quæ dicentur abhorrentia. Qui enim in prioribus sæpius exhibitus est Eusebius Nicomediæ episcopus, omni modo orthodoxis oppositus primo quidem insidiatus est, ut diximus, Eustathio Antiocheno, et eum calumniis depressit; Alexandro autem Alexandriæ episcopo quinto post Nicænam synodum mense ad Deum profecto, primam sedem accepit Athanasius. Tentaverunt autem Eusebii assecleæ illi persuadere ut Arium in communionem acciperet; cum autem illorum precibus non annuisset, aliquid tale machinati sunt. Melitius Lyciorum urbis episcopus, quem Nicæna synodus damnavit vitam relinquens, Joannem quemdam ex suis familiaribus pro se episcopum constituit contra Nicænae synodi decretum. Eos igitur qui pro Joanne stabant, circumvenientes Eusebiani, iis persuaserunt ut accusarent Athanasium, et revera eum accusaverunt quod non canonicè ordinatus esset, quod Ægyptiis linearum tunicarum tributum imposuisset, quod mulierculam corrupisset, quod ad Philomenum quemdam ex regis servis, imperatori insidiaturus, arcam auro refertam misisset, quod frumenti ex Ægypto transmissionem impedivisset, et Arsenii cujusdam manum magicis artibus rescuisset.

2. Quamobrem Cæsaream Palæstinæ convenire concilium jussit imperator. Cum autem renuisset Athanasius eo quod Eusebius Pamphili hujus urbis episcopus amicus et adjutor esset Eusebii Nicomediæ, rursus Meletiani eum accusaverunt quod mysticum calicem Mareotæ contrivisset sedemque episcopalem evertisset et nonnulla alia facinora admisisset. Concessit igitur imperator synodum in urbe Tyro fieri, et ea congregata, victoriam præstantissimam retulit Athanasius; inimici autem veritatis episcopi eo magis eum damnare; ac deinde Mareotam miserunt, in quamdam Alexandriæ regionem quæ suum nomen a Marea palude duxit. Erant autem qui missi sunt Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theodorus Perinthi seu Heracleæ, Narcissus Neroniadiis, Vales Mursæ, Ursacius Singedonis, Macedonius Mopsuestæ; qui postquam de

sacro calice inquisierunt et de episcopalis sedis A
eversione, vera quidem prætermiserunt, falsa au-
tem ipsi imaginati sunt, deprecanturque, ut cre-
debant, Athanasium, ejus loco ipsum Arsenium
accipientes, cujus manum amputatam esse dice-
bant; qui prius Meletianorum superstitionis epis-
copus, postea apud ipsos ut Hypseletorum urbis epis-
copus contra Athanasium subscripsit.

3. Interea vero perfecto Hierosolymis templo
prope eum calvarii locum qui magnum testimo-
nium vocatur, jussit imperator episcopos qui Tyri
aderant Hierosolymam venire et hoc templum con-
secrare. Tunc autem occasionem invenientis Aria-
norum fautores tentaverunt ut Hierosolymis syn-
odus fieret et communio Ario et Euzoio conce-
deretur. Imperatori igitur illud per ipsius soro-
rem Constantiam quemdamque hujus mulieris
familiarum presbyterum arianum persuasere et
curavere ut Arium Euzoiumque videret, quos
postquam vidit censuitque fere ut Nicænos Patres
credere, eos ad episcopos Hierosolymis congrega-
tos misit, scribens ut de illis benignum ferretur
suffragium, si recte credere viderentur. Occasio-
nem igitur arripientes Ariani eos exceperunt, im-
peratorique et universis episcopis scripsere eos
orthodoxos esse.

4. His ita actis, Athanasius Tyro fugiens Con-
stantinopolim venit; cujus precibus annuens impe-
rator dicentis se non juste damnatum esse, scripsit
episcopis tunc Tyri congregatis ut ad ipsum de-
scenderent, ut coram ipso Anathasii causa exami-
naretur. Postquam igitur advenerunt, Eusebius
Nicomedie contendebat justam in Athanasium
latam esse sententiam; testes præstitit Theognim
et Marium et Theodorum et Valentem et Ursacium.
Imperator autem sive crederet vera quæ dice-
bantur, sive consentire suspicaretur episco-
pos ut e medio tolleretur Athanasius, mandavit
ut is Treverim abduceretur, quæ est urbs occiden-
tialium Gallorum; abductusque est Athanasius ibi-
que mansit usque ad mortem Constantini.

5. Arius autem post habitam Hierosolymis syn-
odum in Ægyptum venit. Cum illo autem non
communicante Alexandrinorum Ecclesia, rursum
Constantinopolim rediit. Atque ita adimpletæ sunt
sancti Alexandri preces. Post hæc autem manifeste
cæperunt innovare Eusebiani circa episcoporum
Nicææ congregatorum expositionem et scripto con-
substantialia rejicere. Synodum igitur Constanti-
nopolim convenire curarunt, deposueruntque et in
exilium mitti studuerunt consubstantialis præ-
cones, Asclepium Gazæ episcopum, Climatium
Antaradi, alterum Climatium Palti, Ephratiem
Balani Cyrum Berroæ, Domnionem Sirmii, Ella-
neum Tripolis, Arium Petrarum Paleonæ, et Aste-
rium Petrarum Arabiæ, Olympium Æni, Theodulum
Trajanopolis, Vincentium Capuæ, Ephratam Agrip-
piæ, Eutropium Adrianopolis, cui successit Lucius,

νοσ, Μακεδόσιος Μοψουεστίας, οἱ καὶ ζητήσαντες τὰ
περὶ τῆς τοῦ μυστικοῦ ποτηρίου συντριβῆς, καὶ τῆς
καθαίρεσως τοῦ ἐπισκοπικοῦ θρόνου, τὰ μὲν ἀληθῆ
παρήλθον, ἐπλάσαντο δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ ψευδῆ, καὶ
καθῆρσαν, ὡς ἐνόμισαν, Ἀθανάσιον, διεξάμενοι καὶ
αὐτὸν Ἀρσένιον, οὗ ἔλεγον ἐκκεκῶθαι τὴν χεῖρα·
ὅς, πρότερον τῆς Μελιτιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπος
ᾧν, τῆνικαῦτα παρ' αὐτοῖς, ὡς τῆς Ὑψηλετητῶν ἐπί-
σκοπος πόλεως ὑπέγραψε κατὰ Ἀθανασίου.

γ. Ἐν τούτῳ δ' ἐξεργασθέντος τοῦ ἐν Ἱεροσολύ-
μοις ναοῦ περὶ τὸν τοῦ κρανίου χώρον ὃς μέγα
προσαγορεύεται μαρτύριον, ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς
τοὺς ἐν Τύρῳ συνελθόντας ἐπισκόπους καταλα-
βεῖν τὴν Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν τοιοῦτον καθιερώσαι
ναόν. Τῆνικαῦτα δὲ καιρὸν εὐρόντες οἱ ἀρειανόφρο-
νες ἐσπούδασαν ἐν Ἱεροσολύμοις γενέσθαι σύνοδον,
καὶ κοινωνίας μεταδοῦναι Ἀρείῳ καὶ Εὐζώϊῳ πείσαν-
τες τοῖνυν τὸν βασιλεα διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς
Κωνσταντίας καὶ τοῦ προσωκλειωμένου ταύτῃ πρι-
σβυτέρου ἀρειανοῦ, παρασκευάσαν αὐτὸν θεάσασθαι
Ἀρειὸν καὶ Εὐζώϊον, οὓς ἰδὼν καὶ ὑπολαβὼν παρα-
πλησίως τοῖς ἐν Νικαίᾳ δοξάζειν, ἐπεμφε πρὸς τοὺς
ἐν Ἱεροσολύμοις συνελθόντας, γράψας φιλόνηρον
ἐπ' αὐτοῖς ἐνεχθῆναι ψῆφον, εἰ ὀρθῶς φανείεν δόξά-
ζοντες· καιροῦ τοῖνυν δραξάμενοι οἱ Ἀρειανοὶ ἰδέξαν-
το τούτους, καὶ αὐτῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἀπανταχοῦ
ἐπισκόποις ἔγραψαν ὀρθοδόξους ὑπάρχειν αὐτούς.

δ. Τούτων οὕτω πραττομένων, Ἀθανάσιος ἐκ
Τύρου φυγὼν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦλθεν· οὗ τῆς
δέσσης ἀκούσας ὁ βασιλεὺς μὴ δίκαιως κριθῆναι
λέγοντας, ἔγραψε τοῖς ἐν Τύρῳ συναθροισθεῖσι τῆ-
νικαῦτα καταλαβεῖν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν ἐπ' ὄψειν
αὐτοῦ δοκιμασθεῖν τὰ κατὰ Ἀθανασίου. Καταλα-
βόντων οὖν αὐτῶν, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας ἰσχυρί-
ζετο δικαίαν τὴν ἐπὶ Ἀθανάσιον γενέσθαι ψῆφον,
μάρτυρας παρήγε Θεόγνιν καὶ Μάριον καὶ Θεόδωρον
καὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἶτε
ἀληθῆ πιστεύσας εἶναι τὰ λεγόμενα, εἶτε ὁμοουσίαν
ὑπονοήσας τοὺς ἐπισκόπους, ἐν ἐκποδῶν γένοιτο Ἀθα-
νάσιος, προσέτατε ἀπηγχθῆναι τούτων εἰς Τριδερὸν
τῶν πρὸς δύσιν Γαλατῶν, καὶ ὁ μὲν ἀπήχθη, καὶ ἦν
ἐκεῖ ἕως τῆς Κωνσταντινου τελευτῆς.

ε. Ὁ δὲ Ἀρειὸς μετὰ τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις σύ-
νοδον, ἦκεν εἰς Ἀἴγυπτον· μὴ κοινωνούσης δὲ αὐτῷ
τῆς Ἀλεξανδρίων Ἐκκλησίας, πάλιν ἀνηλθεν εἰς Κων-
σταντινούπολιν· καὶ οὕτως ἔργον ἐγένετο τῆς Ἀλε-
ξάνδρου τοῦ ἱεροῦ προσευχῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα νεωτε-
ρίζειν φανερώς οἱ περὶ Εὐσέβιον ἤρξαντο περὶ τὴν
ἐκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καὶ ἐκαλλεῖν
ἐγγράφως τὸ ὁμοούσιον· σύνοδον οὖν ἀθροισθῆναι
παρασκευάσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει καθέλωσαν
καὶ πεμφθῆναι πρὸς ὑπερορίαν ἐσπυσαν τοὺς τοῦ
ὁμοουσίου κήρυκας, Ἀσκληπᾶν ἐπίσκοπον Γάζης,
καὶ Κλιμάτιον Ἀνταράδου, ἕτερον Κλιμάτιον Πολ-
του, Ἐφρατίωνα Βαλανίων, Κύρον Βερρόϊας, Δομ-
νίωνα Σίρμιου, Ἑλλάγιον Τριπόλεως, Ἀρειὸν Πετρῶν
τῆς Παλαιόνης, καὶ Ἀστίριον Πετρῶν τῆς Ἀρα-
βίας, Ὀλύμπιον Αἰνῶν, Θεόδουλον Τραικουπόλεως,
Βινκέντιον Καπύης, Ἐφράταν Ἀγριπνῆς, Εὐ-

τρόπιον Ἀδριανουπόλεως, οὗ διαιδοχος, Λουκιος, καὶ Ἀ ἐπὶ πᾶσι τὸν εἰρημένον Μάρκελλον τῆς Ἀγκύρας καθήρησαν· ὑπερφυῶς γὰρ ἐχάλειπνον αὐτῶ, οἷα μῆτε ἐν τῇ κατὰ Φοινίκην συνόδῳ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὀρισθεῖσι κατὰ Ἀθανασίου συνθεμένῳ, μῆτε τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ Ἀρείῳ, μῆτε τῆς καθιερώσεως τοῦ μεγάλου μαρτυρίου μετασχόντι δι' ἀποφυγῆν τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας· καὶ ταῦτα μὲν ἔτι τοῦ μεγάλου περιόντος Κωνσταντίνου.

ζ'. Τελευτήσαντος δι' ἐκείνου, καὶ τῆς ἀνὰ τὴν ἰω βασιλείας εἰς Κωνσταντίνου περιστάσεως, ἴσχε μᾶλλον ἐπίθεσιν τὰ τῶν Ἀρειανῶν· ὁ γὰρ τοι πρεσβύτερος ἐκείνος ἐν ἄρειανόφρονα ὄντα Κωνσταντίνου συνέστησεν ἢ αὐτοῦ ἀδελφῆ, γέγονε καὶ Κωνσταντίνου κεχαρισμένος οἷα τὰς τοῦ Κωνσταντίνου διαθήκας ἀποδώσας αὐτῷ· συνήθης οὖν ἐντεῦθεν Β καὶ τῇ βασιλείᾳ γενόμενος καὶ τοῖς ἐν δυνάμει θαλαμηπόλοις ἐννεύχοις, ὧν Εὐσέβιος ὁ ἐπαινήτης Ἀρείου προεστῆκε, σφόδρα συνακρότε τοὺς Ἀρειανούς. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀθανάσιος ἐκ τῶν Γαλλίων ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τὴν κάθιστον, καὶ γράμματα δόντος πρὸς τοὺς Ἀλεξανδρεῖς Κωνσταντίνου τοῦ ὁμωνύμου τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ παιδὸς αὐτοῦ, ὃς ἔρχε τῶν πρὸς ἰσπίρων Γαλατῶν.

ζ'. Κατὰ δὲ τούτου τὸν χρόνον Εὐσέβιου τοῦ Παμφίλου τὸν βίον λιπόντος, διεδέξατο τὴν ἐν τῇ Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπισκοπὴν Ἀκάκιος· οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Κωνσταντίνος ὁ βασιλεὺς, πόλεμον ἀπαγγαγὸν τῷ ἰδίῳ ἑδελφῷ Κωνσταντίνῳ κτείνεταί C κατὰ τῶν ἐκείνου στρατηγῶν ἐν Ἀκυλίᾳ. Τότε δὲ καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος, προεδλήθησαν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν Μακεδόνιος, παρὰ δὲ τῶν ὀρθοδόξων Παῦλος, παρὰ γνώμην τοῦ Νικομηδείας ἐπισκόπου Εὐσέβιου, καὶ Θεόδωρου τοῦ τὴν ἐν Θράκῃ Ἡρακλείας, οἷς ὡς γάτοσιν ἢ χειροτονία διέφερον. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὀργισθεὶς Κωνσταντίνος, παραγγέλλων εἰς Βυζάντιον, ἔν γὰρ ἀπόδημος τανικᾶδε, καὶ σύνοδον καθίσας, παρέδωκεν Εὐσέβιῳ τῷ Νικομηδείας τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, δευτέραν αὐτῆν μετατεθέντι μετὰθεσιν· ἐπὶ τούτου συνηθροίσθησαν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην ἐνανήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπίσκοποι, ὧν εἰσι καὶ οἱ φερόμενοι κανόνες· ἠθροίσθησαν δὲ D προφάσει μὲν ἐπὶ καθιερώσει τῆς ἐκεῖ νεουργηθείσης ἱεραρχίας δὲ Κωνσταντίνος· ὡς δὲ τὸ ἀποδὸν ἰδεῖεν ἐκκλησίας ἢν ἤρξατο μὲν οἰκοδομεῖν Κωνσταντίνος, ἐπὶ μεταποιήσει τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων.

η'. Ἦγούντο δὲ τῆς συνόδου ταύτης Εὐσέβιος Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀπὸ Νικομηδείας μετατεθείς, Ἀκάκιος Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην, Πατρόφιλος Σαυτοπόλεως, Θεόδωρος Περίνθου, Εὐδόξιος Γερμανικίας, Διάκσιος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Γεώργιος Λαοδικείας τῆς παρὰ Σύρου· Μαξιμὸς δὲ ὁ μετὰ Μακάριον Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γεγωνὸς ἐπίτηδες ἀποφυγε ταύτην τὴν σύνοδον, μεταπελόμενος καθότι ἀπατηθείς ἐγένετο σύμφηρος τοῖς Ἀθανασίον καθιλύουσιν ἐν Τύρῳ. Ἰπὸ τούτων οὖν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνεληλυθότων πρὸς τῇ διαστροφῇ τοῦ δόγματος Ἀθανασίου καταψηφισαμένων, προεδλήθη Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Εὐσέβιος ὁ εἴ

et imprimis Marcellum Ancyrae deposuerunt. Valde enim illi indignabantur, utpote qui neque in synodo apud Phœnices habita iis quæ contra Athanasium decretæ sunt adhæserit, neque iis quæ Hierosolymis de Ario, neque magni testimonii consecrationi se admoverit, propter eorum communionis detestationem. Et hæc quidem vivente adhuc Constantino Magno.

6. Illo autem mortuo, et Orienti imperio ad Constantium deveniente, res Arianorum incrementum acceperunt. Ille enim presbyter quem Arii partes tenentem Constantino ipsius soror conciliaverat, fuit et Constantio charus, utpote qui illi Constantini testamentum detulerit. Inde igitur imperatrici familiaris factus et eunuchis regii cubiculi potentissimis, quibus præerat Eusebius, Arii fautor, Arianos fovebat. Interea vero Athanasius ex Galliis Alexandriam redierat, reditum illi permittente litterasque ad Alexandrinos dante Constantino Constantini Magni filio, qui ad occidentem Galliæ imperabat.

7. Hoc autem tempore Eusebio Pamphili e vita profecto, Cæsareæ in Palæstina episcopatum suscipit Acacius. Nec longo post tempore Constantinus imperator qui proprio fratri Constanti bellum indixerat, Aquileiæ ab ejus ducibus interficitur. Tunc autem et Alexandro Constantinopolitano mortuo, electi sunt ab Arianis Macedonius, ab orthodoxis vero Paulus, contra mentem Nicomediæ episcopi Eusebii, et Theodori Hieracleæ in Thracia episcopi, ad quos ut vicinos pertinebat ordinatio. Ideo iratus Constantius Byzantium venit (tunc enim aberat); et synodo convocata Eusebio Nicomedensi Constantinopolitanum thronum tradidit qui hanc secundam translationem accepit. Interea Antiochiam magnam convenere nonaginta septem episcopi, convenerunt autem ut recenter ædificatam ecclesiam consecraturi, quam ædificare inceperat Constantinus; reipsa vero, ut eventus probavit, Nicæna decreta mutaturi.

ἐκκλησίας ἢν ἤρξατο μὲν οἰκοδομεῖν Κωνσταντίνος, ἐπὶ μεταποιήσει τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξάντων.

8. Ducebant autem hanc synodum Eusebius Constantinopolitanus qui Nicomedia translatus fuerat, Acacius Cæsareæ in Palestina, Patrophilus Scythopolis, Theodorus Perinthi, Eudoxius Germaniciæ, Diausius Cæsareæ in Cappadocia, et Georgius Laodiceæ apud Syros. Maximus qui post Macarium Hierosolymæ episcopus factus erat, de industria synodum vitaverat; eum enim poenitabat quod deceptus suffragium tulisset cum iis qui Tyri Anathasium deposuerant. Ab iis qui igitur Antiochiæ conversabantur et præter dogmatis perversionem Athanasium condemnaverant, electus est Alexandriæ episcopus Eusebius, Edessa,

Orosenorum urbe oriundus, factus vero deinceps Emesæ episcopus, qui partem astronomiæ auguralem dictam exercuisse arguebatur. Recusante vero Alexandriam Eusebio, suffectus est Gregorius Tarbæ episcopus, qua de re indignantes Alexandrini, ecclesiam Dionysii hujus urbis episcopi nomine dictam incenderunt; et Athanasius quidem fugiens Romam venit.

9. Paulo post mortuo Eusebio, contenderunt rursus de Constantinopoli Paulus et Macedonius. Quod ubi cognovit Constantius Antiochiæ, Hermogeni exercitus duci qui in Thraciam missus erat, mandavit, ut iter pergeret ad expellendum Paulum ex ecclesia. Cum illuc advenisset, militarique manu uteretur, insurrexit populus, eumque rapatum interfecerunt. De eo certior factus Constantius, Constantinopolim venit, et Paulum quidem expulit, urbem vero punivit, frumenti eam quod pater præstabat, quadraginta mensurarum millibus et ultra eam privavit. Octoginta enim millia prius dabantur civibus singulis annis ex tributis Ægyptiaco populo impositis. Macedonium autem non statim urbis episcopum fecit; sed sivit illum adversus Paulum in prædicta ecclesia concilium facere in qua et ordinatus est; atque ita ipse Antiochiam reversus est; Paulus vero Romam descendit.

10. Ea vero quæ Alexandriæ facta sunt aliter narrat Theodoretus. Dicit enim Gregorium post Athanasii fugam episcopatum gessisse usque ad Sardiæ habitam synodum. Post hanc autem synodum Gregorium ab Alexandrinis depositum esse, rediisse tunc Athanasium in propriam sedem per Constantis litteras, qui tunc Romæ regnabat. Postquam autem Constans mortuus fuit, rursus fugisse Athanasium, et electum esse ab Arianis Georgium Cappadocem, eumque sexcenta mala Athanasii fautoribus machinatum esse, in exiliumque misisse nonnullos Ægypti Lybiæque episcopos, Caium Parætonii, Agathum Phragonis et partis Elearchiæ Ægypti, Ammonium Pachnemonis et reliquæ Elearchiæ partis, Agathodæmonem Schedæ et Menelaiti, Dracontium Hermopolis minoris, Adelphium Onuphis, Paphnutium Sais, cujus meminit magnus Athanasius in sua de ipsius fuga Apologia; et præter illos alterum Ammonium, Moium, Philonem, Hermem, Plinium, Psensirim, Agamphum, Marcum, Nilammonem, Marcum alterum, Athenodorum, et presbyteros Hieracem et Dioscorum. Atque ita quidem Theodoretus. Socrates autem et Sozomenus narrant Arianos statim post Pauli expulsionem et reditum imperatoris Antiochiam, deposuisse Gregorium tanquam Alexandrinis non gratum et negligenter proprii dogmatis propugnationem; cujus in locum Georgium misere qui ex Cappadocia oriundus, sibi famam in Ariana superstitione acquisiverat.

A Ἐδέσσης μὲν τῆς Ὀσροηνῶν ὑπάρχων, γενόμενος δὲ ὑστερον Ἐμίσης ἐπίσκοπος, ὃς καὶ διεβάλλετο ἀσκηθῆναι τῆς ἀστρονομίας τὸ ἀποτελεσματικὸν καλούμενον μέρος· παραιτησαμένου δὲ τοῦ Εὐσεβίου τὴν Ἀλεξανδρείαν, ἐπετρέπη ὁ Γρηγόριος τῶν Ταρβασθηῶν, ἐφ' ᾧ χαλεπήσαντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, τὴν ὁμωνυμον Διονυσίου τοῦ τῆδε ἐπισκοπήσαντο, ἐκκλησίαν ἐνέτησαν· καὶ Ἀθανάσιος μὲν φυγὼν εἰς Ῥώμην ἀφίκετο.

θ'. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τελευτήσαντες Εὐσεβίου, ἐντεποιήσαντο πάλιν τὴν Κωνσταντινουπόλεως Παῦλος καὶ Μακεδόνιος. Κωνσταντῖος δὲ, τοῦτο μαθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐπέτρεψεν Ἐρμογένει τῷ στατηλάτῃ πρὸς τὰ Θράκια πεμπομένῳ μέρει, ὁδοῦ πάρεργον ποιῆσαι τὸ ἐξωθῆσαι Παῦλον τῆς ἐκκλησίας· οὐ παραγενομένου καὶ στρατιωτικῆ χειρὶ χρῆσαμένου, ἵστασάσθε τὸ πλῆθος, καὶ αὐτὸν σύρακτες ἀπέκτειναν. Πυθόμενος δὲ τὸ γεγονός Κωνσταντῖος, κατέλαβε τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τὸν μὲν Παῦλον ἐξέλασε, τὴν δὲ πόλιν ἐζημίωσεν, ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου τοῦ παρασχεθέντος ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὑπὲρ τὰς τίσσασκας μυριάδας· ὁκτώ γὰρ ἑγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον σίτου τοῖς πολιταῖς ἐκάστου ἔτους ἐκ τῶν κομιζομένων ἀπ' Αἰγύπτου τῷ δήμῳ φέρων. Μακεδόνιον δὲ τῆς πόλεως τῶς ἐπισκοπον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' εἶασεν αὐτὸν ἐν τῇ λεγομένῃ ἐπὶ Παῦλον ἐκκλησίᾳ συνάγειν, ἐν ᾗ καὶ ἐχειροτονήθη· καὶ οὕτως αὐτὸς μὲν ἀνέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν· Παῦλος δὲ τὴν Ῥώμην κατέλαβεν.

ι'. Περὶ δὲ τῶν κατ' Ἀλεξανδρείαν συμβεβηκότων Θεοδώριτος μὲν ἄλλως ἱστορεῖ. Φησὶ γὰρ μετὰ τὴν Ἀθανασίου φυγὴν ἐπισκοπήσαντι Γρηγόριον ἄχρι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, μετὰ δὲ τὴν σύνοδον ταύτην, τὸν μὲν Γρηγόριον ἀναίρεθῆναι παρὰ τῶν Ἀλεξανδρίων, ἐπανελθεῖν δὲ πάλιν τὸν Ἀθανάσιον εἰς τὸν οἰκίον θρόνον διάγραμματων Κωνσταντος τοῦ ἐν Ῥώμῃ βασιλεύοντος. Ἐπεὶ δὲ Κωνσταντὸς ἐτελεύτησεν, αὐθις φυγεῖν Ἀθανάσιον, καὶ προβεβῆσθαι παρὰ τῶν Ἀρειανῶν Γεώργιον τὸν Καππαδόκην, μυρία κακὰ τοῖς τὰ Ἀθανασίου φρονούσιν ἐνδείξασθαι, καὶ τινὰς τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἐπισκόπων ἐξορίσαι, Γάϊον Παραιτονίου, Ἀγαθὸν Φραγώνεως καὶ μέρους Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου, Ἀμμωνίων Παχνημόνεως καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας, Ἀγαθοδαίμονα Σχεδιάς καὶ Μενελαΐτου, Δρακόντιον Ἐρμουπόλεως μικρᾶς, Ἀδελφίον Ὀνούφρεως, Παφνούτιον Σάεως, ὧν καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ ὑπὲρ τῆς φυγῆς αὐτοῦ ἀπολογίᾳ μίμνηται· καὶ πρὸς τούτοις Ἀμμωνίων ἕτερον, Μώιον, Φίωνα, Ἐρμῆν, Πληνιον, Ψενίεριν, Ἀγαφον, Μάρκον, Νειλάμμωνα, Μάρκον ἕτερον, Ἀθηνόδωρον, καὶ πρεσβυτέρους Ἱερακὰ καὶ Διόσκορον. Οὕτως μὲν εὖν Θεοδώριτος· Σωκράτης δὲ καὶ Σωζόμενός φασιν ὅτι αὐθις μετὰ τὸ ἐκβῆθῆναι Παῦλον, καὶ ἀναξεύξαι Κωνσταντίον εἰς Ἀντιόχειαν, οἱ ἀρειανίζοντες μετέστησαν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας Γρηγόριον, ὡς οὔτε Ἀλεξανδρεῖσι καταθῆμιον, καὶ ὡς ἀμελεῖ πρὸς σύστασιν τοῦ οἰκίου δόγματος· ἀντὶ δὲ τούτου, Γεώργιον ἐπεψαν, ὃς ἐκ Καππαδοκίας μὲν ὤρματε, δόξαν δὲ περὶ τὴν ἀρειανὴν θρησκίαν ἐπέκτετε.

ια'. Ἐν τούτῳ δὲ τὴν Ῥώμην, ὡς ἔφαμεν, κατέλαβον Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος, ἀλλὰ καὶ Μάρκελλος ὁ Ἀγκύρας, καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γάζης, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ, διαβαλόντες ὡς θυσιαστήριον καταστρέψαντα, καθείλον, καὶ ἄντ' αὐτοῦ Κεντιανὸν ἐχειροτόνησαν· πρὸς δὲ καὶ Λούκιος ὁ Ἀδριανουπόλεως ἐπ' ἄλλῳ τινὶ κατηγορηθείς. Ὁ δὲ Ῥώμης ἐπίσκοπος Ἰούλιος, ὁμονοῦντας τούτους εὐρών τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, εἰς κοινωνίαν προσήκατο, καὶ τοῖς ἑκείνῳ τὴν Ἐὼ πᾶσιν ἐπισκόποις ἔγραψεν ἀποδοῦναι μὴ αὐτοῖς τοὺς ἴδιους θρόνους, πῦμψαι δὲ τινὰς εἰς ῥητὴν ἡμέραν τοὺς ἐλέγοντας αὐτοῦς δικαίως ἐκδιελημένους. Τούτοις θαρρήσαντες τοῖς γράμμασιν οἱ ἄμφι τὸν Ἀθανάσιον, ἕκαστος τὸν ἑαυτοῦ κατέλαβε θρόνον. Οἱ δὲ τὰς ἐπιστολάς δεξιμένοι, χαλεπῶς ἤνεγκαν· καὶ συλλεγόντες, εἰς Ἀντιόχειαν, Ἰουλίῳ μὲν ἀντέγραψαν ὡς οὐ δεῖ κανονίζεσθαι παρ' αὐτοῦ τοὺς τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους, εἰ βούλοιντο τινὰς ἐξελάνειν τῶν ἐκκλησιῶν, ὅτι μηδὲ οἱ τῆς Ἀνατολῆς ἀντεῖπον, ὅτε Ναυάτον ἐξήλασαν οἱ τῆς Δύσεως. Κωνσταντίον δὲ παρώτρυναν κατὰ Ἀθανασίου καὶ Παύλου· καὶ ὃς ἔγραψεν ἄπ' Ἀντιοχείας τῷ ἐπάρχῳ Κωνσταντινουπόλεως Φιλίππῳ Παῦλον μὲν ἐξελᾶσαι τῆς πόλεως Μακεδονίῳ δὲ παραδοῦναι τὴν ἐκκλησίαν· ὁ μὲν οὖν Παῦλος εὐθύς ἐξῆλάθη· Φίλιππος δ' ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠπέιγετο, σύνθρονον ἐπὶ τοῦ ὀχήματος ἔχων τὸν Μακεδόνιον· παρείπετο δὲ τούτοις καὶ χεῖρ στρατιωτικῆ ἱερέας· πλήθους δὲ πολλοῦ παρόντος, καὶ τῷ ἐπάρχῳ καὶ τῷ Μακεδονίῳ παρόδου μὴ γινομένης, ὑπέλαβον οἱ στρατιῶται τοὺς ὄχλους ἀνθίστασθαι· καὶ λοιπὸν πολλοὺς μὲν αὐτοὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνείλον, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπ' ἄλλῶν συνεπατήθησαν· καὶ ἀπέθανον, ὡς λέγεται, περὶ τοὺς ἑκατὸν καὶ πενήκοντα καὶ τρισχιλίους. Ἐπὶ τοιοῦτοις μὲν οὖν κατορθώμασι Μακεδόνιος παρὰ τοῦ ἐπάρχου ἐνεθρονίσθη.

ιβ'. Ἀθανάσιος δὲ τὴν ἐπιβουλήν Κωνσταντίου δείσας, θανάτῳ γὰρ ζημιῶν αὐτὸν ἠπειλήσεν, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο· καὶ Παῦλος εἰς τὴν Θεσσαλονικίαν ἀπενεχθεὶς, ὅθεν καὶ τοὺς προγόνους ἔχειν ἐλάετο, καὶ τὴν μὲν Ἐὼ φεύγειν ἐπιτραπείας, Ἰλλυρικῆς δὲ καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς ἐπιβαίνειν οὐ κωλυθείς, ἀπαίρειν εἰς Κόρινθον προεφασίστατο, καὶ τὴν Ῥώμην κατέληψε καὶ αὐτός. Ἀναδιδάξαντος οὖν Ἰουλίου τὸν βασιλεῖα Κωνσταντα τὰ περὶ αὐτῶν, ἔγραψεν ἑκείνος τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ πῦμψαι τινὰς τῶν ἐπισκόπων ἀπολογησομένους περὶ τῆς τούτων καθαιρέσεως. Ἐπέμψθησάν οὖν Νάρκισσος Εἰρηνοπούλεως, Θεόδωρος ὁ Ἡρακλείας, Μάρκος ὁ Χαλκηδόνος, καὶ Μάρκος ὁ Ἀρεθούσης· οἱ τὴν μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρ' αὐτῶν ἐκτεθείσαν ἀπέκρυψαν πίστιν, ἑτέραν δ' ἐκάττυσαν ἀπάδουσαν ὅλως τῇ ἐν Νικαίᾳ· καὶ ταύτην τῷ βασιλεῖ Κωνσταντί δειδώκοις, καὶ περὶ ὧν ἐβούλοντο μηδὲν ἀνύσαντες, ὑπέστρεψαν ἀπρακτοί. Μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον ἑτέραν οἱ τῆς Ἐὼ συντάξαντες πίστιν, ἣν καὶ μακρόστιχον ἔθεσαν ὀνόμασαν, ἔπεμψαν τοῖς ἑκείνῳ τὴν Δύσιν δι' Εὐδοξίου τοῦ Γερμανικῆς καὶ Μακεδονίου τοῦ Μοφουεστίας, ἐν ᾗ μνήμην μὲν οὐσίας οὐκ ἐποίησαντο Θεοῦ, ἀπέκρυξαν δὲ τοὺς ἐξ οὐκ ὄντων λέ-

11. Interea autem Romam, ut diximus, venerant Athanasius et Paulus, sed et Marcellus Ancyrae, et Asclepius Gazæ quem Ariani deposuerant, falso eum criminantes quod aram evertisset, et cujus loco Centianum ordinaverant; ac præter illos Lucius Adrianopolis alio crimine accusatus. Romæ vero episcopus Julius eos fidei Nicænæ consentientes in suam communionem admisit, atque omnibus Orientis episcopis scripsit ut iis proprias sedes redderent, mitterentque dicta die qui eos probarent juste depositos esse. His litteris confidentes Athanasii fautores receperunt singuli proprias sedes. Qui autem has litteras acceperunt, ægre tulerunt; convenientesque Antiochiam, Julio responderunt non oportere ab illo regi Orientis episcopos, si quos ex ecclesiis vellent expellere; quia neque Orientis episcopi restiterint, quando Novatum expulere Occidentis episcopi. Constantium autem excipulere in Athanasium et Paulum; isque Antiochia scripsit ad Constantinopolis præfectum Philippum, ut Paulum quidem ex urbe pelleret, Macedonio autem traderet ecclesiam. Paulus igitur statim expulsus est. Philippus vero ad ecclesiam evectus est, consedentem in curru Macedonium habens; quos sequebatur militaris manus gladiis armata. Cum autem ingens adesset multitudo neque præfecto et Macedonio iter præberent, crediderunt milites velle turbam resistere; multosque gladiis interfecerunt, multi autem alii ab aliis conculcati sunt. Mortui sunt, ut dicitur, quasi tria millia centum et quinquaginta. Tali igitur successu Macedonius a præfecto in episcopali sede constitutus est.

12. Athanasius autem Constantii insidias formidans (ei enim mortem minatus erat) Romam abiit. Et Paulus Thessalonicam delatus, unde proavi orti dicebantur, cum Orientem relinquendi permissionem accepisset, neque Illyricum et quæ ultra est regionem petere prohiberetur, Corinthum se proficisci prætexuit, Romamque et ipse venit. Cum autem Julius monuisset imperatorem Constantem de eorum conditione, scripsit ille ad imperatorem Constantium ut episcopos mitteret qui eorum depositionem defenderent. Missi sunt igitur Narcissus Irenopolis, Theodorus Heracleæ, Maris Chalcedonis et Marcus Arethusæ; qui quidem a seipsis Antiochiæ expositam fidem celavere, alteram autem struxerunt omnino Nicænæ repugnantem. Eamque postquam imperatori Constanti tradidere neque quidquam eorum quæ volebant perfecissent, reversi sunt nihil operati. Post autem tres annos, Orientis episcopi alteram composuerunt fidem quam μακρόστιχον ἔθεσαν (longi ordinis expositionem) nominavere, eamque ad Occidentis episcopos misere per Eudoxium Germanicæ et Macedonium Mopsuestiæ; in qua quidem nullam de Dei essentia mentionem faciebant, excommunicabant autem eos

interfectus est qui Romæ imperaverat Magnentius, et tyrannus alter, Silvanus nomine. Magna igitur securitate in veterem Romam profectus est Constantius jussitque synodum Mediolani fieri.

17. Interea, ut narrat Sozomenus, cum Antiochiam convenissent Narcissus Irenopolis, et Theodorus Heracleæ, et Eugenius qui Theognidi Nicæna successerat et Petrophilus Scythopolis, et Menophantus Ephesi et alii prope triginta, universis episcopis contra Athanasium scripsere. Conveniunt autem Mediolanum pauci quidem ex Oriente, aliis prætextentibus, ut verisimile est, senectutem aut morbum aut itineris difficultatem; ex Occidente autem congregati sunt ultra trecentos. Orientalibus igitur dignum existimantibus communem ferri contra Athanasium sententiam, restiterunt quidam ex occidentalibus qui et in exilium missi sunt, ut Liberius Romæ, Paulinus Treveris in Galliis, Dionysius Albæ in Italia, Eusebius Vercellensis in Liguria, Lucifer Carallorum in Sardinia, et Hilarius Pictaviensis in secunda Aquitania.

18. Soluta autem infecta re synodo, Eudoxius Germaniciæ cum didicisset mortuum esse Leontium Antiochiæ in Syria, postulavit ab imperatore ut redire posset Roma Germaniciam, quæ ipsius reditum cupiebat. Quod cum obtinuisset, sortitus est Antiochiam, et Arianorum favore, præsertim vero regionum eunuchorum, sibi hujus urbis episcopatum assecutus est. Cæterum rediit ad Aetii doctrinam dissimilem Patri Filium docentem, una cum Acacii Cæsareæ, et Uranii Cyri episcopi fautoribus. Georgius autem Laodiceæ de hac Eudoxii innovatione monuit Basilium Ancyrae, Macedonium Mopsuestiæ, et Necropæum Nicomediæ; qui, Eustathio Sebastæ, et Eleusio Cyzici juncti imperatori quod accidisset indicavere; rogantes ut ea fides prævaleret quæ dicit Filium non consubstantialem, sed similem natura Patri, sive non consubstantialem; et ut ii qui consubstantialem dicerent, deponerentur. His precibus annuens imperator, quas cæteroqui ab aliis episcopis laudatas reperiebat, nempe a Valente Mursæ, Ursacio Sigidonis, Germano Sirmii, Auxentio Mediolani, Demophilo Berroæ in Thracia, decrevit celebrandam esse Nicæna synodum. Recusantibus autem iis qui imperatorem circumdabant, eo quod olim in eadem urbe de doctrina quæstiones agitatæ fuissent, placuit illam Nicomediæ fieri. Cum autem terre motus eam vastavisset, rursus decretum est ut Nicæna fieret synodus. Imperator autem mutavit sententiam, et Seleuciam in Isauria eam voluit congregari.

19. Considerantes autem ii qui Eudoxii partes tenebant fore ut non possent omnibus episcopis una congregatis persuadere ut dissimile acciperent, sy-

α φωτεινοῦ συνόδου γεγονυίας, ἐν τῷ μεταξὺ καθηρήθη παρὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν ὁ τυραννίσκας Ῥώμης Μαγνέντιος, καὶ ἕτερος τύραννος ᾧ Σιλβανὸς ὄνομα· κατὰ πολλὴν τοίνυν ἀδειαν ἐπὶ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὁ Κωνσταντῖος ὁρμήσας, ἐκέλευσεν ἐν Μεδιολάνῳ γενέσθαι σύνοδον.

ιζ'. Ἐν τούτῳ, καθά φησιν Σωζόμενος, εἰς Ἀντιόχειαν συνελθόντες Νάρκισσος ὁ Εἰρηνοπόλειος, καὶ Θεόδωρος Ἡρακλείας, καὶ Εὐγένιος ὁ διάδοχος Θεόγνιδος τοῦ Νικαίας, καὶ Πατρόφιλος Σκυθοπόλειος, καὶ Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσου, καὶ ἄλλοι ἄμφι τριάκοντα, ἔγραψαν τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις κατὰ Ἀθανασίου· συνῆλθον δὲ εἰς τὸ Μεδιόλανον ὀλίγοι μὲν ἐκ τῆς Ἑω, τῶν ἄλλων, ὡς εἰκός, προφασισαμένων γῆρας ἢ νόσον ἢ ὀδαιοπρίαν μακρὰν· ἐκ δὲ τῶν Ἑσπερίων ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους. Ἀξιοῦντων οὖν τῶν ἀνατολικῶν κοινῇ ἐκφέρεισθαι κατὰ Ἀθανασίου ψῆφον, ἀντίστησάν τινες τῶν ἑσπερίων οἱ καὶ πρὸς ὑπερορίαν ἐπέμφθησαν, οἷον Λιβέριος ὁ Ῥώμης, Παυλῖνος ὁ Τριβέρως τῆς ἐν Γαλλίαις, Λιονύσιος ὁ Ἄλβης τῆς ἐν Ἰταλίᾳ, Εὐσέβιος ὁ Βερκελλῶν τῆς Λιγυρίας, Λουκίφερ ὁ Καραλλῶν τῆς Σαρδανίας, καὶ Ἰλᾶριος ὁ Πικτάδων ἢ Ποτάμων τῆς δευτέρας Ἀκυιτανίας.

ιη'. Ἀπράκτου δὲ τῆς συνόδου ταύτης διαλυθείσης, Εὐδόξιος ὁ Γερμανικείας τελευτῆσαι μαθὼν Λόντιον τὸν Ἀντιόχειας τῆς κατὰ Συρίαν, ἐδέσθη τοῦ βασιλέως ἰκανελεῖν ἀπὸ Ῥώμης εἰς Γερμανικείαν, ὡς χρηζούσης αὐτοῦ τῆς τοιαύτης πόλεως· ἐπιτραπέις οὖν τούτο, κατέλαχε τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ σπουδῆ τῶν Ἀρειανῶν, μάλιστα δὲ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων, περιποήσας ἑαυτῷ τὴν ἐνθάδε ἐπισκοπὴν· καὶ λοιπὸν ἐπαύησε τὸ Ἀετίου δόγμα τὸν Ἰὼν ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ δοξάζον, ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν Ἀκακίῳ τῷ Καισαρείας καὶ Οὐρανίῳ τῷ Τύρου. Γεώργιος δὲ ὁ Λαοδικείας ἐπίστευε περὶ τῆς τοιαύτης Εὐδοξίου νεωτεροποιίας Βασιλεῖω τῷ Ἀγκύρας, καὶ Μακεδονίῳ τῷ Μοψουεστίας, καὶ Νεκροποιῷ τῷ Νικομηδείας· οἱ, προσλαβόντες Εὐστάθιον τὸν Σεβαστείας καὶ Ἐλευσίον τὸν Κυζίκου, τῷ βασιλεῖ τὸ γεγονός ἐδήλωσαν, αἰτούντες ἐκείνην κρατεῖν τὴν πίστιν ἢ λέγει τὸν Ἰὼν οὐχ ὁμοούσιον, ἀλλ' ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν εἴτε ἀνομοούσιον· τοὺς δὲ λέγοντας ὁμοούσιον καθαιρεῖσθαι. Διεξάμενος δὲ τὴν αἴτησιν τούτων ὁ βασιλεὺς, καὶ εὐρών ταύτην συνεπαινουμένην καὶ παρ' ἑτέρων ἐπισκόπων, οἷον Οὐάλεντος Μούρτης, Οὐρσακίου Σιγηδόνης, Γερμίνου Σιρμίου, Αὐξεντίου Μεδιολάνων, Δημοφίλου Βερβοίας τῆς Θράκης, ἔκρινεν ἐπιτελέσαι σύνοδον ἐν Νικαίᾳ. Παρατησαμένων δὲ τῶν ἄμφι τὸν βασιλεῖα διὰ τὸ καὶ παλαι ἐνθάδε τὴν περὶ τοῦ δόγματος σύμβηται ζήτησιν, ἔδοξε ταύτην ἐν Νικομηδείᾳ γενέσθαι· σειςμοῦ δὲ αὐτῇ ἐνσκήψαντος, πάλιν ἐκρίθη γενέσθαι τὴν σύνοδον ἐν Νικαίᾳ· μεταβουλευσάμενος δ' ὁ βασιλεὺς, ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας αὐτὴν ἠθέλησεν ἀθροίσθαι.

ιβ'. Λογισάμενοι δὲ οἱ περὶ Εὐδόξιον ὡς, ἀπάντων ὁμοῦ τῶν ἐπισκόπων ἀθροισομένων, οὐκ ἂν αὐτοὺς δυνηθεῖεν πείσαι τὸ ἀνόμοιον παραδέξασθαι, μερι-

σθείσης δὲ τῆς συνόδου ῥᾶν πείσουςι τοὺς ὀλίγους, A
 παρεσκύασαν, συμπραττότων αὐτοῖς τῶν εὐνούχων,
 δύο γενέσθαι τὰς συνόδους, τῶν μὲν ἰσπερίων ἐπισκό-
 πων ἐν Ἀριμίνῃ τῆς Ἰταλίας, τῶν δὲ ἰσίων ἐν Σελου-
 κείᾳ τῆς Ἰσαυρίας· καὶ ἕνα τὰ πολλὰ συντίμων, τοῦ
 τῆς μακαρίας λήξεως Παύλου τὸν τῆς ὁμολογίας στέφα-
 νον εὐληφότες, ἀντιστάγεται Μακεδόνιος, ὡς ἂν τις
 εἶπη σκότος ἡμέρας διάδοχον· Ἦν δὲ τὰ μὲν πρῶτα
 συμφερόμενος τοῖς περὶ Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας τῆς
 Παλαιστίνης, καὶ οὔτε ὁμοιούσιον τῷ Πατρὶ ἔλεγε τὸν
 Υἱόν, ἀλλ' ὁμοιον· μετὰ δὲ τὸ καθαιρεθῆναι πρὸς
 ἐκείνων ἀποχρησαμένων τῇ κατ' αὐτοῦ ὀργῇ τοῦ βασι-
 λέως Κωνσταντίου, οἷς τὸν νεκρὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ
 Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου παρεκίνησε, καὶ τῶν
 ἐντεῦθεν σφαγῶν ἀνεφάνη αἰτίας, περὶ δὲ τούτων εἰπεῖν
 ἐβόησεν, διέτριβε μὲν εἰς τι περὶ Πύλας τῆς Βιθυνίας B
 χωρίον, ἐνθα καὶ ἐτελεύτησε· πρὸς δὲ τοὺς τοῦ ἐτέρου
 μέρους ἦτοι τοὺς Ἠμιρεῖους, φημὶ δὲ τοὺς ἀμφὶ
 Γεώργιον τὸν Λαοδικείας καὶ Βασίλειον τὸν Ἀγκύ-
 ρας, ἀπέκλινε, καὶ τὸν Υἱόν κατ' αὐτοὺς ἐδογματίζεν
 ὁμοιούσιον.

κ'. Αἰρεσιάρχης δὲ φιλοτιμηθεὶς ἀναρρήθῃναι, και-
 νοτερόν τι προσπειρόησε, καὶ σφοδρότερον ἐλύττησε
 κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ τὸ
 ὁμοιούσιον εἰσάγοντες, καὶ οἱ τὸ ὁμοιον ληροῦντες τῆς
 οὐσίας χωρὶς, καὶ ἀπλῶς οἱ ἀπὸ Ἀρειανῶν πάντες
 κτίσμα μὲν ἔλεγον καὶ τοῦ Υἱοῦ καταδείκτοντες, ὁμοῦ,
 δ' οὖν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι συνηριθμοῦν· οὗτος δὲ ὁ κατὰ
 ρατος εἰς τὴν Τριάδος αὐτὸ θεολογίαν συναναλαμβάνειν
 ἐξέκλινεν, ἀμοίρων εἶναι λέγων τῶν τοιούτων πρεσβείων, C
 διακονῶν τε καὶ ὑπηρέτην καλῶν, καὶ ὅσα περὶ ἀγγελῶν
 τις λέγων οὐκ ἂν ἀμάρτοι· ὅθεν αὐτὸς τε καὶ ἡ αὐτοῦ
 συμμορία πνευματομάχοι παρὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐκλή-
 θησαν. Ἠύξησεν δὲ μάλιστα τὴν αἵρεσιν ταύτην
 Μαραθῶνιος ὁ Νικομηδείας, ἀπ' οὗν καὶ Μαραθῶ-
 νικοὶ πρὸς τιμῶν οἱ Μακεδονικοὶ ὠνομάσθησαν, καὶ
 Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου. Ἰουλιανοῦ δὲ βασιλεύσαντος,
 ἀδείας τῇ Κωνσταντίου τελευταίᾳ λαβόμενοι οἱ πνευ-
 ματομάχοι, ὧν ἦν Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας, Σιλβανὸς
 ὁ Ταρσοῦ, Εὐστάθιος ὁ Σεβαστίας, Ἐλεύσιος ὁ
 Κυζίκου, Πανσίνικος ὁ Ζήλων, Λεόντιος ὁ Κωμά-
 νων, Καλλίστρατος ὁ Καλλιουπόλεως, Θεόφιλος ὁ Κασ-
 ταβάλων, Σωφρόνιος ὁ Πομπηίουπόλεως, καὶ οἱ τού-
 των ὁμόφρονες, εἰς ἴδιον σύστημα διεκρίθησαν, καὶ D
 Μακεδονικοὶ καλεῖσθαι φανερώς ἤρξαντο, συν-
 ὁδοὺς τε τινὰς ποιησάμενοι, τοὺς ἀμφὶ Ἀκάκιον
 ἀπεκλήρυξαν.

κα'. Ἰουλιανῷ δὲ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσαντος,
 βιβλίον αὐτῷ δεήσεως ἔδωκεν, ἀξιοῦντες ἐξωθεῖσθαι
 τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς τὸ ἀνόμιον δογματίζοντας,
 ἀντιπράξασθαι δὲ ἑαυτοὺς ὡς τὸ ὁμοιούσιον κηρύτ-
 τουστας. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναποκρίτους αὐτοὺς ἀπ-
 ἐπέμφε, μόνον τοῦτο ἐπιφθεγγάμενος, μισεῖν μὲν
 φιλονεικίαν, ἀγαπᾶν δὲ τοὺς τῇ ὁμοιοῖα προστρέ-
 χοντας. Τηνικαῦτα δὲ ὁ φιλονεικὸς τρόπος τῶν περὶ
 Ἀκάκιον ἐξηλέγχθη, καὶ ὡς εἶπεν ἄσι πρὸς τοὺς
 κριτεῦντας ἀποκλίνοντες. Συνελθόντες γὰρ ἐν Ἀν-

nodo autem dissociata facilius fore ut paucis per-
 suaderent, curaverunt ex eunuchorum auctoritate
 ut duæ synodi fierent, occidentalium episcoporum
 Ariminii in Italia, orientalium autem Seleuciæ in
 Isauria. Atque ut brevissime dicam, beatæ condi-
 tionis Paulo confessionis coronam adepto suffici-
 tur Macedonius, ut ita dicam, quasi post lucem
 tenebræ. Erat autem primum Acacii Cæsareæ in
 Palæstina asseclis consentiens neque Filium Patri
 in substantia similem esse dicebat, sed tantum si-
 milem; postquam autem depositus est ab iis qui
 Constantis imperatoris ira abhatebantur in eum
 indignantis eo quod Constantini patris cadaver
 loco moverat et recentis cædis causa fuerat (de his
 diximus antea), aliquandiu prope Pylas Bithyniæ
 locum commoratus est, ubi et mortuus est. Ad
 eos vero qui alteram partem constituebant, Semia-
 rianos nempe, Georgii Laodiceæ, Basilii Ancyræ
 fautores declinavit, et Filium, sicut et ipsi, in sub-
 stantia Patri similem esse docuit.

20. Hæresiarcha autem renuntiari peroptans
 novum aliquid excogitavit, et in quamdam violenti-
 orem rabiem contra Spiritum sanctum incidit.
 Illum enim et qui Filium substantia similem finxe-
 rant et qui similem esse dicendo deliraverant,
 excepta substantia, utque uno verbo dicam, quot-
 quot Arianas partes tenebant, creaturam Spiritum
 dicebant, Filioque minorem, illum tamen in
 sancta Trinitate connumerabant, ille autem sce-
 lestus in Triadis theologia eum comprehendere
 renuit, talis dignitatis non participem esse dicens,
 ministrumque et servum eum vocans, iisque utens
 nominibus quibus ne angeli quidem nuncuparentur.
 Unde ipse et ejus consocii Spiritus sancti adver-
 sarii ab orthodoxis appellati sunt. Auxerunt autem
 hanc hæresim Marathonium Nicomedie, a quo et
 Marathoniani a nonnullis Macedoniani nominati
 sunt, et Eleusius Cyzici. Juliano autem imperante,
 securitatem ex Constantii morte adepti pneumato-
 machi, ex quorum numero erant Basilii Ancyræ,
 Silvanus Tarsi, Eustathius Sebastie, Eleusius Cy-
 zici, Pausinicus Zelarum, Leontius Comanæ, Cal-
 listratus Calliopolis, Theophilus Castabali, So-
 phronius Pompeiopolis, eorumque asseclæ, in
 quoddam proprium collegium discreti sunt, et Ma-
 cedoniani vocari manifeste cœperunt. synodosque
 facientes, Acacii fautores excommunicavere.

21. Joviano ad regiam dignitatem evecto, librum
 illi rogatorium dederunt, postulantes ut ab eccle-
 siis arcerentur qui Filium non similem esse doce-
 bant, ipsi vero introducerentur, ut consubstantia-
 lem proclamantes. Imperator autem illos absque
 sententia dimisit, illud tantum addens, se rixa-
 rum cupidus odisse, diligere vero eos qui ad con-
 cordiam properarent. Tum rixarum studium apud
 Acacii fautores reprehendebatur, simulque eis
 objurgabatur quod semper ad potentiores declina-

rent. Convenientes enim Antochism Syriæ, in colloquium cum Meletio venere, qui consubstantiale docebat. Atque ita egerunt, postquam eum honoratum videre ab imperatore ibi tunc temporis degente. Communi igitur sententia concilium septem et viginti episcoporum convocare, libelloque composito, consubstantiale confessi sunt; et Nicœnam fidem confirmantes illum imperatori tradidere. Præerant huic synodo Meletius Antiochiæ, Kusebius Samosatæ, Acacius Cæsareæ, Pelagius Laodicæ in Syria, Athanasius Ancyræ.

22. Ubi autem Valentinianus et Valens imperare cœperunt, omnes Macedoniani deputarunt pro se legatum ad Valentinianum Hypatum Perinthi episcopum, rogantes ut sibi liceret convenire ad corrigendam doctrinam. Respondit autem Valentinianus « Mihi non licet in populi ordine posita talia agitare; sacerdotes vero quibus de his rebus cura est, per seipsos quocumque voluerint, conveniant. Statim igitur illi Lampsacum convenere, duosque menses deliberationem habuere, et decreverunt irrita esse quæ Antiochiæ ab ipsis facta fuerant et melius esse Filium Patri substantia similem esse opinari. His definitis, redeunti ex Thracia Valenti (cum fratre enim Romam proficiscente aliquantum itineris fecerat), Heracleæ occurrerunt. Qui quidem iis suasit ne ab Eudoxio dissentirent. Hic autem Macedonio successerat, Eunomioque et ejus fautoribus consentiebat. Cum autem renuissent, eos in exsilium ire jussit. Postea vero Eleusium reduxit, coegitque ut eum Eudoxio in fide consentiret. Ac principio ille restitit; deinde vero exsilium et expulsionem reformidans, quod jussus erat, fecit; at statim eum pœnituit. Cyzicum enim rediens peccatum suum in ecclesia confessus est, suosque hortatus est ut sibi alium episcopum eligerent, eo quod ipse necessitate compulsus propriam doctrinam abnuisset. Cyziceni autem suo erga eum amore victi illius hæresim non admisere, mansere vero postea sub illius gubernatione; quo audito, Eudoxius Eunomium in Cyzici episcopatum proposuit

23. Expulsi sunt ab Eudoxio Constantinopolis episcopo et Valente imperatore non modo qui consubstantialem Filium profitebantur, sed jam et ipsi Macedoniani; qui injuriam non ferentes, statuerunt ad imperatoris fratrem et ad Liberium Romæ episcopum confugere, eorum fidem amplecti quam cum Eudoxio communicare præferentes. Mittunt igitur Eustathium Sebastiae et Silvanum Tarsi, et Theophilum Castabali in Cilicia; qui postquam Liberium adiere, Arium condemnant et similiter eos qui Ario consentiebant ejusque doctrinam docebant, rejiciunt autem omnem hæresin fidei Nicæne contrariam; et consubstantiale solummodo recipiunt, in eo sensu quod hæc vox substantia similem significaret. Hanc eorum confessionem scriptam accipiens Liberius, cum illis causam egit; litterisque ab illo acceptis, in Siciliam navi-

et inseparabilem atque inconfusam unionem unius
de venerabili Trinitate.

Sancti Cyrilli Hierosolymitani ex sermone in festo
de occursu Domini, cujus est initium: « *Gaude
magnopere.* »

Infantem video, qui legalem in terris hostiam
offert; sed hunc ipsum omnium pias oblationes in
cælis recipientem, eundem in cherubico throno
magnifice residentem, eundem oblatum et sancti-
ficatum, eundem omnia sanctificantem et purgan-
tem. Ipse donum est, ipse pontifex, ipse propitia-
torium, ipse offerens, ipse victima pro mundo
oblata, ipse ignis, ipse holocaustum, ipse lignum

vitæ et scientiæ, ipse agnus, ipse gladius Spiritus, ipse pastor, ipse agriculus, ipse sacrificator, ipse lex, ipse denique legem implens.

Sancti Cyrilli Alexandrini ex duodecim capitulis adversus Theodoretum.

Cum autem factus est homo, sacerdotis quoque gessit officium, haud sane ut Deo tanquam majori rem sacræ faceret, sed ut et sibi et Patri nostræ fidei confessionem exhiberet. Pudet te audientem, quod sacerdos fuerit quatenus homo? Cur deinde non miraris, quod non cæterorum sacerdotum more sacrificat, sed sibi ipsi potius ac Patri?

Ejusdem ex sermone ad reginas.

Ipse igitur fuit sacerdos quatenus homo, quantum omnium excipiebat sacrificia quatenus Deus. Ipse hostia secundum carnem, idemque peccata nostra condonans pro deitatis suæ potestate.

Ejusdem ex loco ubi de obedientia Christi.

Animadvertite quomodo sacerdotium gerit uti homo, fitque mediator Dei et hominum. Cujusvis enim sacerdotis est intercedere. Verumtamen sacrificium haud illa ratione, qua cæteri sacerdotes, id est serviliter offert; ita ut nihil ex sacrificio ad ipsum redundet: sed sibi operatur, et per se ipsum, atque in sese Deo et Patri. Et *paucis interjectis*: Igitur etiamsi sacrificare secundum humanam naturam dicitur, nihilo tamen minus hostiam ipsemet suscipit quatenus Deus; idem scilicet Deus simul atque homo.

Ex tetraevangelio, interpretatio archiepiscopi Bulgariae.

Lucas autem ait, id quoque dixisse Dominum: *Hoc facite in meam commemorationem*²². Hoc, inquit, est novum mysterium; illud vero vetus. Et illud quidem ob memoriam fiebat servatorum in Ægypto Hebraicorum primogenitorum, et illius quam Judæi adepti sunt libertatis; hoc autem in domini commemorationem fit. Per hoc enim sacrificium in memoriam nobis revocamus, quod is suum corpus morti tradiderit, suumque sanguinem fuderit; perpetuoque hoc ritu memoriam rei renovamus. Viden' quomodo a vetere sacrificio ad novum transtulit? Cur enim diutius opus erat imagine his qui prototypum jam tenebant? Porro ait Chrysostomus, Christum ipsum initium fecisse participandi ei mysterio, ut ita impelleret quominus a vescendo carne et sanguine propter rei insolentiam non abhorrent. Id quod ejus dicto satis demonstratur; *Dico enim vobis, non bibam ulterius ex hoc genimine vitis, usque ad diem illam cum illud novum vobiscum bibam in re-*

²² Luc. xxii, 19.

(17) Particula est hæc ejusdem sermonis Cyrilliani ad reginas.

ὑπάρχων, αὐτός ὀλοκαυτῶσις, αὐτός τὰ ξύλα τῆς ζωῆς καὶ τῆς γνώσεως, αὐτός ὁ ἀμὸς, αὐτός ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος, αὐτός ὁ ποιμὴν, αὐτός τὸ ἄρνιον, αὐτός ὁ θύτης, αὐτός ὁ νόμος, καὶ αὐτός ὁ τὸν νόμον πληρῶν.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῶν εἰς κρη, τῶν κατὰ Θεοδώρητου.

Ἐπεὶ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχηρημάτικε καὶ ἱερεὺς, οὐχ ὡς μίξουσι Θεῷ προσκομιζῶν τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ, τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. Ἐρυθρίᾳς δὲ ἀκούων ὅτι κεχηρημάτικεν ἱερεὺς διὰ τὸ ἀνθρώπινον; εἶτα πῶς οὐ θεθαύμακας ὅτι μὴ κατὰ τὸ τῶν ἱερέων ἔθος ἐτέρων ποιεῖται τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον, ἐαυτῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ Πατρὶ;

B

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πρὸς Βασιλίσσας λόγου.

Αὐτός οὖν ἄρα γέγονεν ἄρχιερεὺς κατὰ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι παρὰ πάντων θυσίας δεχόμενος θεϊκῶς· αὐτός τὸ θῦμα κατὰ τὴν σάρκα· αὐτός ὁ ταῖς ἁμαρτίας ἰλασκόμενος ἡμῶν κατὰ γὰρ τὴν τῆς θεότητος ἐξουσίαν.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ περὶ ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ (17).

Ἄθρει δὲ ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ μεσίτης τίθειται Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεὺς· τὸν δὲ τῆς θυσίας τρόπον οὐκέτι καθ' ἓνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομιζει δουλοπραπέτῃ, μηδ' ἐν αὐτῷ ἐπικοινωνῶν τῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτὴν· ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύεται καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. Καὶ μετ' ὀλίγα, Οὐκ οὖν κἄν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγεται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτός θεϊκῶς ὁ αὐτός ὢν ὁμοῦ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

C

Ἐκ τοῦ τετραευαγγέλιου ἐρμηνεία τοῦ Βουλγαρίας.

Λουκᾶς δὲ λέγει καὶ τοῦτο εἰπεῖν τότε τὸν Κύριον, ὅτι τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· τοῦτο, φησί, τὸ καινὸν μυστήσιον· καὶ μὲν ἐκεῖνο τὸ παλαιὸν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ θυσιασμα εἰς ἀνάμνησιν ἐγένετο τῆς ἐν Αἰγύπτῳ σωτηρίας τῶν Ἑβραϊκῶν πρωτοτόκων, καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἐλευθερίας· τοῦτο δὲ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Δεσπότη· διὰ τῆς τοιαύτης γὰρ θυσίας ἀναμνησκόμεθα ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ παρέδωκεν εἰς θάνατον, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξέχευε· καὶ τῇ συνεχείᾳ τὴν μνήμην ἀναμνησκόμεθα. εἶδες πῶς μετέθηκε τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τῆς παλαιᾶς θυσίας ἐπὶ τὴν καινὴν; Ποία γὰρ εἰκόνας εἶτι χρεῖα τοῖς ἤδη τὸ πρωτότυπον ἔχουσι; φησὶ δὲ καὶ ὁ Χρυσόστομος ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς πρότερος τότε μετέσχε τοῦ μυστηρίου, ἵνα μὴ ἀηδισθῆσι σαρκὸς καὶ αἵματος μεταλαβεῖν ἐπιτροπόμενος· καὶ τούτου δὲ τεκμήριον τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν· λέγω δὲ ὅτι οὐ μὴ πῶς ὑπάρτι ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πῖνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ

D

Πατρός μου· εἰ δὲ τοῦ ποτηρίου μετίσχει, μετέλασεν ἅρα καὶ τοῦ ἄρτου.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς ῥητὸν τῆς πρὸς Κολασσαεῖς Ἐπιστολῆς τοῦ μεγάλου Παύλου, τὸ φάσκον· « Καὶ δὲ αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. »

Δι' αὐτοῦ, τουτέστιν αὐτός ὁ ἐνεργήσας τὴν σωτηρίαν, ταύτην ἡμῖν περιποιήσατο. Ἴνα δὲ μὴ νομίσῃς, ὅτι ὑπερέτου τάξιν ἔλαβε, φησὶν εἰς αὐτόν, τουτέστιν αὐτὸς ἑαυτῷ τοὺς ἀνθρώπους κατήλλαξε. Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ εἶπεν ὅτι τῷ Θεῷ κατήλλαξεν· ἅρα οὖν κοίνα καὶ Υἱοῦ τῆ τοῦ Πατρὸς· οὐκ εἶπε δὲ καταλλάξαι, ἀλλὰ ἀποκαταλλάξαι, τουτέστιν ἀποδοῦναι ὡς ὀφειλὴν τινα πάλαι κεχρωσθημένον.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς ἐρμηνείας τῆς εἰς τὸ βασιλεῖον ἱεράτευμα.

Μελχισεδέκ τις βασιλεὺς Σαλήμ. Δύναται δὲ τοῦτο εἰρήνης, τύπος Χριστοῦ γενόμενος, οὐ μόνον ὡς ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ αὐτὸς τὰ τῶν βασιλείων τε καὶ ἱερέων ποιῶν, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τυπῶν διὰ τε ἄρτου καὶ οἴνου (18)· καὶ οὕτως γούν τὸ βασιλεῖον κατέδειξεν ἱεράτευμα. Κατὰ δὲ τὴν νῦν πολιτείαν αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῖν Μελχισεδέκ, ὡς ἐπ' ἀληθείας ἀπάτωρ τε καὶ ἀμήτωρ· τὸ μὲν τὸ πρότερον, τὸ δὲ τὸ δεύτερον· καὶ ἄρχων εἰρήνης· βασιλεὺς μὲν ὡς Θεός, καὶ ἱερεὺς δὲ ὡς ἑαυτοῦ θύτης τε καὶ προσπυργύς· ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον.

Κοσμᾶ Ἰνδικοπελεύστου ἐκ τοῦ εἰς τὸν ψαλτῆρα προοιμίου ἐξηγουμένου ὡς ἐν παρόδῳ τὸ « Ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, » καὶ τὰ ἐξῆς (19).

Περὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ φησὶ· Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχριστί τε ὁ Θεός, ὁ Θεὸς σου ἔλαιον ἀγαλλιᾶσιως παρὰ τοὺς μετόχους σου· οὐ γὰρ ἡ θεότης διὰ τὸ ἀγαπήσαι δικαιοσύνην καὶ μισῆσαι ἀδικίαν χρίεται· οὕτε γὰρ ὅλος χρίεται, οὕτε Θεὸν ἔχει, αὐτὸ γὰρ τὸ χρίσμα Θεός ἐστιν· ἀλλ' ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ χρίεται ἔλαιον ἀγαλλιᾶσιως, ἵνα εἴπῃ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτῆς, τουτέστι παρὰ πάντας τοὺς Χριστοῦς· ἡ γὰρ θεότης μετόχους ἄλλους οὐκ ἔχει· εἰς γὰρ ἐστὶ Θεός, ὁ τε Πατήρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ δὲ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, μάλιστα τοὺς Χριστοῦς ἔχει μετόχους· διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν ὅτι παρὰ πάντας ἔχρισθη ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ, χρισθεῖσα Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει· ὅπερ οὐδὲν τῶν ἄλλων Χριστῶν ὑπῆρξεν οὕτως ἐξεπεῖν παρὰ πάντας τοὺς μετόχους σου· ὅλον δὲ αὐτὸν ψαλμὸν περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἐπὶ βασιλείας

*gno Patris mei*²⁴. Quod si calicem gustavit. utique et panem.

*Ejusdem de dicto illo Epistolæ ad Colossenses mag-
ni Pauli* : « *Et per ipsum omnia reconciliare in se ipsum*²⁵. »

Per ipsum, il est ipse qui salutem operatus est, hanc nobis contulit. Ne autem forte existimes eum famuli ordinem suscepisse, dicit de se ipso, quod ipse sibi homines reconciliaverit, cum alibi dixisset Deo eosdem reconciliasse. Est ergo id commune Filio Patrique. Haud porro dixit conciliasse, sed reconciliasse, hoc est ceu debitum quoddam jamdiu solvendum reddidisse.

Sancti Athanasii ex interpretatione quid sit regale sacerdotium.

Melchisedech quidam rex Salem. Postremum hoc vocabulum *pacem* significat, erat quippe hic homo Christi typus, non solum quia sine patre ac matre, sed quia et regum et sacerdotum officio fungebatur, et incruentum sacrificium pane ac vino portendebat. Hic ergo exhibuit in se regale sacerdotium²⁵. Secundum autem præsentem politiam Christus nobis verus est Melchisedech, utpote qui vere est sine patre et sine matre ; hoc quidem antea, illud vero postea ; et princeps pacis²⁶. Rex quidem ut Deus, sacerdos vero utpote sui ipsius sacrificator et oblator. Ipse enim et sacerdos et victima est.

Cosmæ Indicopleustæ ex ejus proœmio ad psalterium, dum enarrat tanquam in transitu verba illa, « Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, » et reliqua.

De sua humanitate dicit : *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem ; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*²⁷. Non enim deitas, propter justitiæ amorem et iniquitatis odium ungitur ; neque hæc ungitur, neque Deum supra se habet, ipsa enim unctio Deus est ; sed utique humanitas ejus ungitur *oleo lætitiæ*, videlicet sancto Spiritu, *Præ consortibus ejus*, id est præ omnibus unctis. Deitas enim consortem non habet ; unus est enim Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Christi autem humanitas, præ cunctis hominibus, præcipue chrismate delibutos habet consortes. Propterea dixit, Christi humanitatem præ cunctis unctam fuisse sancto Spiritu et virtute ; quod nulli aliorum unctorum sic dicere contigit. Præ cunctis participibus, tuis. Universum vero psalmum de Christo et Ecclesia, tanquam de rege et regali sponsa dixit ad finem usque David.

²⁴ Math. xxvi, 29. ²⁵ Coloss. i, 20. ²⁶ I Petr. ii, 9. ²⁷ Psal. xlii, 8.

(18) Melchisedechi sacrificium incruentum ex pane vinoque, portendisse SS. Eucharistiam, satis communis et recta Patrum sententia est. Quod vero quidam Armenii heterodoxi hinc sumunt argumentum pro vini meri oblatione, ut ipsi faciunt, aquæ admistione exclusa, mera hæc vanitas est. Namque utrum proprie mera-

cum Melchisedechus ipse obtulerit, incertum est ; ab evangelico autem vocabulo *κράτος*, *miscens*, atque ab Ecclesiarum traditione, aquæ mistio perspicue suadet vel potius præcipitur.

(19) Exstat in *Cosmæ Topographia Christiana*, ed. Montf. p. 226-228.

Similiter et quinquagesimum nonum psalmum de eodem recitavit. Quam rem testatur ipse Dominus Judæis dicens : *Quomodo ergo David in Spiritu sancto vocat eum Dominum his verbis : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis*²⁸? Si Filius ejus est, quomodo Dominus ejusdem est? Ergo verbis, *Dominus ejus*, Deum manifeste appellat. Tum verba, *Sede a dextris meis*, perspicue humanitati conveniunt; nam vocabulum, *sede*, de nondum sedente dicitur. Atqui deitas in sua beatitudine, honore gloriaque fundata sedet, quin ab aliquo majore ad id vocetur aut compellatur: sed utique Christi humanitas ab unita sibi inseparabiliter deitate invitatur dum audit, *Sede a dextris meis*, id est veluti in honoris mei paritate. Neque enim vel dextram vel sinistram Deus habet, utpote non circumscriptus. Dicit ergo: *Sede in honore meo, tanquam mea persona, utpote imago Dei universo mundo ostentata. Quippe ita Daniel quoque ait : Et ipsi datum est regnum, honor, potestas*²⁹, et reliqua. Quin adeo ipse Dominus dixit : *Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra*³⁰. Mox vero in ejusdem psalmi progressu ait de divinitate : *Ex utero ante luciferum genui te*³¹: tanquam si Pater ad Filium ratione divinitatis dicat: Ante omnem creaturam ex utero, hoc vocabulo consubstantialitatem denotare volens; non postea assumens, sed in me ipso te habens sine principio vel fine: tanquam ex utero ex nostra substantia te genui conjunctum mihi et coexistentem. Deinde rursus illicoque de humanitate prædicat : *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*³²: non enim deitas sacrificat, sed potius colitur et hostias recipit. Meminit hujus testimonii Paulus quoque apostolus in Epistola ad Hebræos sic : *Sicuti Aaron, sic et Christus nequaquam sibi sacerdotii honorem vindicavit, sed qui dixit ei : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut et alibi ait : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*³³: videlicet omnia de humanitate intelligens.

Syllogismus magni drungarii domini Stephani.

Num universam deitatem, quæ deitas scilicet in tribus spectatur personis, Patre Filio et Spiritu sancto, offendimus nos præcepti transgressione, an potius solum Patrem? Si Patrem tantummodo offendimus, utique huic soli, juxta hos blaterones, reconciliati sumus per Filii ejus incarnati sanguinem. Quod si totam Trinitatem offendimus, utique toti Trinitati oblati fuit unigeniti Filii Dei sanguis. Sicut enim in uno eodemque Christo, qui in unica persona subsistit, agnoscitur corruptibilitas et incorruptibilitas, mortalitas et immorta-

Α νυμφίου και νύμφης βασιλίδος εξειπών ἐτίλειον. Ὁμοίως δὲ και τὸν β' ψαλμὸν εἰς αὐτὸν εἴρηκε· και μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων πρὸς Ἰουδαίους· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ Κύριον αὐτὸν καλεῖ λέγων· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; Εἰ Υἱὸς αὐτοῦ ἴστιν, πῶς Κύριος αὐτοῦ ἴστι; τὸ μὲν Κύριος αὐτοῦ ὡς Θεὸν σαφῶς προειπὼν· τὸ δὲ Κάθου ἐκ δεξιῶν μου σαφῶς τῇ ἀνθρωπότητι ἀρμόζει· τὸ γὰρ κάθου τῷ μὴ καθεζομένῳ λέγει. Ἡ δὲ θεότης ἰδρυται εἰς τὴν οἰκίαν μακαριότητα τιμῆν τε και δόξαν, παρ' ἐτέρου μείζονος μὴ ἱπιτροπομένη ἢ προτροπομένη εἰς τοῦτο· ἀλλ' ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῆ ἀχωρίστως θεότητος ἐπιτρέπεται ἀκούουσα, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ὡσανεὶ ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ· οὔτε γὰρ δεξιὰ οὔτε ἀριστερὰ ἔχει ὁ Θεὸς ἀπερίγραπτος ἰκέρχων· ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ λέγει, ὅτι Κάθου ἐν τῇ ἐμῇ τιμῇ, ὡσανεὶ εἰς πρόσωπον ἐμὸν, ὡς εἰκὼν Θεοῦ κατὰ τῷ κόσμῳ δεικνυμένη· οὕτω γὰρ και Δαβὶδ λέγει· Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ βασιλεία και ἡ τιμὴ και ἡ ἐξουσία, και τὰ λοιπά. Ἀλλὰ και αὐτὸς ὁ Κύριος, φησὶν· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ και ἐπὶ γῆς. Παρακατῶν δὲ λέγει πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ περὶ τῆς θεότητος· Ἐγαστρός πρὸ ἐωσφόρου ἐγέννησά σε· ὡσανεὶ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν θεότητα λέγοντος ὅτι Πρὸ πάντας κτίσεως ἀπὸ γαστρός· τὸ ὁμοούσιον θείων σημεῖον· οὐχ ὕστερον προσλαβὼν, ἀλλ' ἐν ἑμαυτῷ σε ἔχω ἀνάρχως και ἀπεράντως· ὡς ἀπὸ γαστρός ἐκ τῆς ἑμετέρας οὐσίας σε ἐγέννησα συνόντα και συνυπάρχοντα. Εἶτα πάλιν εὐθείως και περὶ τῆς ἀνθρωπότητος θηλῶν φησὶν· Ὡμοσε Κύριος, και οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· οὐ γὰρ ἡ θεότης ἱερατεῖει, ἀλλὰ μᾶλλον λατρεύεται, και τὰ ἱερῆα προσδέχεται. Μένηται δὲ και τῆς χρῆσεως ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ λέγων οὕτως· Καθάπερ ὁ Ἀαρὼν, οὕτως και ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενέσθαι ἀρχιερεὺς, ἀλλ' ὀμολογήσας πρὸς αὐτὸν, Υἱὸς μου εἰ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· καθὰ και ἐν ἐτέρῳ λέγει· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· πάντα περὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἐκλαβὼν.

Συλλογισμὸς τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου κυροῦ Στεφάνου.

Ἐν τῇ θεότητι προσκεκρούκαμεν ἡμεῖς διὰ τῆς παραβάσεως, τῇ ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρουμένη, Πατρός, Υἱοῦ, και ἁγίου Πνεύματος, ἢ μόνῳ τῷ Πατρί; Εἰ μὲν μόνῳ τῷ Πατρί, και αὐτῷ μόνῳ κατὰ τοὺς φληναφούντας κατηλλάγημεν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Υἱοῦ αὐτοῦ· εἰ δὲ ἅλη τῇ Τριάδι, ὅλη τῇ Τριάδι προσηνέχθη και τὸ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ αἷμα. Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ ἐνὶ και τῷ αὐτῷ Χριστῷ, ἦτοι τῇ μιᾷ τούτου ὑποστάσει, θεωρεῖται τὸ φθαρτὸν και τὸ ἀφθαρτὸν, τὸ θνητὸν και τὸ ἀθάνατον· οὕτω και τὸ προσάγον και τὸ

²⁸ Matth. xii, 43, 44. ²⁹ Dan. vii, 14. ³⁰ Matth. xxviii, 18. ³¹ Psal. cix, 3. ³² ibid. 4. ³³ Heb. v, 4-6.

προσδεχόμενον· ὁ αὐτὸς γὰρ ὡς ἄνθρωπος προσή-
γαγε, καὶ ὡς Θεὸς προσεδέξατο.

Εὐστρατίου τοῦ Νικαίας ἐκ τοῦ δευτέρου Περὶ τῶν
ἀζύμων λόγου (20).

Ἄλλὰ καὶ ὅτε χαριστήριον τοῦ σωτηρίου πάθους
τῷ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι προσφέρεται, καὶ ὅτε ὑπὲρ
ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι, καὶ ὅτε ἵνα ἀφεθῇ ταῖς
ψυχαῖς ἡμῶν ἃ ζῶντες ἐνταῦθα προσκρούκαμεν,
καὶ ὅτε ὑπὲρ τῶν ἐντεῦθεν οἰχομένων πιστῶν, ἀναγ-
καῖον ζυμῶ τὸν ἄρτον εἶναι τὸν προσφερόμενον,
τὸν ψυχῆς ἔχοντα σύμβολον (21) τὸ τε γὰρ δι' ἡμᾶς
κεκουθὸς σῶμα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ζῶν τε καὶ
ἐμψυχον, τὰ τε ἡμέτερα ὡσαύτως, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀφέ-
σεως σφραγμάτων, εἴτε τὸ ἐν τῇ παρουσίᾳ ἐστὶ ἐνδη-
μοῦντων ζωῆ, εἴτε τῶν ἐκ ταύτης ἤδη ἀπολυθέντων
πιστῶν, ὑπὲρ ψυχῶν ἐστὶ προσφερόμενα. Οὐδὲν δέ
τι πάντως προσίσταται, εἰ χαριστήριον ποτε τῆς
ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι τὸν ἄρτον προσφερόμεν·
ὡς γὰρ τὸ ἡμέτερον ὁ Σωτὴρ ἑαυτῷ διὰ τῆς προσλή-
ψεως ὡκειώσατο, οὕτως καὶ τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσ-
φερόμενον ἑαυτῷ οικειούμενος ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆται,
καὶ ἡμῶν αὐτοῦ μεταδίδωσι.

Φωτίου πατριάρχου ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή. « Πῶς
θλιπτός τε καὶ ἀθελήτος τῷ Πατρὶ ὁ θάνατος λέγεται;
ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ; Καὶ πῶς πάλιν ὁ αὐτὸς
συνέλθοι τῷ πονηρῷ θελήτος τε ἅμα εἶναι καὶ
ἀθελήτος (22).

Ἐπεὶ τὸ λύτρον πρὸς δύο τινα τὴν ἀναγοράν ὡς
ἐπίπαν ἔχει, ῥύσιον τε τῶν κατεχομένων εἶναι, καὶ
δῶρον ὁρᾶσθαι τῷ κατέχοντι· ὡς μὲν ῥύσιον τῶν
κατεχομένων λύτρον ἂν εἴη τὸ σωτήριον αἷμα· ὡς δὲ
δῶρον τοῦ κατέχοντος οὐδαμῶς· ἐπεὶ καὶ πολλὰ ἄλλα
τῷ κυρίως λεγομένῳ προσόντα λύτρω, τῇ ἀπράττω
ταύτῃ καὶ ὑπὲρ λόγον οὐ προσστέιν οικονομία· καὶ
γὰρ ὁ μὲν τὸ λύτρον διδούς, οὐκ ἐστὶ δυνάμενος κύ-
ριος εἶναι ὧν παρέσχε, τὴν ζημίαν ἔχει κατὰ τὸ
ἰσφαλαίτητον ἀκολουθεύσαν· κερδαίνει δ' ὁ λαθίων,
καὶ καθίσταται δεσπότης ὧν πρότερον τὴν ἐξουσίαν
οὐκ εἶχεν· ἐνταῦθα δὲ τούτων ἅπαν· ὁ μὲν κα-
ταθέμενος τὸ λύτρον (καὶ γὰρ πάντα ἐν τῇ χειρὶ
αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα, οὐδὲ μὲν τῶν
μαρτύρων, εἴξω τῆς αὐτοῦ καθίστασθε προνοίας καὶ
χειρὸς) οὐδὲν μὲν δηλονότι ἐζημιώται· τίς γὰρ ἂν
ὄλως εἰπεῖν ἐννοήσοι ὡς μὲν τῶν θεραπεόντων αὐ-
τοῦ, καὶ ὧν ἐκενώθησαν αἱμάτων, ἐστὶ λόγος αὐτῷ,
καὶ μετὰ θάνατον ὡς ἀθανάτων βρωόντων ἀκούει; τὸ
δὲ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐν
τοῖς ἀθανάτοις τῆς αὐτοῦ προνοίας ταμίσις συνέχει
ἐκώλεθρον αὐτῷ, καὶ φθορᾶς σωματῶν ἀνέπαρον
συνταροῦμενος; Οὐκ ἐζημιώται τοίνυν οὐ μὲν οὖν
ὁ τὸ λύτρον καταθέμενος, ἀλλὰ καὶ τοῦ γένους
ἡμῶν πτωχὸς ὁ φιλόανθρωπος προσεκίρδησε τὴν σω-
τήριον.

pretium contulit, imo universi generis nostri clemens Jesus salutem lucratus est.

(20) Non exstant hi de azymis sermones Eu-
stratii.

(21) Levem oppidohanc objectionem Græcorum
judicat Ciampinius in suo de Azymo opusculo
cap. 1. Tum cap. 3, apud eundem dissolvit eam

A litas, sic etiam oblatio et receptio. Idem enim
quatenus homo obtulit, quatenus Deus recepit.

Eustratii Nicæni ex secundo De azymis sermone.

Revera et cum salutaris passionis sacrificium,
ei qui pro nobis est passus offertur, sive pro no-
stra corporali vita, sive pro animabus nostris ut
remittantur ea quæ in vita peccavimus, sive pro
iis qui hinc migraverunt, necesse est panem illum
qui offertur esse fermentatum, quia fermentum
animæ symbolum est. Nam et Christi in passione
corpus vivum erat et animatum; et nostra simili-
liter sacrificia, pro remissione peccatorum, sive
adhuc viventium fidelium sive defunctorum, pro
animabus offeruntur. Nihil vero prorsus officit,
quod aliquando ob gratiarum actionem pro cor-
porali nostra vita, panem offerimus: sicut enim
corpus nostrum Dominus per incarnationem fecit
suum, ita panem quem pro se quisque offert, sibi
vindicans suum corpus efficit, nobisque retri-
buit.

Photii patriarchæ; ex sermone, cujus initium est:
« Quomodo et voluntaria simul et involuntaria
Patri mors Christi dici queat. Et quomodo rur-
sus accidat ut eadem mors diabolo voluntaria
simulque involuntaria fuerit. »

Redemptionis pretium duplici sub notione ge-
neratim consideratur, nimirum ut captivorum
redimiæ, atque ut captivorum domino donum
oblatum. Christisanguis, quatenus redimiarum vice
fungitur, sane pretium redemptionis dici potest:
verumtamen quatenus donum mangoni est, illo
nomine uti nequit. Et quidem alia multa redem-
ptionis proprie dicto pretio insunt, quæ arcanæ
huic et incernabili œconomix non congruunt.
Siquidem qui pretium dedit, quia rei ejus dein-
ceps dominus esse non potest, detrimentum ne-
cessarium patitur: contra qui accipit, lucro au-
getur, fitque rei dominus quæ in ejus potestate
antea non erat. Nunc omne contra est. Qui pre-
tium obtulit (quandoquidem omnia in Dei pote-
state sunt, neque ipsius Abelis neque martyrum
sanguis ab ejus providentia dominioque abfuit),
hic, inquam, nullum cepit detrimentum. Nam
quis omnino existimare velit, ab eo qui famulorum
suorum, et quorum sanguis exhaustus fuit, cu-
ram gerit, quique mortuorum tanquam viventium
clamores audit; quis, inquam, putet, salutarem
et qui orbem vivificat sanguinem, in thesauris
providentiæ suæ ab eo non fuisse incolumem con-
servatum, atque ab omni corporea corruptione
defensum? Non igitur damnum passus est qui

Græcus Gennadius, qui concludit utrumque ri-
tum sive Latinum sive Græcum recte se habere,

(22) Est hoc Photii quæstio Amphiloichiana 26.
quam nos edidimus Scrip., vet. t. I. Fragmentum
hoc legitur ibi, p. 79.

Damasceni.

Unīversorum Deus et Pater vultne quatenus Pater est, an quatenus Deus? Si quatenus Pater, alia erit voluntas ejus quam Filii; neque enim Pater idem est qui Filius. Sin vult quatenus Deus, Deus autem æque est Filius et sanctus Spiritus, utique voluntas naturæ est, id est naturalis. Ergo tu quoque similiter syllogismum instrue: Unīversorum Deus et Pater, num quatenus Pater est, sanguinem Unigeniti excepit, an quatenus Deus? Si quatenus Pater, alia erit ejus virtus et operatio quam Filii; non enim idem Pater ac Filius. Sin quatenus Deus est excepit, Deus autem æque est Filius et Spiritus sanctus, sequitur ut Unigeniti sanguinem, id est, unius de sancta Trinitate, eadem sancta Trinitas, quatenus Deus est, excepit.

Ex libro synodico qui in Magna Ecclesia legitur.

Iis qui dicunt, quod Dominus et Servator noster Jesus Christus, tempore salutaris suæ passionis, pretiosi sui corporis sanguinisque sacrificium, tanquam pontifex in humana pro nobis assumpta natura, quia et sacrificator est et victima, ut magnus ait theologus Gregorius, obtulerit quidem Deo Patri, non tamen ipse Unigenitus excepit quatenus Deus, itemque Spiritus sanctus; ita ut hac affirmatione excludant ipsum Dei Verbum, nec non consubstantialem et congloriosum Spiritum Paracletum, a divini honoris puritate ac dignitate, anathema.

Iis qui peractum quotidie sacrificium a Christi sacerdotibus divina mysteria tractantibus non concedunt sanctæ Trinitati offerri, contradicentes sanctis divinisque Patribus Basilio et Chrysostomo, quibuscum consentiunt et reliqui pleni Deo Patres in suis sermonibus atque scriptis: anathema.

Iis qui cum audiunt Servatorem in instituto a se divinatorum mysteriorum sacrificio dicentem: *Hoc facite in meam commemorationem*²⁴, haud recte intelligunt vocabulum *commemorationem*, sed dicere audent quod sacerdotes phantastice et imaginarie renovant peractum a Servatore nostro in pretiosa cruce sacrificium sui corporis atque sanguinis ob communem humanæ naturæ redemptionem ac propitiationem, dum quotidianam hostiam offerunt eo ritu quem Servator Dominusque noster tradidit; ideoque diversum esse hoc sacrificium astruunt ab illo quod Servator noster olim peregit, ad idemque non nisi phantastice et imaginarie referri; his, inquam, tanquam evacuanti- bus tremendi divinique sacrificii mysterium, per

²⁴ Luc. xxii, 19.

(23) Libri synodici Magnæ, id est Constantinopolitanæ Ecclesiæ bonas particulas, nos recitavimus ex cod. Vat. Spicileg. t. VII, in Præfatione.

A

Τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Ὁ τῶν ὄλων Θεὸς καὶ Πατὴρ καθ' ὁ Πατὴρ, θελεῖ, ἔ καθ' ὁ Θεός; Ἄλλ' εἰ μὴ καθ' ὁ Πατὴρ, ἄλλο τὸ αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὸ τοῦ Υἱοῦ θέλημα· οὐ γὰρ Πατὴρ ὁ Υἱός· εἰ δὲ καθ' ὁ Θεός, Θεός δὲ καὶ ὁ Υἱός· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄρα τὸ θέλημα φύσεως, ἔγουν φυσικόν. Καὶ σὺ γοῦν κατὰ τούτον συλλογισάμενος ἐρώτησον· Ὁ τῶν ὄλων Θεός καὶ Πατὴρ καθ' ὁ Πατὴρ προσεδέξατο τὸ τοῦ Μονογενοῦς αἷμα, καθ' ὁ Θεός; Ἄλλ' εἰ μὴ καθ' ὁ Πατὴρ, ἄλλα αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὴν τοῦ Υἱοῦ δύναμις τε καὶ ἐνέργεια· οὐ γὰρ Πατὴρ ὁ Υἱός· εἰ δὲ καθ' ὁ Θεός, Θεός ἔ καὶ ὁ Υἱός καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄρα τὸ πᾶν Μονογενοῦς αἷμα τοῦ ἐνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἢ κτὴν ἁγία Τριάς καθ' ὁ Θεός προσεδέξατο.

B

Ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τοῦ αναγιγνωσκομένου ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ (23).

Τοῖς λέγουσιν ὅτι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κοσμοσυνταρίου τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσαχθεῖσαν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας παρ' αὐτοῦ θυσίαν τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματος τε καὶ αἵματος, ὡς ἀρχιερίως κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δι' ἡμᾶς χρηματίσαντος, ὅτιπερ ὁ αὐτός καὶ θύτης καὶ θυμία κατὰ τὸν πολλὸν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, προσήγαγε μὲν αὐτὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, οὐ προσδέξατο δὲ ὡς Θεός μετὰ τοῦ Πατρὸς αὐτός· τε ὁ Μονογευῆς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς διὰ τούτου ἀποξινούσιν αὐτὸν τε τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τούτου Παράκλητον Πνεῦμα τῆς θεοπριποῦς ὁμοτιμίας τε καὶ ἁξίας, ἀνάθημα.

C

Τοῖς τὴν καθ' ἑκάστην προσαγομένην θυσίαν ὑπὲρ τῶν παραλαβόντων ἀπὸ Χριστοῦ τῶν θείων μυστηρίων ἱερουργίαν, μὴ δεχομένους τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσάγεσθαι, ὡς ἀντίφθεγγόμενοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις Πατράσι Βασιλείῳ τε καὶ τῷ Χρυσοστόμῳ, οἷς συμφωνοῦσι καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι Πατέρες ἐν τοῖς οικείοις λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν, ἀνάθημα.

D

Τοῖς ἀκούουσι μὲν τοῦ Σωτῆρος περὶ τῆς παρ' αὐτοῦ παραδοθείσης τῶν θείων μυστηρίων ἐρουργίας, λέγοντος· Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, μὴ ἐκλαμβανόμενοις δὲ ὀρθῶς τὴν ἀνάμνησιν, ἀλλὰ τολμῶσι λέγειν ὅτι καινίζει φανταστικῶς καὶ εἰκονικῶς τὴν ἐπὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πραχθεῖσαν θυσίαν τοῦ ἰδίου σώματος τε καὶ αἵματος εἰς κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λύτρον τε καὶ ἐξέλκισμα ἢ καθ' ἑκάστην προσαγομένην θυσία παρὰ τῶν τῶν θείων ἱερουργούντων μυστήρια, καθὼς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Δεσπότης τῶν ὄλων παρέδωκε· καὶ διὰ τοῦτο ἄλλην εἶναι ταύτην παρὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς τῷ Σωτῆρι τετελεσμένην εἰσάγουσι, καὶ πρὸς ἐκείνην φανταστικῶς καὶ εἰκονικῶς ἀναφερομένην· ὡς κενούσι τὸ τῆς φρικτῆς καὶ θείας

ίερουργίας μυστήριον, δι' οὗ τὸν τῆς μελλούσης Α
ζωῆς ἀρράβωνα λαμβάνομεν· καὶ ταῦτα τοῦ θείου
Πατρὸς Ἰωάννου τοῦ πνεύματος καὶ χρυσορρήμονος
διατρανοῦντος τῆς θυσίας τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ
μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι φάσκοντος ἐν πολλαῖς τῶν
τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητῶν ἐξηγήσειν, ἀνά-
θεμα.

Τοῖς χρονικῆς διαστάσεως ἐπὶ τῆς καταλλαγῆς τῆς
ἄνθρωπινῆς φύσεως πρὸς τὴν θεῖαν καὶ μακαρίαν
φύσιν τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανακράτου Τριάδος
ἐκποιοῦσι καὶ παρεκφέρουσι· καὶ πρότερον μὲν τῷ
μονογενεῖ λόγῳ νομοθετοῦσιν ἐξ αὐτῆς καταλλά-
χθαι ἡμᾶς τῆς προσλήψεως, ὑστερον δὲ τῷ Θεῷ καὶ
Πατρὶ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος τοῦ Δεσπότην Χρι-
στοῦ, καὶ διαιροῦσι τὰ ἀδιαίρετα, τῶν θεῶν καὶ
μακαρίων Πατέρων διὰ τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστη-
ρίου παντός, καταλλάξαι ἡμᾶς ἰαυτῶ τὸν Μονογενῆ
διδασκόντων, καὶ δι' ἑαυτοῦ τε καὶ αὐτῶ τῷ Θεῷ
καὶ Πατρὶ, ἀκολουθῶν δὲ πάντως καὶ τῷ παναγίῳ
καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, ὡς καινῶν ζητημάτων καὶ
ἐκφύλων ἐπιურεταῖς, ἀνάθεμα.

ΤΟ ΕΠΙ Τῷ ΑΝΑΦΥΕΝΤΙ ΛΟΓΜΑΤΙ
ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΠΑΝΤΕΥΓΕΝΟΥ ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ
ΓΕΓΟΝΟΣ ΣΗΜΕΙΩΜΑ.

Μετὰ Μαίῳ, εἰς ἡμέρα, ἰὸδ ε. Προκαθημένου τοῦ
θιοστέππου ἡμῶν βασιλέως αὐτοκράτορος κυροῦ
Μανουῆλ τοῦ Κομνηνοῦ ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλα-
χερνῶν, παρισταμένων τῆ ἁγία αὐτοῦ βασιλείᾳ τῶν
περιποθῆτων ἀνεψιῶν αὐτοῦ καὶ υἱῶν, τοῦ υἱοδίου
σεβαστοκράτορος κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ πρωτοσε-
βαστοῦ·

Καὶ πρωτοβεστιαρίου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομ-
νηνοῦ, καὶ τοῦ ἀπιδέλου αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου·

Τοῦ περιποθῆτου ἀνεψιοῦ τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας
αὐτοῦ βασιλείας, κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κωνσταντι-
νου·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ γαμβροῦ τοῦ κρα-
ταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ
Καντακουζηνοῦ·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ γαμβροῦ τῆς μα-
καριότητος πορφυρογεννήτου καὶ περιποθῆτου ἀ-
πιδέλου τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως
κυραῖς Θεοδώρας, κυροῦ Ἰωάννου Ἀγγέλου·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ
Κωνσταντίνου·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου
τοῦ Παλαιολόγου·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ
Παλαιολόγου·

Τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ ἐπαρχοῦ κυροῦ
Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ·

Τοῦ μεγαδοξοτάτου μεγάλου λογαριαστοῦ τοῦ
σεβαστοῦ καὶ πρωτονοταρίου κυροῦ Ἰωάννου·

Τοῦ μεγαδοξοτάτου πρωτονοταρίου καὶ ἐπὶ τοῦ
Κασιελίου κυροῦ Θεωδώρου τοῦ Στυπκωῖτου·

Τοῦ μεγαδοξοτάτου μυστικοῦ κυροῦ Νικηφόρου
τοῦ Βορδνοῦ·

quod futuræ vitæ arrham accipimus; præsertim
cum divus Pater et sapientissimus Joannes Chry-
sostomus perspicue docuerit nullam esse utriusque
sacrificii differentiam, unumque et idem affirma-
verit in multis magni Pauli interpretationibus :
anathema.

Iis qui temporum distantias in conciliatione hu-
manæ naturæ cum divina beataque vivificæ san-
ctissimæque Trinitatis excogitant atque invehunt ;
et primo quidem statuunt nos fuisse conciliatos
unigenito Verbo vi assumptæ ab ipso humanita-
tis, postea vero conciliatos quoque Deo Patri tem-
pore salutaris passionis Christi Domini ; atque ita
dividunt indivisibilia ; cum contra divi beatique
Patres per universum simul incarnationis myste-
rium sibi nos conciliatos ab Unigenito doceant,
et per ipsum Deo Patri, consequenterque om-
nino etiam sanctissimo et vivifico Spiritui : his,
inquam, tanquam novarum quæstionum et pere-
grinarum auctoribus, anathema.

ACTA SYNODICA
DE DOGMATE CUIUS AUCTOR FUIT
PANTEUGENUS SOTERICUS.

Mensis Maii die duodecima, indictione quinta.
Præsidente a Deo coronato imperatore potentis-
simo domino Manuele Comneno, in Blachernarum
palatio, assistentibus sanctæ majestati ejus valde
amabilibus ejusdem consobrinis, filiis illustri-
simo bastocratoris domini Andronici protosebasti ;

Protovestiario domino Joanne Comneno. ejus-
que fratre domino Alexio ;

Valde amabili consobрино potentis sanctique
imperatoris domino Alexio Contostephano ;

Pansebastro sebasto genero potentis sanctique
nostri imperatoris domino Joanne Cantacuzeno ;

Pansebastro sebasto genero beatissimæ porphy-
rogenitæ valdeque amabilis sororis potentis san-
ctique nostri imperatoris, dominæ Theodoræ, do-
mino Joanne Angelo ;

Pansebastro sebasto domino Joanne Contoste-
phano ;

Pansebastro sebasto domino Constantino Palæo-
logo ;

Pansebastro sebasto domino Alexio Palæologo ;

Pansebastro sebasto et eparcho domino Andro-
nico Camalero ;

Gloriosissimo magno logariasta sebasto et pro-
tonotario domino Joanne ;

Gloriosissimo protonotario, et Caniclei præpo-
sito, domino Theodoro Stytiota ;

Gloriosissimo mystico domino Nicephoro Βορδνοῦ,

Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μόνον ῥητέον, ἐφ' οἷς ἄρα τὸν Ἀ παρόντα συγκακρότηκε σήμερον σύλλογον· ὡς γὰρ ἀπόφρημά τινα καὶ τῆς ὀρθοδόμου δόξης ἀλλότρια περὶ τε τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν καιρῷ τοῦ πάθους γενομένης Ἰλαστηρίου τῶν ἡμετέρων ἀμαρτημάτων προσπαγωγῆς τοῦ ἰδίου σώματος τε καὶ αἵματος, καὶ δὴ καὶ τῆς ὁσημέραι παρὰ τῶν θεία μεταχειριζομένων ἱεροτελεστῶν γενομένης ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀγισταίαις τῶν ζωοποιῶν μυστηρίων, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ μυστικῷ δειπνῷ κατήρξατο, ὡς ἰστοροῦσι τὰ ἱερά καὶ θεόπνευστα Εὐαγγέλια, φρονεῖν τε καὶ δογματίζειν τῶν τινος ἱερωμένων ἐπίθετο· ἀλλὰ καὶ εἰς ἑτέρους ἤδη τὴν νόσον ταύτην ὑπέρπουσαν κατεμάνθανεν, ἢν δυσίριδές τινες καὶ φιλόνοικοι ἄνθρωποι οὐκ ἴσμεν ὅπως φρονοδολαβῶς νενοσήκασιν, ἔθεντο ζῆλον ἀναλαβῶν ὁποῖος οὗτος· τὰ πρὸς εὐσεβίαν ζῆλωτης τῷ ὄντι διάπυρος· καὶ πάσαις ἄλλαις εἰπὼν ἐρρώσθαι τέως κατεπειγούσαις κοσμικαῖς ὑποθέσεσιν, ὅσατα τούτου τὸ ἔθενον κράτος ἄλλοι ἀλλήλους περιστοιχίζουσι· τοῦτο ἐκεῖνο τὸ ἐν Εὐαγγέλοις εὖ ποιῶν καὶ αὐτὸς εὐσεβίστατα συνεπράξατο· ἐξαπίστειλε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ συγκαλίσασθαι τοὺς συλλέγοντας ἐκ τοῦ μέσου ταῦτα δῆπου τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιούντας τὴν ἀνομίαν· διότι γνόντες τὸν Θεόν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, εἰτ' οὖν συλλογισμοῖς· καὶ ἰσχοτίσθη ἡ ἀσύνητος αὐτῶν καρδία, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν.

Ἐθεν τοι καὶ ἐν ἁγίῳ συναδρουσθέντες ἅπαντες πνεύματι ὁπόσοι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐκ τῶν ἐγγιστά τε καὶ πόρρω ταύτης ἐπαρχιῶν ἐπιδεδημήκαμεν βουλῆ καὶ γνώμῃ τοῦ θεοκυβερνήτου ἡμῶν αὐτοκράτορος· προκαθημένου μὲν τοῦ ἐνθεοῦ κράτους αὐτοῦ, παρισταμένης δὲ τῆς συγκλήτου, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν πατριαρχῶν τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων τῆς ὑποθέσεως τῷ κράτει τούτου συνδικαιτώντων, καὶ τοῦ ὑποψηφίου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας συνδριαζόντος, οὐ μὴν οὐδὲ ἡμῶν τῶν ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Βουλγαρίας, καὶ τοῦ Κύπρου, τῆς τοιαύτης ἀπολιμπανομένης συνδικαιτήσεως, αὐτὰ ἐκεῖνα καὶ νῦν ὁμοφρονεῦντες ἐπικρατούμεν ἃ καὶ τῷ γενομένῳ συνοδικῷ σημειώματι κατὰ τὴν κς' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς ἡδὴ παρελθούσης τετάρτης ἐπινεμήσεως τοῦ ςχξδ' ἔτους, οἱ τότε συνελθόντες ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἱερώτατοι ἀρχιερεῖς καὶ λοιποὶ, εἷς καὶ τινες ἐξ ἡμῶν τῷ τότε συμπαραλήφθησαν, ὡς πρὸς ἐρώτησιν εἰσαχθεῖσαν τὸ τῆρικῆτα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου συναδέλφου ἡμῶν καὶ μητροπολίτου Ῥωσίας Κωνσταντίνου, εὐσεβῶς ἀπεκρίναντο.

Εἰ γὰρ καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς τὸν ἐν μιᾷ τῇ Δ ὑποστάσει νοούμενον Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ συναΐδιου τούτου Πατρὸς, τὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας οἰκονομήσαντα, ὡς μέγαν καὶ πρῶτον ἰσχυρίαν προσαγαγεῖν ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ θυσίαν ζωοποιῶν καὶ κοσμοσωτήριον διεληπτῆαι καὶ ὠμολόγηται, ἀλλ' οὐχ, ὡς τινὲς φασιν, οὐδὲν ἐπικαικωνώνηκεν εἰς τὸ ταύτην λαβεῖν, οὔτ' αὐτὸς ἔ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν προσαγαγὼν ἄμωμον ἱερεῖον ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε μὴν τὸ ὁμοούσιον

Nunc itaque illud solum dicemus, cur praesentem synodum congregandam judicaverit. Statim ac enim intellexit, sacerdotes quosdam fovere animo ac verbis pronuntiare absurda quaedam dogmata et a recta fide abhorrentia circa illud quod Dominus Deus ac Servator noster Jesus Christus suae passionis tempore pro peccatorum nostrorum propitiatione obtulit sacrificium proprii corporis sanguisque, nec non circa illud quod fit quotidie in sacra vivificorum mysteriorum liturgia a sacerdotibus, cujus rei initium fecit ipse Jesus in sacra coena, ut sancta et a Deo inspirata Evangelia narrant; cumque ad alios quoque manare sensim morbum hunc cognovisset, quo morosi quidam contentiosique homines temere laborabant; divino statim zelo correptus, pro suo rectae fidei inflammato amore; sepositis interim quae instabant mundanis curis; his enim sanctus ejus thronus sine intermissione pulsatur; evangelicum illud exemplum recte ac religiosissime secutus est, videlicet ut angelos suos mitteret ad tollenda de medio haec scandala, et eos qui operantur iniquitatem: qui agnoscentes quidem Deum, non tamen uti Deum glorificabant, sed in cogitationibus suis syllogismisque evanuerant, quorum insipiens cor obscuratum erat; et dum sapientes se dictitabant, facti sunt stulti.

Quamobrem in sancto congregati Spiritu omnes quotquot in hac regia urbe et in proximis longinquisque provinciis versamur, sic volente ac censente a Deo gubernato imperatore nostro; praesidente sancta majestate ejus, astante senatu nobisque patriarchis Constantinopoleos, et Hierosolymorum, negotium hoc cum majestate ejus gerentibus; nec non nobis Bulgariae et Cyprae archiepiscopis cooperantibus, eademque sentientibus et firmantibus quae et in Actis synodicis die 26 Januarii, quarta jam praeterita indictione, anno MDCLXIII (Christi 1156) quotquot tunc convenerunt in sanctissima magna Ecclesia episcopi reliquique homines (quibuscum et nonnulli ex nobis fuerunt) ad propositam a sanctissimo confratre nostro Russiae metropolitano Constantino questionem orthodoxe responderunt.

Etsi enim saepe in Scriptura affirmatur et in confesso est, aeterni hujus Patris Verbum Filiumque, quem Deum simul et hominem in una persona intelligimus, quo tempore nostram salutem operabatur, ceu magnum primumque pontificem obtulisse semet Patri hostiam vivificam et mundo salutarem; nequaquam tamen, ut certe nonnulli aiunt, hostiae particeps vel ipse unigenitus Dei Filius fuit qui pro nobis se victimam immaculatam sistebat, vel etiam consubstantialis eidem vitaeque

auctor sanctus Spiritus : neque item oblatam a nobis ex ejus instituto hostiam Patri, Filius et Spiritus recipiunt. Quamquam igitur de illa oblatione sic sæpe prædicto modo locuta est Scriptura, ut constat; nusquam tamen in eadem divina Scriptura traditum quis inveniet, quod hypostatice Verbum se obtulerit, id est quod natura divina ipsa per se Patri obtulerit, ut isti nugantur, salvificam illam nostri generis victimam; neque quod illam Filius simul cum sancto Spiritu non receperit.

Ut autem scripta quoque testimonia sistamus, quæ dogmatis hujus veritatem evidentè demonstrant, age testes procedant irrefutabiles divi Patres, qui disertis verbis rem hanc ad liquidum deduxerunt. Atque in primis magnus et in divinis valde versatus Basilius, cujus vocem haud secus quam Dei vocem auscultamus, in compositæ ab eo Mystagogiæ precibus sic manifestè scribit, ubi Servatorem Christum alloquitur: Dignare, ut a me peccatore et indigno hæc tibi dona offerantur. Tu enim es qui offers, et qui offerris, et qui recipis, et qui distribuis, Christe Deus noster. Quæ verba Chrysostomus in precibus a se editæ liturgiæ admittens nullo modo immutavit. Quin etiam miraculis celeberrimus divus Gregorius in edito a se sermone super evangelico dicto: *Hic est Filius meus dilectus*³⁵, ad litteram ita ait: Hic est Filius meus et agnus, idem sacerdos ac victima, idem offerens et oblatus, idem immolans et immolatus, idem hostia factus idemque hostiam recipiens.

ἱερτεῖον, ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ αὐτὸς ἱερούργων καὶ ἱερούργουμενος, ὁ αὐτὸς θυσία γινόμενος καὶ αὐτὸς τὸν θυσίαν δεχόμενος (24).

Consona his Ecclesiæ quoque Hierosolymitanæ lampas Cyrillus in eo quem de occursu Domini scripsit sermone: Idem, inquit, est sacrificator, idemque victimæ receptor. Insuper et maximus ac divus Cyrillus Alexandriæ luminare in suo de mystica cœna et lotionem sermone, diserte sic ait: Bibamus, etc. *usque ad* de venerabili Trinitate (ut col. 166). Idem in suo pariter ad reginas sermone sacerdotio Christi sæpe commemorato, sic prosequitur: Animadvertite quomodo, etc. *usque ad* Deus simul et homo (ut col. 167). Præterea sapiens Theodoretus apostolicum locum enarrans ubi dicitur: *Qui non habet necessitatem quotidie prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi*³⁶, hæc addit: Hic autem summet obtulit corpus; idem sacerdos et victima; et quatenus Deus, cum Patre et Spiritu donum recipiens. Enarrans autem Davidicum textum: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*³⁷, sic interpretatur: Sacrificat nunc quoque Christus de Juda secundum carnem natus, etsi nihil is offert, sed offer-

³⁵ Matth. iii, 17; 17, 5. ³⁶ Hebr. vii, 27. ³⁷ Psal. cix, 4.

(24) Hic S. Gregorii Thaumaturgi locus excidisse videtur ex calce sermonis ab eo dicti de

ζωοαρχικόν τε καὶ οὐκ ὄν Πνεῦμα· οὕτε δὲ τὴν παρ' ἡμῶν τελομένην ζωοποιὸν θυσίαν προσπαρομένην κατ' αὐτὸν τῷ Πατρὶ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα οὐ συμπροσδέχονται. Εἰ γοῦν καὶ οὕτω τὰ περὶ τῆς εἰρημίνης πρώτης προσαγωγῆς πολλαχῶς, ὡς διεδόλωται, γέγραπται, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑποστατικῶς αὐτὸν, ὡς καὶ καθ' ἑαυτὴν τῆς θείας προσαγωγῆς φύσεως κατὰ τὴν αὐτῶν ληρωδῖαν προσαγωγῆν τῷ Πατρὶ τὴν σωτήριον ἐκείνην τοῦ ἡμετέρου γένους θυσίαν, ὅπου δὴποτε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς συμπαροδομένην ἐφεύροι τις, οὐδ' ὅτι μὴ ταύτην συμπροσδέξατο καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἴνα δὲ καὶ χρήσεων γραφικῶν φανότατα τὸ τῷ δόγματος ἀληθῆς παραστήσαιμεν, ἄγε καὶ μάρτυρες παρ' ἡμῶν παραγέσθωσαν ἀπαράγραπτοι θεοφόροι Πατέρες, οἱ καὶ ῥητῶς ἔδθη τὰ περὶ τούτου διαπρανώσαντες· καὶ πρώτων ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ μέγας Βασίλειος, οὐ καὶ τὴν φωνὴν ὡς Θεοῦ φωνὴν κατέχουμεν ἀντικρὺς ἐν ταῖς τῆς παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείσας Μυσταγωγίας εὐχαῖς, οὕτω γράφων σφραῖς, ἡνίκα πρὸς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἀναφέρει τὸν λόγον· Ἀξίωσον ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἀμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου προσερχθῆναι σοὶ τὰ δῶρα ταῦτα. Σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος, Χριστέ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὁ δὴ-τα καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶσσαν ἐν ταῖς εὐχαῖς τῆς παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείσας ἱεροτελεστίας δεξιόμενος οὐκ ἠλλοίωσεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν θαύματι περιεδότης θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείναι λόγῳ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν, τὸ, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητός, κατὰ ῥῆμα οὕτω διεξῶν, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου καὶ ἀμνός, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ

Συνωδῶ τούτοις καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας λαμπτήρ ἐφθέξατο Κύριλλος ἐν τῷ εἰς τὴν θείαν Ἰσακκῆν πονηθέντι παρ' αὐτοῦ λόγῳ· Αὐτὸς ὁ θύτης, εἰπὼν, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν θυσίαν δεχόμενος. Ἐτι δὲ καὶ ὁ πάμμεγας καὶ θεοπέσιος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας φωστῆρ ἐν τῷ εἰς τὸν μυστικὸν δειπνὸν καὶ νηπτήρα λόγῳ αὐτοῦ, διακρῆδῆν οὕτως ἀποφαινόμενος· Πίνωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα etc., *usque ad* παντίμου Τριάδος. Ὁς καὶ ἐν τῷ εἰς τὰς βασιλίσσας λόγῳ αὐτοῦ, πολλαχοῦ τῆς κατὰ Χριστὸν ἱεροσύνης μνημονεύων, οὕτω διεξείπει· Ἄθραι δὲ ὅπως etc., *usque ad* ὁμοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· Ἀλλὰ καὶ ὁ σοφὸς Θεοδώρητος τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν διεγούμενος τὸ λέγον, Ὁς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀμαρτιῶν θυσίαν ἀναφέρειν, ἐπειτα τῶν τοῦ λαοῦ, οὕτως ἐπάγει· Καὶ ἐκείνοι μὲν ἕτερα προσέφερον θύματα, οὗτος δὲ ἑαυτοῦ προστενήνοχε σῶμα· αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερτεῖον γινόμενος· καὶ ὡς Θεὸς, μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος τὸ δῶρον δεχόμενος. Ἐξηγούμενος δὲ καὶ τὸ Δαυϊτικὸν ῥητὸν, τὸ Σὺ εἶ

Christi baptismo, ubi optime hæc verba quidem quadrant, minime tamen nunc leguntur.

ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, Α
πρὸς τῆς καθ' ἡμέραν γινομένης ἱεροτελεστίας οὐ-
τως ἐρημήνευσεν. Ἱερατεύει δὲ καὶ νῦν ὁ εἰς Ἰούδα
κατὰ σάρκα βλαστήσας Χριστός, καίτοι μηδὲν αὐτὸς προσφέρειν, ἀλλὰ τῶν προσφερόντων κεφαλὴ χρη-
ματιζῶν· σῶμα γὰρ ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ· καὶ ἱερατεύει μὲν ὡς ἄνθρωπος, δίδεται δὲ τὰ
προσφερόμενα ὡς Θεός.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν ὀλίγα παρὰ τῶν θείων
Πατέρων ἱερασιάζονται πρὸς ἐναργεῆ τῆς ἀληθείας
παράστασιν, τῇ παρούσῃ γραφῇ ἐπιτάξασιν, τὸ
μῆκος τοῦ λόγου ἐκφεύγοντες. Ἐξέστι δὲ τοῖς
βουλομένοις φιλοπονεῖν, καὶ ἐξ ἄλλων μυρίων συνα-
γεῖν τοῦ θείου δόγματος τὴν ἀκριβείαν· τῶν οὖν
θεοφόρων Πατέρων οὕτως ὁμοφρόνως εἰρηκότων τὰ
περὶ τούτου, εὐδὴλον ὡς, ὀπκινα καὶ ὁ Δεσπότης
Χριστός ἑαυτὸν ἰκουσίως ἱερεύσει, προσήγαγε μὲν
ἑαυτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς δὲ Θεός· καὶ αὐτὸς
συνάμα τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὴν θυσίαν ἀνεδί-
ξατο. Ἄλλ' ἐν τούτοις μὲν τὰ τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ἣ
καὶ πρῶτως συνήλθομεν· καὶ οὕτω δεῖ προνεῖν τοὺς
τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους ὡς τῆς Τριᾶδος προσκυ-
νητάς· καὶ κατ' ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους
τὸν θεάνθρωπον Λόγον τὸ σωτήριον θῆμα προσεν-
εγκνῖν τῷ Πατρὶ τε καὶ ἑαυτῷ ὡς Θεῷ καὶ τῷ
Πνεύματι· παρ' ὧν κακὰ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι
παρῆχθη ὁ ἄνθρωπος· οἷς καὶ προσέπειται τὴν
ἐπιτολὴν παραδίας· οἷς καὶ διὰ τοῦ πάθους τοῦ
Χριστοῦ καταλλάγημα· ἀλλὰ καὶ νῦν ὡσαύτως τὰς
ἐκαιμάκτους θυσίας τῇ παντελείᾳ καὶ τελειοποιᾷ
Τριᾶδι προσάγεσθαι, καὶ ταύτην ταύτας προσάπο-
δέχεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔν τῷ βασιλείᾳς μεγαλονοίας, οὐ
μὴν οὐδὲ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀδελφικῆς συμπονοῆς· καὶ
ἀπονοίας, τὸ μὴ καὶ τοὺς σπορίας τῶν ζιζανίων
σπεύσαι πάντα τρόπον ἐφενεθῆναι καὶ ἐλεγχθῆναι, C
τὸ φῦλον τοῦτο καὶ ἀκαυθῶδες σπέρμα τῷ καθαρόν
τῆς εὐσεβείας σίτω ἐγκαταμιζήσας, καὶ λόγοις
ἄλλοκότοις ἐπιχειροῦντας κατασκευάζειν ὅτι τῆς
Νεστορίου λύσεως ἐστὶ παραπλήρωμα τὸ παρὰ τῆς
Ἐκκλησίας ὀρθοδόξως δογματιζόμενον, ὡς εἰς δύο
Χριστούς, βαβαὶ τῆς ὑπονοίας! οἰομένους ἐντεῦθεν
διακρίσθαι τὸν θεάνθρωπον Κύριον, ἐφ' οἷς ὁ μονο-
γενῆς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ παρ' ἡμῶν κατα-
γέλλεται προσφέρειν μὲν ὡς ἄνθρωπος, ὡς δὲ Θεός
καὶ προσδέχεσθαι· ἐδέξαι λοιπὸν διὰ ταῦτα καὶ
ἡμῶν τοῦ καθ' ἑνα πυθίσθαι, ὅπως ἕκαστος ἔχει
περὶ τούτου προνήματος· ναὶ δὴ καὶ τούτων ὁπόσοι
τοῦ συλλόγου μέρος ὄντες, καὶ οὔτοι τὸ τίμιον ἐν D
διακόνους συνεξετάζονται. Ἄλλὰ τῶν μὲν ἄλλων
ἀπάντων ἐπιτίμων διακόνων ὅσοι τῷ βασιλείᾳ τούτῳ
καὶ ἱερῷ παρίστανται βήματι μιᾷ ψυχῇ καὶ γλώττῃ
συμπροσόντων καὶ συνομολογούντων τὰ δεδωμένα,
ἰ τῶν ἀποστόλων διδάσκαλος Νικηφόρος ὁ Βασιλά-
κας (25), αὐτίκα κατ' ἀρχάς τῆς ἡμῶν συνελεύσεως
εἰς μίσην τῆμερον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν, πολὺν ἀρχῆθεν
ἐποίησατο τὸν κατὰλογον, ἐν ὑψηλῶν πάντων ὑψη-
λῶσάμενος τὸ συμπεσόν αὐτῷ αἴτιον τῆς περὶ δόγ-

(25) Basilicis hujus ethopæias seu declama-
tiones aliquot edidit Leo Allatius in suis rheto-

rentium caput est. Corpus enim suum Ecclesiam
appellat. Et sacrificat quidem ut homo, hostiam
vero recipit ut Deus.

Pauca hæc de multis ex divis Patribus decer-
pentes ad evidentem veritatis demonstrationem,
in hunc commentarium inseruimus, prolixitatem
verborum vitantes. Licebit autem lucubrare vo-
lentibus, ex aliis quoque permultis locis colligere
sacri dogmatis demonstrationes. Cum igitur pleni
Deo Patres tam concorditer de hac re loquantur,
palam est quod cum Christus Dominus se ipsum
sponte sacrificio obtulit, quatenus quidem homo
erat, se obtulit; quatenus vero Deus, ipse quo-
que cum Patre et Spiritu hostiam recepit. Atque
in hoc proposita quæstio vertitur, cuius causa su-
periore quoque tempore congregati fuimus. Sic
autem omnino credere oportet Ecclesiæ alumnos
et Trinitatis cultores: nempe et olim in Passione
Dominica Verbum theanthropum salutarem hos-
tiam exhibuisse tum Patri, tum ipsi sibi uti Deo
nec non Spiritui: a quibus ex nihilo ad existen-
dum productus est homo; quos ipse transgres-
sione sua offendit; quibus denique per Christi
passionem reconciliatus fuit. Imo nunc quoque
incruentam hostias creatrici rerum omnium et
auctrici Trinitati reapse offerri, easque ab eadem
recipi.

Quoniam vero fieri non poterat quin magnani-
mus imperator, itemque nostra concors ac fra-
terna caterva, horum zizaniorum satores omni
studio detegere atque arguere curaret, qui nempe
malum hoc spinosumque semen orthodoxiæ fru-
mento immiscuerunt; absurdisque sermonibus
ausi sunt dicere, quod rectum Ecclesiæ dogma
Nestorianæ vesaniæ additamentum sit; quia vide-
licet putant, quasi in duos Christos (hem vesa-
niam!) isto modo dividi theanthropum hominem,
dum unigenitus Filius et Verbum Dei a nobis dicitur
offerre quidem ut homo, recipere vero qua-
tenus Deus; quocirca optavit imperator, ut sin-
guli vestrum rogarentur de hac re sententiam,
necnon quicunque hujus concilii participes sunt,
si modo sint honore diaconatus præditi, interro-
gentur. Tum quidem cum reliqui omnes honora-
biles diaconi, quotquot regali huic sacroque throno
astant, uno animo ac voce dogma id confiteren-
tur eique consentirent, Nicolaus Basilices aposto-
licarum lectionum magister, statim initio nostri
congressus, et hodie etiam in medium prosiliens,
longum abs rei initio verborum ambitum orsus,
cunctis audientibus rationes exposuit quarum
causa de hoc dogmate dubitabat; omnino his
quæ dixit significans, se principem ejus disoidii

rum Excerptis. Manu scriptas ego vidi in cod.
Vat. 1409.

fuisse : ideoque id dogma a se novum existimatum, prorsus nolle admittere.

Jam vero cum nos duo patriarchæ in hoc dogmate consentiremus, necnon et nos archiepiscopi Bulgaricæ et Cypri, cæterique omnes in synodo episcopi unanimem sententiam nemine discrepante teneremus, necesse fuit etiam electum civitatis Dei Antiochiæ magnæ patriarcham Soterichum, qui nobiscum considerabat, propriam sententiam rogare. Tum vero, quod quærebatur, manifeste compertum est. Is enim modo tempus posebat considerandi ante responsum, quasi vero tanta temporis intercapedo post hujus adversus Christum blasphemie initium, ipsi haud sufficisset ad sani dogmatis cognitionem; modo autem alia atque alia parum sibi constantia respondebat. Ergo hodie interrogatus a nobis, utrum existimaret beatæ Trinitati sacrificium et olim fuisse oblatum et nunc etiam offerri, ut superior nostra explicavit oratio, an potius soli Patri fuisse oblatum; neque soli Patri respondit offerri, neque non soli. Interdum ad absurdas sententias divertebat; nam vocabulæ *offerre*, hypostaticam Filio tribuere proprietatem aiebat, nescio unde hanc doctrinam expiscatus. Recipere autem, paternæ personæ propriam quamdam affirmabat esse qualitatem, æque ac ingeniti attributum, quod unicum peculiare Patris esse attributum Ecclesia a vetere traditione accepit. Deinde nitebatur nos quoque in suam sententiam contrariis syllogismis pertrahere. Si enim, ut ipse aiebat, haud proprium paternæ personæ esset recipere, sed divinæ potius, ut nos dicimus, naturæ, absurdum quid consequeretur: esset enim Deus modo nequaquam. Non enim est sempiterna oblatio, sed et sumpta humanitate posterior, et res creata est: proptereaque receptio quoque in quodam temporis spatio fit. Hæc ille aiebat; quasi vero nos statueremus recipere instar esse cujusdam definitionis atque rationis (sive pertinere ad essentiam) incomprehensibilis et supersubstantialis deitatis; et non potius hanc proprietatem a divina dignitate arceremus. Hæc fuit Antiocheni electi summa orationis, ne singula ab eo dicta percurrentes, diutius hunc sermonem protrahamus.

Sed enim ante nos omnes sapientissimus et augusta prudentia plenus, et æque ac Salomon divinitus doctam mentem gerens, potentissimus et sanctus noster imperator, non detrectavit usque ad dialecticos sermones cum Sothericho descendere, verbisque adhortatoriis eundem diu nitebatur a sua sententia retrahere; argumentis etiam urgens pro sua ingenita regali scientia, et modo huomodo illuc adversarium contortis epichirematibus versens. Inter cætera amanter illi in mentem revocabat Pauli verba ad Corinthios, ut id ipsum videlicet

ματος τούτου ἀμφιβολίας· καὶ διὰ πάντων ἐξ ἑν. εἶπε δεικνύς ὅτι πρῶτος αὐτός ἐπὶ τούτῳ ἠγανάκτησεν, ὡς ἔφησε· τῷ τῷ καὶ ὡς καινοφανὲς αὐτὸ λογιζόμενος, ὅπως τοῦτο οὐκ ἔθελε παραδέχσθαι.

Ἡ βιβλιακὴ σύνθετος διαρτία

Ἀνθρωπικὸν σύγκριμα μικτὸν δεικνύει,

Ψυχὴ δοκεῖ καὶ σῶμα, γνῶσις καὶ φθίσις,

Κἂν οὐρανὸς πρὸς ὕψος, ἀν δὲ γῆ κάτω,

Κόσμου μίμημα δέλτος ἢ προκειμένα,

Τὰ θεῖα πρῶτον, ὕστερον τὰ πρακτικά.

Καὶ μετρικὸν μὲν γράμμα τὴν Ἰλιάδα

Σμαραγδογλυφῆς ἐνθαλαμῶνι θίβη·

Ἄλξιάνδρου καὶ τουτοῦ τῆς εὐψυχίας,

Βασιλικῆς γνώρισμα φιλοδοξίας,

Ἀνακτορικῆς δείγμα λαμπρῆς καρδίας,

Χλωρὰ λίθος, βιάστημα λευκῶκος λόγου,

Σαφῆς δίοπτρα τοῦ πρὸς Ὅμηρον πόθου.

Ἵλη δὲ τις καλύπτρα ταύτης πυκτίδος·

Τῆς καρδιακῆς πτύχας ἐξανοικτίου,

Καὶ τὴν μεταξὺ χώρων ὑπαπλωτόου.

Κλίονη Σολομώντειον εὐτυχησάτω

Τοιοῦτος οἶκος ἄξιος ταύτης τόπος,

Ζωῆς ἔμαθον βιβλίου, ἀλλ' ἰδοὺ βλεπω,

Τὰ ζωτικὰ ῥήματα γράμματα φέρει,

Κἂν θνητὰ, μικτὰ τοῖς ἀθανάτοις λόγοις,

Προφητικῆς πλήρωμα θεσπιφθίας,

Τῆς ἐπτάδος μέρος καὶ τῆς οκτάδος,

Εἰ μὴ τις ἄλλην ἄλλος ἐπτάδα λέγει

Τὴν ἐπτάκαυλον συνοδικὴν λυχνίαν,

Ἦτις ὠψῆεν ὡς σωστικὸν σέλας.

Codex Græcus chartaceus ms. in fol. sœc. XIII, in oujus ultima pagina, codicis integumento affixa, ab eadem, ut videtur, manu notatum legitur : Βιβλίον του πατρὸς κυρίου Μάρκου του πνευματικοῦ. Constat foliis scriptis 385.

(4) Ubi puncta illa interposita vides, ibi verba tineis corrosa sunt ac mutilata.

Evangelicus alter paterfamilias

Os adaperuit thesaurum continens ;

Proferuntur autem nova et vetera,

Antiqua dogmata, et nova oracula.

Hæc libri bene digesta compositio

Humanam representat mixtam fabricam,

Anima videtur et corpus, cognitio, et corruptio,

Ac si cælum sursum, terra vero deorsum,

Vera mundi imago est præsens libellus,

In quo divina primum, et deinde humana.

Ac metricum quidem illud opus Iliados

Recubuit in arcula smaragdina :

Quod Alexandri ostendit animi præstantiam,

Et regis fuit magnificentis indicium,

Regalis et vere splendidi cordis testimonium,

Vivens lapis, germen prati, ut est sermo,

Lucida dioptra in Homerum affectus.

Sed quædam abscondita materies est hujus libri;

Cordisque sunt evolvendæ paginæ,

Totusque medius explicandus locus.

Bene ei lectus Salomonis convenit :

Hæc ejus digna domus, hic dignus locus.

Vitæ librum perlegi, et ecce video.

Vitæ verba continent litteræ,

Licet mortalia, mixta dictis immortalibus,

Propheticis implementum vaticinationis,

Septenarii divisionem, et octenarii,

Nisi quis alius alium malit septenarium dicere,

SeptemPLICEM illam synodicam lampadem,

Quæ super nos accendit ita salutare lumen.

GRÆCORUM

AD INNOCENTIUM III PONTIFICEM ROMANUM

EPISTOLA

SCRIPTA POST CAPTAM A LATINIS CONSTANTINOPOLIM, REGNANTE HENRICO IMPERATORE.

(Ex Joan. Bapt. Cotelerii Monum. Eccl. Græcæ, tom. III).

Δέσποτα, εἰ μὴ τὴν τοῦ μέλλοντος θείου Σαββά- A
του Παρασκευῆν τὴν παρούσαν ζωὴν ἐγνωσόμεν,
γοηράν ἂν ἐπλήξαμεν πρὸς σε τραγωδίαν, καὶ
θρήνοις μακροῖς τοῦ νίου λαοῦ τὴν ἄλωσιν ὠδυ-
ράμεθα. Ἐπεὶ δὲ καλῶς ἐπιστεύσαμεν, ὡς πάντοτε
συμπαρῶν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, τὴν φθαρτὴν ἡμῶν ταύ-
την ζωὴν πρὸς τὴν ἀφθαρτον ἐκείνην μεταπλάττει
καὶ κρείττωνα, ἰσοῦ συντριβόμενοι διὰ τὴν εἰς τὸ
κρείττον ἀνάκλασιν χαίρομεν· εὐχαριστοῦμεν δὲ
καὶ αὐτῷ τῷ μετ' ἡμῶν, καὶ πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν
παθεῖν ἐλομένην Χριστῷ· οὐ γὰρ ἀρπαγμὸν ἠγή-
σατο τὸ προσκυνεῖσθαι ἴσα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ· ἀλλὰ
καὶ πάλιν ἐκείνῳ παρεδόθη, καὶ σὺν ἡμῖν ἀλούς
ἐσκυλεύθη καὶ ἀπηνέχθη καὶ παρεδόθη, καὶ τὸ
σῶμα αὐτοῦ καὶ τὸ αἷμα πρὸς τὴν γῆν πεσόν καὶ B
ῤῥῖ ἐν ἐκατόηθι, καὶ πάντα ὑπέμεινεν, ἵνα τοὺς δύο
συνάψῃ λαοὺς, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν, ἣ μᾶλλον τὸ
εἰς δύο σχισθῆν αὐτοῦ σῶμα, ἐνώσῃ πάλιν εἰς ἓν·
« Τίς σοφός, καὶ φυλάξει ταῦτα. Τίς ἱκανός, »
καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς θαυμάσεται θείαν προμήθειαν;
Ἐπειθὲν ἡμῖν γλυκὺ τὸ ἀλώναί, ἡδὺ τὸ παθεῖν,
καὶ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι φίλον καὶ χάριεν. Ἠὼς γὰρ
ἐμέλλομεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν ἐνώσθηναι, οἷς οὐδὲ
προσομιλῆσαι πρὶν ἠνεσχόμεθα; Ἀλλὰ δεινὰ τὰ
εἰς ἡμᾶς γεγονότα; Ναὶ πάνυ δεινὰ, ὡς τῶν Λα-
τίνων μὲν τὰς ψυχὰς λυμηνάμενα, τῶν δὲ Ῥωμαίων
τὰ σώματα. Πλὴν ὁ παρακύβας εἰς τὰ θεία μυστή-
ρια ὄψεται τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, ἀμέτροτον ἀβυσσον.
Πολλοὶ πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν
τὴν ἡμέραν ταύτην, ἀλλὰ τὴν χάριν ταύτην οὐκ ἔλαβον.
Ὡς, δέσποτα, μετὰ πολλὰς γενεὰς ἠξιώθης ταύτης τῆς C
χέρτης, ἐνώσαι τὴν Ἀνατολὴν καὶ τὴν Δύσιν, καὶ ἀπό-
στιας τρισκαίδέκατος γενεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι.
dignus habitus es, ut Orientem ac Occidentem
mineris.

Οἶδας δὲ, τίμιε δέσποτα, τὸ παρὰ Θεοῦ δοθῆναι
τοῖς ἀνθρώποις φρόνημα, καὶ ὅτι βουλομένων, οὐ

Domine, nisi sciremus præsentem vitam esse
futuri divini Sabbati Parasceven, lugubrem ad te
tragœdiam concinnassemus, longisque lamentatio-
nibus novi populi captivitatem deflevissemus. Quia
vero bene credidimus. Christum, qui nobis sem-
per adsistit, mortalem hanc nostram vitam ad
immortalem illam et præstantiorem transformare;
ecce contriti, propter reformationem in melius,
ecce contriti, propter reformationem in melius,
lætamus; sed et agimus gratias ipsi Christo, qui
nobiscum est. iterumque pro nobis pati voluit.
Non enim rapinam arbitratus est adorari æqualiter
cum Deo et Patre; verum iterum sponte traditus
est; et nobiscum captus, spoliatus est¹, abductus
ac proditus, ipsiusque corpus et sanguinem in
terram dejecerunt ac effuderunt, atque conculca-
verunt; necnon cuncta sustinuit, ut duos populos
connecteret, interficiens inimicitias², seu potius
corpus suum in duo scissum rursus in unum con-
jungeret et adunaret: « Quis sapiens, et custodiet
hæc³? Quis idoneus⁴, » et divinam erga nos
providentiam admirabitur? Dehinc nobis dulce est
captos fuisse, suave pati, in captivitatem duci
carum et gratum. Quo enim modo cum fratribus
nostris unionem fecissemus, cum quibus ne vel
colloqui antea sustinebamus? Sed gravia sunt quæ
adversus nos acta fuere? Profecto plane gravia, ut
quæ Latinorum quidem animas, Romanorum vero
seu Græcorum corpora labefactarint. Verum qui
in divina secreta introspexerit, judicia Dei, im-
mensam abyssum conspexit. Multi patriar-
chæ et imperatores diem hunc videre desiderave-
runt, sed eam gratiam non sunt consecuti. Tu,
domine, post multas generationes hac gratia
unias, et decimus tertius apostolus fias ac no-

Nosti autem, honorande domine, quis sensus
hominibus a Deo datus fuerit, quodque volentium,

¹ Philipp. II, 6. ² Ephes. II, 15, 16. ³ Psal. CVI, 43. ⁴ II Cor. II, 16.

non tyrannicam vim passorum sit pietatis sacramentum. Hoc enim si ita non esset, ipsos quoque Judæos baptizaremus invitos. Quia igitur in dogmatibus pœnam quidem irrogare et cogere absurdum est, facillimum quippe, ac potentis cujuslibet; persuadere autem, dogmatum principiis utendo, boni viri est et colentis veritatem; electurusne es, domine, nobis vim absque examine adhibere, tanquam brutis animantibus, ut mutemur, an potius sermones nostros admittere, et rationem orationemque nobis impertiri, quo divinarum rerum veritas expendatur et cognoscatur. Scito namque, a nobis posterius probari et quæri, quod illi divinitus tradito verbo obtemperemus: « Scrutamini Scripturas³. » Per violentiam autem nemo nostrum capi potest; sed cuncti quasi pro Christo periclitabimur. Porro existimamus admodum verisimiliter, spiritum sapientiæ tuæ jure merito nos ea in re laudatum. Laudabilis enim est quicumquæ ad synodicum judicium, illincque procedentem sententiam appellat.

Itaque quandoquidem exiguum interstitium Latinos inter et Græcos est, quod unius Ecclesiæ continuitatem solvit, statuesynodum œcumenicam congregari, et majestatis tuæ vicarios mittito, fiatque colloquium, omniumque controversorum solutio. Si tu quoque, juxta magnum apostolum Paulum⁴, Dei fueris adjutor, prompti sumus, domine, nos quoque a diœcesi Constantinopolitana discedere, atque migrationem in Orientem vel Occidentem suscipere. Sed et putamus dominum habere imperatorem nostrum Sirerrim, atque sub ejus umbra vivere, mercede servire, agros colere, pascere, mare navigare: absque nobis autem non implebitur area, neque torcular, non comedetur panis, non caro, non piscis, non olus; sed nec stabit vita et conversatio humana. Et hæc quidem elaboramus fratribus nostris Latinis, atque conferimus, ex deteriori vitæ nostræ portione, mortali nimirum illa et dissolvenda; cupimus autem etiam juxta potiore eadem sentire, tum quandiu vivimus, tum post mortem, ut qui membra simus unius corporis immortalis: ideoque scribimus quotidie ad Occidentales per regionem fratres nostros, comministros et coepiscopos, paratos esse ad Constantinopolim convenire. Quin etiam in quacumque provincia positus suggerimus, ut in locum defunctorum pontificum, alios juxta canonum præscripta ordinent; maximeque præ omnibus, in urbe regia. Oportet enim cunctos in synodo considerare, tum nostrum patriarcham, tum metropolitam, aliosque pontifices, nihilque mutilum imperfectumque inveniri apud nos.

Opus autem nobis est etiam ante synodum patriarcha ejusdem sententiæ ac vocis, qui doceat

³ Joan. v, 39. ⁴ I Cor. iii, 9.

(1) Σιρρέριμ. Scribo Συρερρήν, aut Σιρερρήν, Σιρερρήν, Sire Henry. Est enim Έρρής seu Έρής, Henricus,

A τυραννουμένῳν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, καὶ αὐτοὺς τοὺς Έβραίους οὐκ ἔκόντας ἂν ἐβαπτίσασαμεν. Ἐπεὶ τοιγαροῦν τὸ μὴ ἐπιτιμᾶν ἐν τοῖς δόγμασι καὶ βιάζεσθαι ἄτοπον· ῥᾶστον γὰρ καὶ τοῦ δυναμένου παντός· τὸ δὲ πείθειν χρώμενον ταῖς τῶν δογμάτων ἀρχαῖς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σίβοντος τὴν ἀλήθειαν· πότερον ἴλοι, δέσποτα, τὸ βιάζεσθαι ἡμᾶς ἀνεξετάστως, ὡς ἄλογα, πρὸς μεταθεσιν, ἢ προσδέξασθαι τοὺς ἡμετέρους λόγους καὶ μεταδοῦναι λόγον ἡμῖν, ὡς γυμνασθῆναι καὶ γνωσθῆναι τὴν τῶν θείων πραγμάτων ἀλήθειαν; Ἴσθι γὰρ ὅτι τὸ μὴ δεύτερον ἐπαινοῦμεν καὶ ζητούμεν, τῷ θεοπαροδοῶ ἔπει πειθόμενοι, λέγοντι· « Έρευνᾶτε τὰς Γραφάς. » τῇ βίᾳ δὲ οὐδὲς ἔξ ἡμῶν ἀλωτός· ἀλλὰ πάντες ὡς ὑπὲρ Χριστοῦ κινδυνεύσομεν. Οἰόμεθα δὲ καὶ λίαν εὐστόχως, ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τῆς σῆς σοφίας δικαίως ἐπὶ τούτου ἡμᾶς ἐπαινέσεται. Ἐπαινετός γὰρ ἅπας ὁ συνοδικὴν ἐπικαλούμενος κρίσιν καὶ τὴν ἐκείθεν διάγνωσιν.

Τοῖνον ἐπεὶ μικρόν ἴσθι τὸ μεταξύ τῶν Λατίνων καὶ τῶν Ῥωμαίων μεταίχιμον, ὃ λύει τὴν τῆς μιᾶς Έκκλησίας συνεχίαν, θέλησον σύνοδον οἰκουμένην ἀθροισθῆναι, ἐξαποστειλῆς δὲ τοποτηρητὰς τῆς σῆς μεγαλειότητος, καὶ λαληθῆτω, καὶ λυθῆτω πᾶν τὸ ἀμφισβητούμενον. Ἐὰν εἷς καὶ αὐτός συνεργός Θεοῦ, κατὰ Παῦλον τὸν μέγαν ἀπέστollen, εὐχερῶς ἔχομεν, δέσποτα, καὶ αὐτοὶ ἀπᾶραι τῆς διοικήσεως Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μετοικίαν σταλῆναι πρὸς τὴν ἀνατολήν, ἢ τὴν δύσιν. Ἀλλὰ γε οἰόμεθα αὐθέντην ἔχειν τὴν βασιλείαν ἡμῶν Σιρρέριν (1), καὶ ὑπὸ τὴν σκιάν τούτου ζῆν, καὶ θητεύειν καὶ γηπονεῖν, καὶ ποιμαίνειν, καὶ πλείην θάλασσαν· χωρὶς δὲ ἡμῶν οὐ πληρωθήσεται ἄλως, οὐδὲ ληνός οὐδὲ βρωθήσεται ἄρτος, οὐ κρέας, οὐκ ἰχθύς, οὐδὲ λάχανον· ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ καὶ πολιτείᾳ σταθήσεται. Καὶ ταῦτα μέντοι ποιοῦμεν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τοῖς Λατίνοις, καὶ συγκομιζόμεν, κατὰ τὸ χεῖρον τῆς ζωῆς ἡμῶν μέρος, τὸ θνητὸν καὶ λυόμενον· ἐθέλομεν δὲ καὶ κατὰ τὸ κρεῖττον ὁμοφρονῆσαι καὶ ζῶντες, καὶ μετὰ θάνατον, ὡς μέλη σώματος ἐνός ἀθανάτου τυγχάνοντες· καὶ διὰ τοῦτο γράφομεν καθεκάστην καὶ πρὸς Δυτικούς τῆς χώρας ἀδελφούς ἡμῶν καὶ συλλειτουργούς καὶ συνεπισκόπους, ἐτοιμούς εἶναι συνελθεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ πᾶσαν ἵπαρχίαν ὑποτιθιάμεν, ἀντὶ τῶν τελευτησάντων ἄρχιερέων, ἑτέρους χειροτονῆσαι κανονικῶς· καὶ μάλιστα γε πρὸ πάντων εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν. Δεῖ γὰρ πάντος ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεῖσθαι, καὶ τὸν ἡμέτερον πάτριάρχην, καὶ τοὺς μητροπολίτας, καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχιερεῖς, καὶ μηδὲν ἡμῖν ἐλλείπει εὐρεθῆναι.

Χρεία δὲ ἡμῖν καὶ πρὸ τῆς συνόδου ὁμογνώμονος πατριάρχου καὶ ὁμοφώνου, διδάξαντος τὰ συνήθη

Errius, Herricus, Erius. Γίρικος in Hist. concil. Florent., p. 20, 40.

καὶ μεταδώσαντος, καὶ ὑποδεξαμένου τὰς ἡμετέρας ἑξαρχορίας. Διὰ ταῦτα γὰρ καὶ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἐνός ῥηγός ὄντος, δύο ἦσαν ἀρχιερεῖς, καὶ εἰς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ εἰς τοὺς Λατίνους, ὁμογλώμων αὐτοῖς καὶ ὁμόγλωττος, αὐτοῖς πάλιν ὁμοῖος. Οὐδὲ γὰρ ἦν θεμιτὸν, δι' ἰσμενίως πρὸς ἐπιγλωσσου πατριάρχην ἐξομολογησθαι τινὰ τὰ κρίματα, καὶ ἴσως καὶ ὁμογλωσσόντι παρῆν. Χορὴ τοιγαροῦν ταῦτα μέχρι τῆς ἐνώσεως καὶ εἰς ἡμᾶς φυλαχθήναι. Ἐβέλομεν γὰρ καὶ εὐχολογηθῆναι τὴν οἰκίαν αὐθεντίαν ἔχειν πάλιν τὰ ἀποστολικὰ καὶ συνοδικὰ καὶ βασιλικὰ καὶ νομικὰ διατάγματα, ὅσον τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐκάστης ἀρχιερεῖς παρὰ τοῦ πρώτου τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐκλεγῆσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι διακλιούνται. Αἰτούμεθα δὲ καὶ τὸ σὸν ἀρχιερατικὸν μεγαλεῖον προσδεῖξασθαι τὸ παρὸν τῆς ἡμῶν ἐπιτελείας γραμματίου, καὶ θεῆσαι σύνοδον οἰκουμένην συναχθῆναι, ὥστε διαγνωσθῆναι τὴν τῶν θεῶν δογματικὴν ἀλήθειαν. Ἀδύνατον γὰρ ἀληθεῖν ἀμφὺ τὰ μέρη κατὰ τὸ φρόνημα ὅτι μηδὲ τῶνακτία, ταυτά. Γεωμετρικαῖς γὰρ ἀνάγκαις εἰς ἀκρογωνιαῖος λίθος, συνδέεται τῶν πλαγίων εὐρίσκειται, καὶ μία ἐστὶν ἡ ὀρθὴ γωνία, μὴ παραδεχομένη μῆτε τὸ μᾶλλον μῆτε τὸ ἐλάττω. Ἐκτοκαπίσα μὲν γὰρ πρὸς τὸ μᾶλλον, ἐστὶν ἀμβλία ὁ πρὸς δὲ τὸ ἐλάττω, ἐστὶν ὀξεία ὁ ἐλάττω δὲ τούτων, ἀοριστος.

Ἐπει δὲ ὁ θεωροβλήτος καὶ φιλόχοιτος ἡμῶν βασιλεὺς ὑπέθετο ἡμῖν, τὴν ἀνήκουσαν τιμὴν εὐμενῶς προσνεῖμαι τῷ ὕψι σου, ἡδίστημεν τῆς ἡμερότητας αὐτοῦ τὸ ἐπίταγμα, καὶ κατετιθέμεθα τιμὴν σοι νεύμα, δέσποτα, προπούσαν, ἥτις ἐστὶν εὐρημία, ταῖς βασιλικαῖς εὐρημίαις ἰσοῦστος, ὅπως ἐπὶ λέξῃς ἔχουσα. « Ἰννοκετίου δέσποτου πάππα τῆς πρεσβυτέρως Ῥώμης, πολλὰ τὰ ἔτη » ὀρεῖται λέγεσθαι παρὰ ἡμῶν μετὰ τὴν τελευταίαν εὐχὴν τῶν συναξίμων, μέχρις ἂν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σύνοδον συναχθῆναι, καὶ μυσταγωγῆσθαι ἡμῖν τοῦ δόγματος τὴν ἀκρίβειαν. Τότε γὰρ γυνὴ τῆ κεφαλῆ ἐπὶ ἀμβλωτος, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀναφορᾶς, οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλ' Αἰθίοπες, ἄμα καὶ Λίβυες, Αἰγύπτιοι τε καὶ Σύροι, Ῥῶτοι, Ἀλανοί, Γότθοι, Ἴβηρες, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὰ τοῖς δόγμασιν ἡμῶν ὑποκειμένα, τὸ σὸν ἀνακρούξουσιν ὄνομα, καὶ πρὸ γε πάντων, αἰτὸς ὁ Χριστὸς ταῖς ἀγίαις βίβλοις ἐγγράφεται ὅς εἰς μάστιγος ἡμῖν, ὅτι οὐ νικῆσαι ποθοῦμεν, ἀλλ' ἡττηθῆναι ὡς χορὴ χαρησόμεθα ὁ μόνον εἰ τὴν ἡμέραν ἀθροίσαιμεν. Ὁ γὰρ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ οὐκ ἀσφαλὴς ἐν τοῖς δόγμασιν οἰσται θεῶν τὴν ζημίαν, πῦρ καὶ σκοτος κληρονομήσας, ἐπὶ ὧν τὸ φῶς οὐκ ἔγνωρίσει. Ταύτην μὲν οὖν ἐπιτὴν τὴν ζημίαν προὑποθίντες, καὶ ἐλεήσαντες τὰς ψυχὰς μεριμνάδας τῶν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων, γράψαμεν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἐπιφωτιστικῶς πρὸς τὴν σὴν ἀγιότητα ἵνα τάχιον φροντιστῆς σύνοδον οἰκουμένην ἀθροισθῆναι, πρὸς τὸ συμφέρον τῶν Χριστιανῶν, καὶ σωτηρίαν τῆς ἀγίας ψυχῆς σου.

A consueta et impertiat, nostrasque suscipiat confessiones. Eapropter namque Hierosolymis et Antiochiae, cum unus rex esset, duo erant pontifices. Romæis, alter, alter Latinis, ejusdem cum iis opinionis et linguae, adhucque ipsis consimilis. Neque enim fas est ut quispiam per interpretem occulta confiteatur patriarchæ alterius linguae, quamvis forsans sententiarum consensus adsit. Oportet igitur hæc usque ad unionem erga nos observari quoque. Volumus siquidem et optamus, ut iterum sua auctoritate potiantur apostolicæ, synodicæ, imperatorum legumque constitutiones, quatenus præcipiunt uniuscujusque provinciæ pontifices a primo ejusdem provinciæ eligi atque ordinari. Petimus etiam a tua pontificali magnificentia, ut præsens tenuitatis nostræ epistolium admittat, velitque synodum generalem cogi, quo divinorum dogmatum veritas dijudicetur. Cum fieri nequeat utramque partem in vera esse sententia; quoniam quæ contraria sunt, non sunt eadem. Geometrica enim necessitate unus invenitur lapis imus angularis, obliquorum connexor, unusque existit rectus angulus, qui neque majus neque minus admittit. Siquidem in majus mutatus, erit obtusus, in minus vero, acutus; atque horum uterque indefinitus.

Cæterum quoniam a Deo promotus et Christi studiosus imperator noster præcepit nobis, ut convenientem honorem celsitudini tuæ benevole tribuamus, reveriti sumus clementiæ ejus edictum, et constituimus tibi, domine, congruum honorem deferre, qui est laudatio et acclamatio imperatoris laudibus acclamationibusque æqualis, ita ad verbum: « Innocentii domini papæ veteris Romæ, multis annos; » quæ a nobis proferri debeat post ultimam collectarum orationem; donec Spiritus sanctum concilium coegerit, nosque ad sacri dogmatis perfectam duxerit cognitionem. Tunc enim nudo capite, ex ambone, inter ipsam sacram oblationem, non solum nos, sed Æthiopes simul ac Libyæ, Ægyptii et Syri, Russi, Alani, Gotthi, Iberi, omnesque gentes quæ doctrinæ nostræ subiciuntur, tuum nomen proclamabunt; necnon aute cunctos ipse Christus sanctis libris inscribet; qui nobis testis sit, quod vincere non gestiamus, sed prout oportet victi, gavisuri simus; dummodo lucem conspexerimus. Nam qui in hacce vita erga dogmata cautus tutusque non est, damnum in morte feret, ignem ac tenebras in hæreditatem accepturus, pro eo quod lumen non agnoverit. Hoc nos igitur damno præsupposito, multaue hominum pereuntium dena millia miserati, ad sanctitatem tuam in sancto Spiritu cum exclamatione scribimus; ut citius universale concilium congregari cures, ad utilitatem Christianorum, sanctæque animæ tuæ salutem.

ANNO DOMINI MCCXX

MICHAEL ACOMINATUS CHONIATA ATHENIENSIS ARCHIEPISCOPUS

NOTITIA.

MICHAELIS ACOMINATI VITA, RES GESTÆ, SCRIPTA*.

Græciæ per medium ævum historia tenebris obruta tandiu fuit, donec vir cel. Ducangius decimo septimo sæculo, isque fere solus, lumen ei aliquod aspersit; novissimis autem temporibus Villemani, Fallmeyereri, Tafelii, Zinkeisenii, Paparrhigopuli, et præsertim Buchonii, ejusce generis studiis præmatura morte erepti, utilem operam experta est. Sic igitur noctem dies exceperit, et operæ pretium erit de viris ingenio aut virtute claris mentionem facere, quantum per coævorum testimonia vel aliter licebit. Melius enim de populi alicujus indole, ingenio judicabimus, ubi unius mores, agendi rationem ante oculos habemus. Quocirca operæ pretium me facturum arbitror, si de nobilissimorum aliquo mediæ ævi Græcorum verba fecero, probe gnarus hocce meum opusculum tantorum, quos nominavi, virorum auctoritate minime dignum esse. In quo tamen id mihi assumo dicere, libellum quem litterarum cultoribus offerro, majus aliquid præstiturum fuisse, si in bibliotheca Florentina ac Parisiensi codices Michaelis Choniatae manuscriptos oculis lustrare mihi contigisset. Sed tum temporis (cur enim dicere erubescam quod mihi cum viris doctioribus commune fuit?) hujus scriptoris ne nomen quidem noveram.

Nostris quidem temporibus Tafelius, prof. universitatis Tubing., reipublicæ litterariæ egregie consuluit opere cui titulus: *Dissertatio de Thessalonica ejusque agro, quam in usum convertimus nostrum, ut et plura alia quæ huc spectant opera.*

§ I. *Varia Athenarum, durante medio ævo, fortuna usque ad finem sæculi XII.*

Athenæ Cecropia civitas, quam Theseus Atticæ metropolim, Solon orbis antiqui legislatricem, Themistocles marium Græcorum dominam constituerant; quæ ex ruinis quas a bello Persico traxerat, Periclis et sociorum opera splendidior resurrexerat; cujus favorem post Lysandri ac Philippi victoris tempora magnus hujus filius ambire non erubuerat, quam posteriores e Macedonia domini, quam Ptolemæi libertate ultro oblata et splendidis ædificiis honorabant; cujus civibus contumacibus consul Rom. victor, paternæ gloriæ habita ratione, veniam dabat; cui Hadrianus et Julianus imperatores, uterque Athenis educatus, magnam pristinæ gloriæ partem restituerant; quæ porro Gallieno regnante, Dexippo duce, Gothorum invasionem repulerat, et quæ Alarici tempore classibus Byzantinis commodum præbuerat refugium, quæ solidioris doctrinæ et morum puriorum gloria inter urbes Orientis refulerat, donec Justinianus philosophorum scholas claudi jussit in Pallædis urbe quæ, paganismus imbuta ac nutrita, diutius quam cæteræ Græciæ urbes Christianismi introductoribus restitit: illæ Athenæ antiquæ quæ per viginti sæcula in varia fortuna, si non potentiam ac libertatem, saltem indolem particularem et nationis robur servaverant, Justiniani illustris tempore Slavorum ferro et igne ubique grassantium invasionibus occubuerant. At quidem, ut Persarum tempore, ante 1000 annos, Athenienses contra hostium furorem in vicina Salamina insula refugium quærebant, sed vario eventu. Tum enim in mari

* Michaelis Acominati vitam et res gestas egregie illustravit ejusque scripta recensuit D^r Adolf Ellisson in libro Gottingæ anno 1846 vernaculo sermone edito cui titulum fecit: *Michael Acominatos von Chona, Erzbischof von Athen. Nachrichten über sein Leben und seine Schriften, mit Beifügung der letztern, soweit sie bekannt sind, im Original und in deutscher Übersetzung, ein Beitrag zur politischen und literarischen Geschichte Athens im Mittelalter.* Is est fons sane uberrimus ex quo sequentia Latinitate donata in usum nostrum derivavimus.

victoriam, libertatis et cultus præcipuam causam vidit; postea autem exigua eadem insula idringentos annos exsilii locum dabat, per quos custodes Acropolis Byzantini non impediabant quo minus Atticam in desertum, Athenas autem in desolationis abominationem mutaverint. acie quoque Salaminis in urbe dum morarentur Athenienses, res gravissimas passi sunt: iram atoris, dein anathema, quod una cum *Ægæi* maris insulis imperatoribus *Isauricæ* domus *Icono-resistere* ausi fuerant. Huc accedit quod morbis, fame, piratis, ignibus subterraneis, qui *cam-Attica* terra fœde vastabant, mirum in modum vexarentur. Post ubi exsulum Athenienisum recum aliis imperii colonis patriam desertam repeterent, novas e ruinis domus excitaturi, pau-rum urbem qualis et quanta fuerat circa Acropolim restituere non valuit. Athenienses ad sua tes (sæc. X et ineunte XI) dura a *Bulgaris* rapacibus, Atticam imo totam Græciam ferro et igne ibus, perpassi sunt. Ea tempestate annus 1019 in Annalibus Atticis aliquantisper refulget, silius II imperator, *Βουλγαροκτόνος* cognominatus, debellatis ad Achridam hostibus, *Deiparæ* Athenis dona splendidissima obtulit (1).

um gens septentrionalis quæ, Constantino X Duca, anno 1065, Macedoniam et Græciam sep-invasit, utrum Atticam populata sit, apud Jo. Scylitzen Curop. altum silentium. Ut ut est, rum municipium Byzantinum XI et XII sæculis tristem faciem præbuisse et majore jure quam i tempore *δέρμα πάλαι ποτὶ ζῶου* præsentasse videtur. Vid. Synes. ep. 133. Cf. Zygomalas et M. *Turco-Græcia*.

is aureum (ita enim Athenas appellitaverim) quo tempore Crucigeris, novo Argonautarum ge-iccumbere videbatur, *dynastis* Byzantinis non restituendum, imo barbarorum Asianorum ferro idum, in ipsa Athenarum urbe virum obvium habemus qui, licet alienigena, adeo de Athenis ut inter medii ævi Athenienses memoratu dignos, una cum Irene imperatrice, quæ et ipsa *Ἀ-ζαϊωλῶν* familia oriunda. præcipuum locum occupare dignus sit; de Michaelæ Choniate ar-xopo loquimur.

§ II. *Michaelis ejusque fratris pueritia Chonis et Constantinopoli acta.*

nadmodum fratres Michael et Nicetas Acominati dum vivebant mutua pietate, qualis inter-xam et discipulum esse debebat, et intellectuali commercio juncti erant, ita alter alterius vitam lia in lucem edendo hoc novo vinculo uniti videntur, ut in hoc nostro tractatu de Michaelæ non nus Nicetæ vilam silentio præterire, quippe qui in opere de rebus quæ post Cpolin per Latinos a *evenerunt* fratris cum merita laude mentionem facit, qui ipse superstes fratrem defunctum graphia et panegyri debitis elogiis honoravit.

ael Acominatus circa quadragesimum sæculi XII annum, initio regni Manuelis Comneni Chonis ossis Phrygiæ urbe natus est, quam frater ejus Nicetas (*Hist.* ed. Par. p. 115) opibus divitem inibus frequentem vocat (3). Patre eumdem usum fuisse opulento, nulli dubitamus. Qui enim yzantium in artibus liberalibus ibi misisset educandos? qua dein ratione iidem ad imperii tes nisi pecunia aulæ corruptibili data, evecti fuissent? Affinitatis quodam splendore non ca-t, siquidem Nicetas clericum aliquem Choniatem, cujus Manuel imperator utilem operam in ontra Turcos expertus est, consobrinum appellat et urbis metropolitano patre spirituali usus est. a tantum de ineunte Michaelis relate comperta habemus, eaque in sola parentatione in fratris ti memoriam dicta hæc in verba exposita: « Pater meus, qui litteras non minus quam liberos ligebat, me adolescentulum qui in grammatica et poetica satis provectus eram, ex Asia Hy-a traductum artium liberalium et philosophiæ magistris instituendum tradidit. » Horum ma-um in numero Joannes et Isaac Tzetzæ fuerunt, quorum vita in 1130-1160 incidit. Michael a fratrem utroque parente *κασιγνήτων* germanum sibi novennem ea lege traditum a patre esse nutritoris, institutoris, imo patris loco ei esset. Michael ipse affirmat cum majore se, quam i decet, pietate, triplex illud officium explevisse. Pietatis et animi grati certamen inter fratres debat, ita tamen ut Michael archiep. Athen. factus pro modestia sua se fratri ad altissimas dis *evecto* multorum in se collatorum beneficiorum debitorem evasisse asserat. Est etiam ubi l fratri quoad ingenii dotes, se inferiorem fatetur, ubi de communibus ipsorum studiis men-facit. Dum enim ipse ad *μαθήματα* animum attenderet, Nicetam inde a puero rerum majorum ationi ac studiis deditum eo pervenisse, ut audaciori volatu in regiones τῶν θεωρημάτων evolave-nt, proprio Marte meditatus sit.

καὶ ἐν Ἀθήναις γενόμενος καὶ τὰ τῆς νίκης στήμα τῆ Θεοτοκῆ δούξ, καὶ ἀναθήμασι λαμπροῖς καὶ πολυτέλεισι κοσμήσας τὸν ἱεστρεῖον εἰ. Κωνσταντινούπολιν. Georg. d. Par. p. 717. Templum Minervæ, Erich-natris, Parthenon illud in S. Virginis ac m ecclesiam est mutatum, ut et Thesei m ecclesiam sancti Georgii qui draconem it, locum cessit.

(2) Chonarum nomini postea Colossarum sub-stitutum esse urbis Phrygiæ, quæ præsertim Pauli ad Christianos ejus civitatis epistola innotuit, citra dubium est. In lexico Mich. Pselli geographico quod P. Morellus citat, legimus: *Κολοσσαί, πόλις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι*, et Nicetas ipse dicit in *Thesaurο fidei orthodox.* IV, 22: Ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μοι Κολοσσαίς Ἐπιστολῇ θεολογεῖ κτλ.

Quo tempore Nicetas ὑπογραμματίως βασιλικῷ titulo aut sub Manuele Comneno ante a. 1180, ab Alexio II regnante, usque ad a. 1183 ad rerum administrationem accessit, ubi postea ad maximos honores proventus est, Michaeli, minus prospera uso fortuna, archiepiscopus tantummodo Athenarum ut fieret contigit. Sed ut nominis Attici gloriam prætereamus, archiepiscopus Atheniensis e numero præcipuorum inde a ix sæculo metropolitanorum diœcesis Illyriæ erat, et decem quidem episcopi Aulonis in Phocide, Dauliæ et Coroneæ in Bœotia, Orei, Euripi, Porthmi, Carysti in Eubœa, et insularum Seyri, Andri et Syriæ ei ut suffraganei subjecti erant. (Cf. Le Quien, *Oriens Christiana* II, p. 167 sqq.)

§ III. *Michael Athenarum archiep.*—*Byzantium rerum statum permutat; legum per Græciam abolitio.*

Michael, si asserit se per triginta annos munere sacerdotali functum esse, sub finem (1175) sæc. XII sub Charitone patriarcha munus iniisse videtur. Casim. Oudinus (*Comment. de scriptor. eccles.* p. 1336 et 1712) duos in XII sæculo metropolitans Athenienses, Michaelis nomine designatos memorat quorum priorem anno 1170 assignat, et Const. Manassis et Simeonis Metaphrastæ contemporaneos facit; quo errore Harlesius quoque obstringitur (Fabricii *Bibl. Gr.* ed. nov. XI, p. 188, not.), quamvis opera ab Oudino majori Michaeli attributa, nostro Michaeli Acominato, idque jure, ascribit. Inter ista opera orationem habes Athenis muneris initi die habitam, et cujus verba introductoria sola apud Baudinium (*Epist. de Michaele Acominato*), Τὸν μὲν δὲ προσήκοντα, et ultima: Ἴνα καὶ αὐτοὶ ναὸς Θεοῦ εἴημεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ, etc., legitur. Michael licet antiquo more educatus, in ista phrasi divina ut et in cæteris omnibus quæ scripta reliquit, orthodoxiam ex oculis non amittit, quæ καλοκαγαθίας; antequam loco Græci cujuslibet supremam laudem constituit. Quodsi Michaelem nostrum Atticis innutritum artibus et litteris Athenis quæ templis, stauis abundabant, Periclei ævi monumenta inspirabant, idem, qua Christianus ac sacerdos, divini quasi ætheris flamina experiebatur. Ante eum D. Paulus Atheniensibus in Areopago pacem, et in templo Dei incogniti Deum in Christo manifestatum annuntiaverat; et ibidem Dionysius Areopagita primus episcopus memoratur, idem martyr Græcus, quem Gallia quoque apostolum et patronum suum venerata est eo tempore, quo ipsa novi Evangelii apostolos per omnem orbem, præsertim in eam regionem emisit, unde præter Christianismum perantiqua libertatis civilis traditio ei venerat, in Græciam dico (1).

Michael Athenas sacras oratione celebrat in Leonidem martyrem et socios habita; heroici ejusdem civitatis ævi, in allocutione ad prætorem Demetrium Drimetem, Athenas reducem, meminit: Τὸν Θεοῦ φασὶν ἐκείνον. Eustathii postea archiepiscopi Thessalon., interpretis cel. carminum Homeri, quo familiarissime utebatur, mors profanarum æque ac Christianarum meditationum ansam præbuit; ejus memoriam oratione funebri honoravit, cujus initium: Ὡ στυγρὸς αἰὼν, ὦ τλήμων ἡμεῖς γενεά, finis καὶ λατρεύοντες. Pauca hæ voces de monodiæ pretio statuere non permittunt; at hocce sæculum et nostrum genus accusare licebit negligentiae, cui solus Tafelius remedium apportavit, qui in *Dissertatione De Thessalonica ejusque agro* etiam Monodiam in Eustathium publici juris fecit.

Eustathii Thessalon. (a. 1198) sex annis catastrophem antecessit, quæ Michaeli occasionem dedit ostendendi se non solum bonum ovium pastorem pacis tempore esse, sed qui, urgente necessitate, lupum Argolicum fortiter a grege repellat, licet mox feris occidentalibus cedere coactus fuerit.

Atque hoc quidem loco dicendum est qui fuerit Acominatorum sermo justo magis metaphoricus (2). Cujus rei ut majorem fidem faciamus, Nicetæ verba quibus in Michaelis fratris Vita utitur, repetamus, usurpationem antea memorantes imperii Byzantini per Alexium III Angelum (a. 1195), quam octo annis postea expeditio Itatorum Gallorumque Constantinopolin versus, et post redintegrationem Isaacii cæcati cum filio ejus Alexio IV impotentemque Alexii V Ducæ Murzuphli dominationem, secunda Cpolis expugnatio per Francos (12 Ap. 1204) et imperii Latini fundatio secuta est. Nicetæ Acominati Historiæ libri v ultimi (xvii-xxi) et J. Villharduini Annales Gallice conscripti magnam circa eas res auctoritatem habent. Nicetas quidem usque ad a. 1206 progreditur, quamvis in fine libri xix dicat: Οὐκ ἂν ἄσκαιμην τὰ βαρβάρων αὐτῶς, οὐδ' ἰσοίμην πάραπέμπων τοῖς ἐπιτετα προῖξιν πολεμικῶς, ἐν αἷς μὲν νικῶσιν Ἕλληνας. Οἱ γὰρ ξάρβυροι κατὰ τὸν ἐμπροσάκτα τὸν ἐν Ἐπίσῳ ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος οἰχίσθησαν αἵτες τε καὶ ἄπυστοι, μηδὲ προσρήματος γούνονος, ὑφ' ἡμῶν ἀξιοῦμενοι, εἰς οὗ παρέλθοι ἡ ἀνομία καπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ

(1) Contra Gregorium Turon., Bedam et quosdam alios Dionysium Gallicum ab Atheniensi distinguendum et tertio demum post Christum natum sæculo accensendum esse arbitrantes, auctoritati Sim. Metaphrastæ et Mich. Syngeli, abb. Hilduini et multorum virorum sine dubio orthodoxorum et doctorum obtemperamus, qui unum Dionysium agnoscunt. Persuasum enim habemus criticam quam vocant historicam ad Acta sanctorum haud impune applicari.

(2) Nicetæ quidem dictio obscurissima est in

Præfatione ad Historiam ubi maxime monet nullibi magis quam hic claritate et simplicitate opus esse. Inde versus sequentes ad marginem cod. Fugger. scripti et a Wolfio Alexandro Charophylaci attributi:

Οὐκ οἶδα τί φης ἐνθάδε, Χωνειάτα,
Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις,
Εἶτα γυιφῶδῃ καὶ βαρβάρῳδῃ γράφεις.

Nescio, Choniata, quid dicere vellis.

Dictionis claritudinem virtutem dicis.

Et nihil tu ipse nisi per ampullas componis.

ἢ ὅθεν παραλαβήσεται. Absit ut ego res gestas Barbarorum decantem, aut ea bella memorizæ posterorum prodam, in quibus non vincunt Græci. Imo illi, ut is qui Ephesiz Dianæ templum incendit, pre-reant ignoti et obscuri; nec ullo verbo quisquam nostrum eos dignetur, donec transierit iniquitas et Deus servos suos clementer respexerit. Nicetas fusius refert ea quæ ipse post captam Cpolin passus sit, ac memorat se virginem quamdam e barbari alicujus manibus, asserendo eam sibi nuptam esse eripuisse, repetente idem Michaelē (1), non sine laudibus justo majoribus, siquidem fratrem Herculi et Theseo, Abrahamo, Isaaco ac Levi, Simeoni, Davidi ac Danieli præponit, imo cum Christo comparat, qui pro Ecclesia, sponsa sua, mortuus est.

Nicetas postquam de rebus abominandis quarum capta Cpolis testis fuit, retulit, de provinciis a Latinis expugnatis ac inter duces exercitus distributis loquitur. Dein ad regnum Thessalonicense Bonifacio Monteferratensi (ὁ Μόντης Φεράντης μαρκήσιος Βονιφεράτιος) sub conditionibus feudi traditum, et ea quæ ipse contra Græciam conatus est facere procedit. Ibi enim, rebus jam dudum turbatis adjuti in fine regni Alexii III in multis urbibus usurpatores Græci surrexerant qui contra Francos non minus pertinaciter quam contra imperatorem Græcum libertatem suam defendebant. Ex his in Ætolia et in Epiro australi circa Nicopolin et Epidamnum nothus aliquis ex familia Ducæna oriundus regnabat; dux Græcus quidam in Dolopiæ montibus; in Messenia Theod. Melissenus e gente Comnenorum; in Laconia Leon Chamaretus non minus tyrannice quam Nabis ipse: in Argolide et Corinthi Leo Sgurus sæviebat. Hujus cum Atheniensibus sub Mich. Acominato, et cum Francis sub marchione Monteferratensi pugnas Nicetam fusius narrantem hinc inde introducimus (Hist., ed. Paris, p. 390 seq.)

§ 4. Michael cum Leone Sguro certamen init, fratre ipsius Niceta referente.

« Leo Sgurus, Nauplio ortus, aliquandiu vi magis quam voluntate popularium principatum tenuit
 « a patre susceptum, ad cujus imitationem non sine sanguine inperavit. Sed confusione rerum auc-
 « tus, et turbulenti temporibus, ut torrentes imbribus et turbidibus undæ, tumefactus, e parvo ma-
 « gnus exstitit. Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit: et grassando subinde progressus ipsas Athe-
 « nas cum bellicis navibus et exercitu per Isthmum traducto est adortus, ea spe se arcis facile po-
 « titurum, aut machinis adductis imbelles præsidium facile territorum. Cæterum ea agitabat animo et
 « frustra conabatur, quæ ad exitum perducere non poterant. Nam Athenarum summus pastor Michael
 « Choniates, frater meus (meus inquam: nam laudi mihi duco cognationem ejus, et ei me sanguine
 « propinquum esse gaudeo, licet a virtute et eloquentia ejus remotissimus), cum sui muneris esse
 « intelligeret consilio et precibus rem publicam juvare, Sguri castris visis, pie cum eo agere instituit,
 « an hominem, præsertim non ignotum sed sæpe collocutum, amovere posset. Itaque ex urbe tan-
 « quam superiore loco monitorum sagittas ejaculatur, et pastorali funda divina verba jacit. Ali-
 « quando etiam spiritualibus minis tanquam arietibus animum illius sternere instituit. Non enim
 « decere eum qui Christianus sit et inter Romanos nomen suum profiteatur, Romanos bello petere
 « nisi forte solis labiis Christianum agat, ut et veste et lingua duntaxat Romanum, corde vero a Chris-
 « tianis sit remotissimus. Quam vero causam habeat oppugnandi Athenas? nam Argivis ob vicini-
 « tatem posset forsitan aliquid crimini dare, quo illorum expugnatio excusetur, quemadmodum et
 « Corinthiis nuper archiepiscopi eorum crebras insidias objecerit, unde Romanum exercitum Nau-
 « plium accurrere et naves hostiles appellere nunquam recusavit, et suavitate orationis ejus magis
 « afficiatur quam mellis dulcedine, eaque semper frui cupiat, hic vero ipsum in spiritualium libero-
 « rum numerum retulerit. Ac hujusmodi armis usus Michael precabatur ut inde recederet. Sgurus
 « vero non dissimulanter præterens se vim posse facere, et tempora intueri jubens quæ pro viri-
 « bus quemque agere monerent, cum omnium urbium princeps afflictissima esset, denique postulabat
 « ut quidam adolescens ad necem sibi dederetur. Quem etsi alius aliquis etiam non petenti libentis-
 « sime deditisset, ut semen unicum et multis auctorem interitus, pessima quæque et manu et
 « consilio contra patriam machinari solitum, ille apertum patriæ persecutorem et spiritualis nutricis
 « Ecclesiæ violatorem et insidiatorem, cujus violento conatus sæpius et ipse expertus erat, in eorum
 « numero habuit quos evangelice diligeret, neglectoque Sguro supplicem defendit. Sed cum leonem
 « illum sapientibus hisce monitis placare non posset, aspedit in morem ultro aures obturantem et
 « omnis generis tela in arcem conjicientem, orato Deo ut in nefarium hominem et subnascentium
 « malorum auctorem cladem omnem converteret, machinas et ipse in mœnibus disponit, ibidemque
 « sagittarios et funditores collocat. Nam quid ille ad propulsandos hostes non effecisset, vir omni doc-
 « trina sacrarum et profanarum litterarum perpolitus summaque facundia ornatus? qui si voluisset,
 « igni pluere super temerarios aut crabrones in exercitum immitere potuisset, aut aliquid aliud eis

(1) In *Monodia*, infra, col. 373.

« perniciosum divinitus impetrare. Neque enim cunctatus esset Deus, si manus ille sustulisset aut labia ad invocationem numinis aperuisset. Sed a tali vel cogitatione, nedum facto, eum abduxit is qui filio tonitruum compescuit, ne ignem celo elicerent, cum diceret : « An nescitis cujus spiritus sitis ? »

« Sgurus autem, desperata victoria, adversarii aciei instruendæ tam periti, tam disertis, tam incomparabili virtute præditi, et irrita oppugnatione rupium arcis intellecta, iram suam contra eam urbem exstimulat cujus arcem expugnare non poterat, villas incendit, greges armenta que rapit. Et post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat ; quibus primo impetu captis, ulterius contendit, ac Thermopylis superatis per Ætam montem descendendo Larissæ cum Alexio imperatore se conjungit. Is enim a septentrionalibus lateribus avulsus et urbe imperatrice excussus in Thessalica Tempe pervenerat. Ac filiam illius Eudociam uxorem ducit, quæ prius Stephano Triballorum duci nupta, ab eoque repudiata et Byzantium reversa, post captam urbem et desertam, Alexio Ducæ cognomento Murzuflo, qui Romanum imperium postremus invasit, nupsit. Sed ne is quidem illam ad senectutem usque tenuit. Nam Eudociæ pater Alexius, haud scio qua re impulsus, dolo eum comprehensum luminibus orbavit, erro errone infestissimus, et imperio dejectus simili calamitate conflictato inimicissimus. Neque multo post excæcationem a Latinis comprehensus Ducas Byzantium reducit, et ob dominum et imperatorem suum comprehensum et laqueo enectum in judicium adductus, pro sui defensione attulit, illum patriæ proditorem existisse et dignas suo scelere dedisse pœnas. Neque se unum id fecisse, sed et reliquos illius cognatos. Verum illi, sprete ejus oratione, et iis quæ adjungere cupiebat plane repudiatis, capitis hominem condemnant, novum et violentissimo supplicii genere. Nam in altissimam columnam, quæ in Teuro stat, perductum præcipitant. Is vero aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus miserabiliter interiit. Sgurus autem ducta Eudocia, marchione in Græciam transituro, ut paulo ante dixi, Thermopylarum angustias et altum montem eis imminens, cætera que loca quæ Græcia aditum intercludunt, accurate custodiebat. Verum nihilominus ille iis locis facillime potitus est ob nostrorum ignaviam ac degeneres abjectosque animos, subinde potentiores colere volentium ; idque cum non magnum adduceret exercitum nec inter se consentientem, sed plerisque in rebus, quippe ex multis urbibus collectum, dissidentem. Et cum ipsam Bœotiam invaderet, tam cupide susceptus est quam quisquam qui ex longinqua et diuturna peregrinatione domum revertitur. Progressus etiam Attica potitur et arci præsidium imponit. Cum autem idem archiepiscopus, ut pridem Sgurum, ita et tunc marchionem propulsare posset, tamen tempus a resistendo alienum esse ratus, quippe urbe imperatrice expugnata et tam Orientalibus quam Occidentalibus provinciis Latinæ hæc tæ umbram subeuntibus, citra dimicationem munitione cedit. Postremo Eubœa quoque, ommissa defensione, supplices ad marchionem manus tendit, et exercitui Euripo concitatiore pontem subternit ; et in ipso freto castellum ædificatum, in eoque sedentem exercitum cernit. a quo mutabiles insularium animi et callida consilia a defectione coercerentur. Sed quid meam orationem barbari antvertunt et historiæ cursum occupant, nec ab ullo adversario destinantur ? nam hæc ut Thebis spoliatis et Athenis occupatis in Eubœam transierint, adhuc refert : illi vero, non ut pedes, sed ut aeris volucres, alis supra historiam evecti, ad Isthmum tendunt, oppositum ibi Romanum exercitum profligant, urbem in Isthmo sitam locupletem olim Corinthum intrant. Unde Argos transeunt ; Laconiam pervagati impetum in Achiam faciunt. Inde Methonem petunt ; ad Pylum Nestoris, patriam contendunt. Ad Alpheum etiam accessuros arbitror, ex eoque potos et lotos veterem jucundam fabulam audituros, fluvium eum Arethusæ fontis Siculi, quem Italorum filii bibunt, amorem liquescentem vereri ne suæ aquæ successus Latinorum et res quas contra Græcos gesserint inscriptas ad populares eorum perferre cogatur. Verum, o Græce fluvie Alpheæ, latex per salsuginem manans potabilis, res auditu mira, amoris incendium, cave Græcorum calamitates Siculis barbaris explices, aut commemores quantas res populares eorum contra Græcos gesserint, ne choreæ ducantur, ne pœanes cantentur, ne plures hostes appellant. Paulisper exspecta. Multæ sunt belli vices ; tessere instar volvuntur res mortalium. Nunc his, nunc illis favet victoria ; ne Alexandro quidem ferunt omnia successisse ex sententia, nec Cæsaris fortuna caruit offensionibus. Per ipsam Arethusam te obtestor. »

Huc usque Nicetas, ex cujus narratione traditio de regionibus Græcis a Latinis expugnatis per 41 iambos trimetros in chronicum metricum ab Angelo Maio an. 1828 editum transit ; compositum autem est chronicum illud ad Ephraim, monacho Byzantino, qui Thermophylas in municipium Atticæ convertit, et certamen ducem Naupliotam inter et archiepiscopum Atheniensem in hocce tetrastico absolvit :

Τὸς προσαδράσσει δὲ καὶ ταῖς Ἀθήναις
Ἄλλ' ἀποκοουσθεὶς ἀρχιεπιμῆνος λόγοις
Τοῦ Χωνιαίου Μιχαὴλ τοῦ πανσόφου,
Θήβαις ἰσορμᾶ ταχίως ἑπταπύλοις.

Postremo Athenas ipsas adoritur.
Sed repulsus sapientissimi antistitis
Michaelis Choniatae eloquentia,
Thebas confestim Bœotias invadit.

Brevius dein de Atticæ et regionum vicinarum expugnatione :

Μαρκίσιος δὲ τὴν Βοιωτίαν φθάσας,
 Ταύτην παρεστήσατο ταῖς στρατηγίαις
 Κρατεῖ πρώτων Ἀττικῆς σὺν Εὐβοίᾳ.

§ V. *Quæ Athenis post Michaelis tempora acciderunt.*

Niceta auctore Sgurus post cladem ad Thermopylas acceptam Acrocorinthum se recepit, ubi ut bella in antro se abdedit, corpusque contra Latinos defendit. Athenas deinde (unde Michael excesserat, et ejus arx a multis Francorum copiis custodiebatur) et Bœotiam Bonifacius, rex Thessaloniciæ, eminentissimo e consiliariis suis, Ottoni de Rupe gubernanda tradidit; utriusque autem provinciæ sicut Eubææ et Bodonitzæ dominium Guillelmo de Champlitte cessit, quia ex Achaia et Elide profectus Peloponnesum subjugare cœperat.

Καὶ ἐκεῖνος γὰρ ὡς εὐγενῆς καὶ ῥέγας ὅπου ἔτον,
 Τοῦ ἔδωκε καὶ ἔχρησεν τῆς Ἀθηνῶν τὸ ὁμάχιον.
 Μέγαν Κύρην τὸν ἔλεγε, οὕτως τὸν ἠνομαζῶσαν
 Ἐκεῖνον ὅπου αὐθέντευεν ἰσότητι τῆν Ἀθήνας.
 Ἐκ τῶν Ἑλλήνων τὸ ἔχρησε τὸ ὄνομα γὰρ ἐκεῖνο.
 Ὄσαυτως γὰρ τοῦ ἔδωκε τρία ὁμάχια τοῦ Εὐρίπου,
 Τῆς Πονδωνίτζας ἁλλὰ δὲ, τὸ ἐκράτησεν ὁ Μαρκιζῆς,
 Νὰ τὰ κρατοῦσιν ἀπ' αὐτὸν καὶ αὐθέντη γὰρ τὸν
 [ἔχουν.
 Ὁ αὐθέντης δὲ τῆς Ἀθηνῶν ἀπὸ Βουργουνίαν ἔτον,
 [κτλ. (1)

Ille autem generosus ut rex erat,
 In homagium ei dedit Athenas;
 Ut Magnus Dominus sultani nomen accepit,
 Qui illo tempore Athenas imperio rexit;
 Nomen autem a Græcis mutuati sunt.
 Item tria homagia super Euripum
 Et super Bodonitzam, concessit marchio lege sanc-
 [ciens ut incolæ
 Eum pro domino suo agnoscerent.
 Oriundus autem erat Athenarum gubernator ex
 [Burgundia, etc.

Ab Ottono de Rupe (Ὁθωνντί λα Ῥώτζε), Burgundione. Athenarum moderatore, cujus nepoti ac successori Ludovicus sanctus, rex Franciæ, principis Achaïæ dignitatem concessit, i. e. anno 1205, series incipit principum Francorum qui per ducentos quinquaginta annos ad 1453 usque Athenas regerant, qua in urbe inde a Codro et Pisistratinis rex nullus sederat, et ubi quinque sæculis post illum Burgundionem, alteri cuidam Ottoni, Germani sanguinis, reservatum erat, ut magnam Græciæ partem cum dignitate et honore leni sceptro subjecerit.

Una cum domino sæculari eoque usurpatore Athenarum, Michaelis expulsi sedem archiep. Romanus, nomine Berardus occupavit, quem non nisi ex epistolis quas Innocentius III PP. ei scripsit, novimus. In notis quas editor Fr. Bosquetius adjecit (ed. Tolos., not. p. 9) Michaelis Choniatiæ mentionem facit ita durissime scribens: « Græcis rerum dominis Atheniensi Ecclesiæ præerat Michael Choniates, qui captus Athenis a marchione Montisferrati urbe cessit, ut narrat ejus frater Nicetas, qui eum nobis Græca fide et fraterno affectu sanctum prædicat. » Nihilominus idem alio in loco, hunc Michaellem cum archiepiscopo Romano confundere videtur, ad quem Innocentius litteras scripsit. Ex istarum epistolarum una patet, ut Schlosserus quoque (*Hist. exped. Crucig.* II, p. 63) declarat, a Latinis e pluribus diocesis, civitatibus, etc., expulsos fuisse Græcos eadem inclementia, qua postea a Turcis (2). Videre etiam e duobus aliis epistolis Papæ ad archiep. Thebanum (l. I, ep. 110) et archiep. Amyclæensem (l. IV, ep. 98), Ottonem in certaminibus sæcularibus et ecclesiasticis anathema incurrisse, cujus rei pertæsus, dignitate abdica, anno 1221 nepotem Guidonem sibi succedere voluit et in Franciam reversus est.

§ VI. *Michaelis senectus et obitus.*

Michael exsul non minus tragice quam Nicetas aulicus, totius imperii Romæorum miserimum statum, gregis custodiam ereptam et exsilium deplorat (3): « Lamentationis copiosa mihi materia adest tum ob communem calamitatem tum propter meam ipsius, eapropter quod templum illustre, opulentum, proh Deum immortalem! quod majores nostri Deiparæ consecrarant, cujus altare meæ custodiæ creditum erat, ante oculos meos ab hominibus sacrilegis spoliatum vastatumque est. Ipse autem post triginta annos quos ibidem peregeram, ut truncus aridus, inutilis, vi ventorum e sacrario Domini ereptus, contra ripas, contra rupes, in imum mare abreptus vix jam vivo. Ecce exsilio damnatus, sine sacerdotio, sine festorum solemnitate, sine urbe, sine civibus, bubonis instar de calamitate omnium et in eo ipsius infortunio amare lamento. » Ex inscriptione porro nonaginta, quas codex Bibl. Laur. servat, epistolarum videmus, insulam Ceon pro refugio eum habuisse: τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ ἅς ἔγραψεν ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Κέων. Id quod tenore epistolarum confirmatur, siquidem P. Morellus monasterium S. Prodromi in ista insula ut asylum ejus designat.

Hoc in loco senem exulem annuntiata fratris mors mirum in modum afflixit quem sibi superstitem

(1) Βιβλίον τῆς κοινῆς τῆς νῆσου Ῥωμανίας καὶ τοῦ Μωσαιῶς, p. 59. Ed. Buchon. Paris, 1845.

(2) « Dilectus filius Otto de Roca, dominus Atheniensis, per litteras vestram petiit providentiam admoneri, ut in castris suis et villis in quibus

duodecim Latini abundantes certas habuerint mansiones, proprios sacerdotes, quibus integræ a Latinis laicis decimæ persolvantur, instituire curaretis, » etc. Πρωτ. III, *Epist.* lib. XIII, ep. 418.

(3) Vide infra, col. 371.

fore desideraverat. Nicetas Acominatus, post captam Cpolim, ut omnes ii qui ingenio, virtutibus, in patriam amore excelluerant, cum uxore et liberis Nicæam Bithyniæ se recepit, ubi apud Theodorum Lascarin imperatorem non minus quam apud Comnenos auctoritate valebat, id semper agens ut civibus Bizanti exsilibus auxilio ac præsidio, fratri autem seni exsuli solatio foret. Michael quidem in *Monodia* hæcce dicit: « Licet procul a me viveret, quoties eum vivere ac valere nuntii attulissent, quasi novo spiritu afflatum me sensi. Et ut David animæ suæ solamen reperiri non posse dicit, exhilarari autem ubi primum Dei memoria ipsi in mentem venerit; ita ego quoque ubi præsentium ærumnarum pondere molestarer, mirum solamentum sensi ubi fratrem valere accepi. Quotiescumque itaque epistola fraterna manu signata afferebatur, vultus ac sermonis ejus intime memor caput et manus tangere et osculari mihi videbar; et extemplo atra cura ex animo excessit et gaudio novo locum dedit. » Hæc cum legeris amoris fere plus quam fraterni testimonia, jam non miraberis, si idem dicit se umbra mortis obstringi ob gubernaculum vi ipsi ereptum morte fratris Nicetæ, qui Michaeli et Joanni consobrinis æque flebilibus Romæorum imperio in morte successerit. « Si tanti viri obitus, Michael adjicit, Europam et Asiam æquo dolore ac desiderio afflixit, adeo ut mortem tuam, o anima charissima, ferre non sustineant, quis tandem nostrarum lacrymarum ac gemituum modus erit? » Sequitur de luctu communi gentis Acominatorum per Europam et Asiam disseminatæ, cujus individui defuncti splendore illustrarentur, et qui ejus auxilium multifariam experti sunt. Deinceps de dolore viduæ loquitur, nepte magni Belisarii, quam uxorem ducturus Nicetas, sicut in omnibus gravioribus rebus fratris consilium expetierat; de luctu liberorum teneræ ætatis, e quibus unus errabundus vagabatur; de proprio suo luctu et plaga irremediabili quam fratris mors acerba inflixit. Jam sibi lacrymas præ doloris magnitudine deesse queritur, unde sibi calamitates vitæ futuras siccis oculis ferendas fore, donec ipse in remoto terræ angulo aut in medio mari projectus, senex juniori fratri successerit. Vir pius cum esset, Deo ipsi diem dicit, adeo dolor mentem occæcarat: « Dolor adeo me stimulat ut voces proferam quæ impietati ac temeritati forte dabuntur. Cur enim ego canum caput et annis gravis, inutile tandem terræ pondus ac ulcus diutius in hoc carcere retineor? »

In promptu non est dicere quo anno Michael vinculis corporis liberatus decesserit; jam enim vita otiosa in monasterio transigenda graviter incommoda sub finem esse debebat. Eum tamen anno 1215 in vivis fuisse epistola quam ad Manuelem patriarcham dedit probare videtur: ad alium neminem enim scripta esse potest nisi ad Manuelem Charitopolium illo ipso anno ad patriarchatum evectum. (V. Le Quien. *Oriens Christ.* t. 1, p. 278). Hæc eadem epistola et plures aliæ quas in Ceo insula composuit probare possunt Michaellem, quamvis solitarium, ut ipse quidem dicit nihilominus sub finem vitæ præstantissimis imperii viris per litteras saltem conjunctum fuisse, ipsumque Lascarin imperatorem in ejus amicorum numero fuisse. Sed quare non orthodoxi hujus et amici principis domum habitavit? Cur non Nicææ vivere maluit prope Phrygiam, ubi frater dilectissimus cum suis vixit et in medio populo demortuus est, quam in Ceo insula petrosa Ægæi maris, hæreticisque vicinus occidentalibus, de quibus in epistola ad Euthymium scripta queritur? Ad hanc is fere quætionem respondebit qui in patria Bacchylidis ac Simonidis Hymettum et Brilessum sub auroram coruscantes vidit; qui Michaellem in Thesei urbe per generationem pedum Dionysii Areop. manibus portasse et postremo Dexippi gladium non sine gloria strinxisse meminerit.

§ VII. *Scriptorum Michaelis catalogus, in bibliotheca Florentina secundum Bandinium. Præfatio.*

Scripta a Michaele opera, non minus quam ossa in Cei ripis, in Occidentis bibliothecis oblivioni data esse videbantur. Huc usque non nisi orationum satis multarum summaria, tractatus, epistolæ, carmina quorum pauca aliqua Græce, duo maximi momenti Latine tantum a Michaele Choniata supersunt.

Anno 1767 bibliothecæ Laurentianæ quæ Florentiæ est, custos, A. M. Bandinius Academiæ Parisiensi libellum misit sub titulo *Epistola de Michaele Acominato ejusque scriptis*, quem anno sequenti in catalogo codicum Græcorum bibliothecæ Laurentianæ reproduxit. Nos catalogum collectionis Michaelis scriptorum integræ, quorum summum jam Montfauconius in *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum*, I. p. 355 seqq. dedit, e Bandiniano catalogo extractam, nulla habita titulorum Latinorum ratione, damus, et Bandinii exemplum secuti, titulos eodem, quo in codice leguntur, ordine in medium proferimus, præmissa Anonymi ad Michaelis opuscula Præfatione, quam primus edidit doctissimus Tafelius in Dissertatione *De Thessalonica ejusque agro*.

I. p. 1. Προθεωρία εἰς τὴν παρούσαν βιβλίον τοῦ . . .

(Nihil amplius; scriptoris nomen in lacuna intercidit. (V. Tafel, l. l., p. 376 et seqq.)

φιλόλογος ὁ τοῦ βιβλίου τοῦδε πατὴρ, καὶ σοφίας ἱραστής ἐκατέρως, τῆς ἡμετέρας φημί καὶ τῆς θύραθεν, ὡς ἴσταιν ἀπ' αὐτῶν τῶν συγγαμμάτων γνώ-

Litterarum et omnis sapientiæ vere amicus hujusce libri auctor est, quod lector benevolus ex ipso scripto facile dijudicabit. Sed longiorem hac

και τὸν ἐντυγχάνοντά. Ἄλλὰ τοῦτο μὴν οὐκ ἂν δίδειτο A
πλείονος, οἷμαι, λόγου, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον προδιοριστέον,
ὡς τῶν λόγων ἔνιστοι μὴν πρὸ τῆς ἱερωσύνης ἐγράφησαν
(ὁ πρῶτος, δηλονότι, ὁ πρὸς τοὺς αἰτιωμένους (1) τὸ ἀφι-
λένδεικτον· και ὁ ἐφεξῆς, ὁ τοῦ μακαρίτου ἀρχιεπισκό-
που Χωῶν ἰγκωμασιαστικός· και ὁ μτ' αὐτὸν, ὁ πατριαρ-
χικός)· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες μετὰ τῆν ἱερωσύνην. Καὶ δεῖ
μὴ ἄρῃν τοῦτο τὸν σὺν ἐπιστήμῃ τοῖς λόγοις ἐντευξό-
μενοι καὶ συγγνωσόμενον τῷ ἀνδρὶ, εἰ νῦν μὴν πρὸς τὸ
ὑπεύθετον ἀποθρασύνεται, και τοῖς ἐκ ποικτικῆς
ἀσπασιν ὠραϊζέται, κουρίζων, ὡς ἂν τις εἴποι, και ὑπὸ
θεμύτου ἐκφρομένοσ· ἴνυ δὲ ὑπαυχμοσ φαίνεται τὰ
πολλά, και τὸ ἀγλυκεῖσ περιπτύσσεται. Αἰτία γὰρ
οὐ τοσοῦτον ἢ ὕλη τῶν ὑποθέσεων, ὅσον ἢ τῶν βίων
διαφορὰ. Πλὴν και οὕτωσ ἢ ἠμοιότερσ ἀπάντων δια-
φαίνεται, και τοῦ αὐτοῦ πατρὸσ φῦναι τοῦτουσ κάκεινοσ
κατηγορεῖ. Ἐτε κάκεινο προθεωρεῖν ἀναγκαῖον, ὡσ, B
ἤνικα μὴν ἔγε σχολῆν, και περὶ μόνουσ εἶχε τοῦσ λόγουσ,
ἐπιδειξέωσ χώρουσ οὐδ' ἐπὶ κοινοῦσ ἀκρατηροῦσ
ἰθεατρίσαστο· εἰ τε δὲ ἱπότησαστο, καθ' ἑαυτὸν, ὁ φασιν,
ἄδων ἱπότησαστο· τοῦτο δ' ὅσον κολούει τῆν ἐπὶ λόγοισ
ἀρεθίδειαν ἀμα και φιλοτιμίαν, ἴσασιν οἱ εἰδότεσ. Ἐπι
δὲ ἱερωσύνησ ἐπέθε και παρὰ τοῦ ἐπαγγέλωματοσ τὸ τοῦ
λόγουσ και γραφῆν ἐνδόσιμον ἔλαθεν, οὐδ' ἐνταῦθα τὰ
τῆσ ἐπιδειξέωσ εἶχε προβαλλεῖν φιλοτιμότερα· τοῦτο μὴν
τῆσ ἱερωσύνησ οὐ προσποιουμένησ οὐδὲ τὰσ ἐν λόγῳ ἐπι-
δειξέωσ, ὡσπερ οὐδὲ τὰσ ἐν ἑτέρῳ οἰωδηποτοῦσ κατορθώ-
ματι, ἔτι μὴ και μᾶλλον κηλίδασ νομιζούσασ και μειρα-
κιωδῆ ἀθύρματα, ἢ σπουδάσματα· τοῦτο δὲ τῶν
ἀκρωμένων Ἀθῆνησιν οὐκίτ' ὄντων φιλομαθῶν, οὐδὲ
προσεκκαίοντων τῆν τοῦ λόγου θεμύτητα, μᾶλλον δὲ C
ποιούσων ἱπνοστέλειν, οἰσ ὑπόκωρον ἐνδείκνυνται τῆν
ἀκροασιν, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι ὅσα και λόγουσ ὄνοσ, κατὰ
τῆν παρομίαν, τοῦ περισσόν τε λέγοντοσ ἐπιστρέφονται.
Ἢ γε μὴν ἀσχολία και τὸ ὑπὸ πραγμάτων ἀνδίκεσθαι
οὐκ ἔντων ἐξακριβοῦσθαι τὰ τοῦ λόγου, μᾶλλον δὲ και
πάρρητοσ προσβιάζομένων λογιζέσθαι, τρίτον ὅν τῆ
ἀπαριθμῆσαι, πρῶτον τῆ δυνάμει φαίνεται.

Ταῦτα συννοοῦντα τὸν ἐντευξόμενον, χρεῖν μὴ βραῦν
λογιστῆν καθίζεσθαι, ἀγάπησ δὲ μᾶλλον, εἰ μὴ πᾶνυ τε
τοῦ ἀκροειδῶσ τὰ οὕτω πεπονημένα ἐκπέπτωκεν, ἀλλ'
ἔστω οὐ και τῆσ τέχνησ ἐξέχεται, και τὰσ ἰδέασ τοῦ
πολιτικοῦ λόγου συγκιόνησ, και οὔτε τὸ καθαρὸν ἔχει
πεπατημένον και εἰσ χυθαιολογίαν καταβέβλημένον οὔτε
τὸ περιεβέβλημένον σφόδρα περιεργονισμένον και λαθυ-
ρινθῶδεσ, ἀλλὰ και ἢ περιβολῆ διευκρίνηται, και τὸ
σαφῆσ περιβέβληται, και μετρίωσ ἀμρότερα. Ἢ μοσται D
δὲ και ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἰδεῶν, ἐσ ὅσον ἐξῆν· μάλιστα δ'
εἰσ μέγεθὸσ ἀίρεται, και πλέον, ἔπερ ὁ τοῦ πολιτικοῦ
θεσπέζει κανόν. Καὶ οὐ κακία τοῦτο δῆπου τοῦ λόγου,
ἔτε μηδὲ σφόδρα βουλομένησ οἶον τε ἔν, ὅσον ἐπὶ σεμναῖσ
ἑσπασίωσ μὴ διαίρεσθαι, αἰσ πᾶτα χροῖτιανικῆ ὁμιλία
καταβίται· οὐ μόνον ἐν λογογραφίαισ, ἀλλ' ἔδη και ἐν
τῆ κηῶσ κοινοῦνία τοῦ λόγου. Ὅσα γὰρ, φησὶν ὁ ῥήτωρ
τῆσ Ἐκκλησίαισ, σεμνά, εἰ τεσ ἀρετῆ και εἰ τεσ ἱπαινοσ,
πᾶτα και λογιζέσθε. Εἰ δὲ και μετὰ τῆν ἱερωσύνην

de re sermonem concinnare operæ non est pre-
tium; id unum notandum est, plures eum ora-
tionum suarum antequam sacerdotii munus iniis-
set, scripsisse, et primam quidem: Ad eos qui in-
dignabantur quod lumen suum sub modio posuis-
set; dein orationem laudatoriam in beatum patriar-
chiscopum Chonorum; tertiam denique in patriar-
cham; cæteras autem omnes post initum sacer-
dotale munus editas fuisse; quas cum legerit
aliquis mente candida, auctori ignoscat, ubi cum
temeritate juvenili, flosculis poetiis pueriliter in-
hæret, et alibi oratorem se aridum et nudum gerit;
eujus rei causa non dissertationum materia, sed
differentia annorum habenda est, quibus illas
composuit. Omnes tamen sic quoque similitudi-
nem aliquam præ se ferentes ab eodem se scriptore
exortas esse satis clamant. In quo id quoque præ-
notare juvat quod, si decore cum otio litteris so-
lis studeret, non auditorum benevolentiam capta-
ret, id unum agens ut sibi ipsi sufficeret. Hoc quan-
tum noceat operi conficiendo, rerum hujusmodi
periti probe norunt. Sed post sacerdotium quoque
initum, ubi dicendi scribendive locus erat, vir
parum ambitiosus longe ab omni ostentatione
abfuit. Nec mirum; sacerdotes enim de operibus
a se scriptis non magis quam de quacunque re
mundana spiritus sumere decet; quæ omnia e-
contra pro nugis ac quisquiliis habenda sunt.
Huc adde quod Athenienses nostri temporis, au-
diendi parum cupidi, arte oratoris difficulter exci-
tantur, imo inter concionem obdormire solent,
et parvi pendere eum qui egregiam aliquam rem
protulit, a qua non minus quam asinus a lyra ab-
horrent. Si tertium dein impedimentum admittere
voles, memento, otii absentiam, negotiorum ur-
gentiam facere ut stylum et dictionem, rebus parvi
momenti nimis intentus, minus cures.

Cujus rei memor lector non rigidus judex se-
debit, sed indulgebis operi minus expolito, ubi
artis vestigia aliqua in vocibus, ubi orationum
ornamenta non contempnenda comprehendet cum
claritate sufficiente. Sæpissime enim stylus ad su-
blime usque ascendit ultra quam fas est et ars ora-
toria permittit. Id quoque nullo modo cum vituperio
notandum est si orator in edendis divinis meditatio-
nibus sublimitatem affectat, id quod nec in eloquen-
tia Christiana, nec in oratione pedestri displicuerit.
Namque Ecclesiæ summus orator dicit: Quæcunque
pulchra, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc
cogitate (*Philipp.* IV, 8). Si vero post munus sacer-
dotale initum, orationes elegantiam poeticam red-
dolent, quippe quæ aliter polite esse nequibant,
non est quod lectorum veniam expetas haud igno-
rantium holiernarum declamationum bacchicum
furorem a sola Calliope oriundum, ut omittam

(1) In inscriptione hujus or. apud Band.. Πρὸς τοὺς ἀχθόμενουσ διὰ τὸ ἀφιλένδεικτον.

Demosthenica illa : Per terram ! per fontes ! per flumina ! per rivus ! et alia his similia plus quam dithyrambica. Qui autem majorum nostrorum scripta utpote antiqua exempla perlegere amant, meminerint velim, antiquos scriptores elegantiarum et leporis haud parcos fuisse, ut Socratici Plato et Xenophon. Sed et Polemo præfractim dixit, scripta pedestria humeris, poetica in plausuris amovenda esse, quod novum rei nostræ documentum affert.

οἱ παλαιοὶ τὰ τε ἀλλὰ τῆς ποιητικῆς, καὶ δὴ τὸ τῆς λέξεως ἀνθος παράπαν ἀπεδοκίμασαν, καὶ μᾶλλον εἰ σφωτέρω ἐκείνων, τοὺς Σωκρατικούς λέγω, ὧν ἐν τοῖς μάλιστα Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα εἶδαμεν. Τοῦ δὲ Πολέμου οὐ μόνον ὁ ροῖζος, ἀλλὰ κακείνος. Τὰ μὲν καταλογάδην ὤμοις δεῖ ἐκφέρειν, τὰ δὲ τῶν ποιητῶν, ἀμάξαις, πάσαν τὴν τοικύτην παραίτῃται νέμειν.

II, p. 3, b. Πρὸς τοὺς ἀχθομένους διὰ τὸ ἀφιένδεικτον. Inc. Ὁμῆρῳ τῷ μεγαλοφρονετώτῳ. Fin. : ἢ βῆθ' ὑπὶ ρηκος κοίλῃν εἰσέπτατο πέτρην.

III. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μακάριον ἀρχιεπίσκοπον Χωνῶν κύριον Νικήταν. Inc. Κωρὸς μὲν ἀνὴρ. Fin. Τοῦτο γέρας ἔχεις λαβῶν.

Vix credere possum Bandinium, Caveum, Oudinum, Harlesium hunc archiepiscopum cum Michælis fratre Niceta historico confudisse, qui, ut omnes sciunt, munere sæculari fungebatur, et de cujus uxore ac liberis sæpe sermo est.

IV, p. 19. Λόγος ἐκδοθείς τινι τῶν ῥητορευόντων εἰς τὸν ἀγιώτατον πατριάρχη καὶ κύριον Μιχαὴλ. Inc. Ἔστι περὶ Σικελικῶς τις λειμῶν. Fin. Ὡς στέλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον.

V, p. 24. Τοῦ αὐτοῦ λόγος ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέβη. V. p. 12.

VI, p. 27, b. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ῥηθείσα κατὰ τὴν τρίτην κυριακὴν τῶν νηστειῶν, ἐν ἣ καὶ ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς προτιθέμενος προσκυνεῖται. Inc. Καὶ ὁδοιπόρος ὀρθίας ἐλαύνων. Fin. Καὶ ἀκατάλυτα ἱερτῆ ἡμῶν. Ἀμήν.

VII, p. 28. Εἰς τὴν ἱερτὴν τῶν βαιῶν. Inc. Ὁ μὲν προφητικώτατος. Fin. Καὶ λέγειν κατὰ Θεόν. Αὐτῷ ἡ δοξα κτλ.

Hujus orationis versio Latina integra exstat auctore Franc. Combesisio in *Bibl. Patrum cōnclonato-ria*, ed. Venet. t. IV, p. 419 sqq. Hæc quidem homilia, quam Combesisius elegantem orationem appellat, non nisi deumbratio est eloquentiæ Michaelis, quam certe nemo sanus cum Periclis ac Demosthenis facundia comparabit. Id certe non negabis, calorem quemdam et vim et dicendi suavitatem inesse huic certe in *Dom. Palmarum* homiliæ, ac Voltarium haud vere dixisse affirmando, Græcos istius temporis a majoribus præter garrulitatem nihil hæreditasse. Admonitio quidem quæ in fine legitur, ad virum quemdam quasi prorumpens adolescentem illum in memoriam revocat, de quo Nicetas in *Historia de obsessis per Sgurum Athenis* ut contemptore Ecclesiæ maligno atque adversario archiepiscopi loquitur evangelico ipsum amore protegentis ; qui num idem cum nostro fuerit non hujus loci est disquerere.

Sequitur de Michaelis scriptis. *Fragmentum panegyridis in imperat. Is. Angelum dictæ ; ad archiepiscopum Thessalonicensem Eustathium epistolæ.*

VIII, p. 30, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραιτίωρα κύριον Νικήφορον τὸν προσούχον ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τίς λολῆσαι τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου. Fin. Καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως ὡς ἡ δοξα κτλ. XV epist.

IX, p. 38. Εἰς τὸν ἅγιον ἱερομόναχον Λεωνίδην καὶ τὴν συνοδίαν αὐτοῦ. Inc. Εἶτα πάλαι μὲν Ἀθήνησι. ζ'. Ἦς γήνοιο τυχεῖν καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ Χριστῷ, κτλ.

X, p. 39, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραιτίωρα κύριον Δημήτριον τὸν Δρίμην ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τὸν Θεοῦ φασὶν ἐκείνον. Fin. Καὶ γῆρας παρεκτείνων ἀκρότατον. XIX epist.

XI, p. 52, b. Ὁμιλία ἐπιστάντος τῷ κατ' Εὐβοίαν Εὐρίπῳ. Inc. Ὁ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Fin. Καὶ ὧν καὶ καλοῦμενος, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII, p. 54. Θρηνηθῆναι ἐπὶ τῷ μακαρίῳ κυρίῳ Θεοφυλάκῳ τῷ Βελιταριώτῳ. Inc. Θρηνησοῦ μὲν πλέκειν ἀμετροῦς. Fin. Καὶ ποιμένος καὶ ἀμνοῦ δι' ἡμᾶς. Ἀμήν.

XIII, p. 57. Λόγος ἐγκωμιστικὸς εἰς τὸν βασιλέα κύριον Ἰσαάκιον τὸν Ἄγγελον. Inc. Εἶτα βασίλισσα μὲν νότου. Fin. Καὶ τοὺς ὅρους τῆς ζωῆς ἐπεκτείνοντος.

Hanc se panegyrim in imperatorem qui Andronici Comneni tyrannidi finem imposuit, publici juris facturum esse promiserat Tafelius in ed. sua. Opp. min. Eustathii Thessal. p. 8, sed septem annis post nonnisi sequens exiguum fragmentum edidit demonstraturus in quam misero statu Attica langueretur, quippe quæ præ indigentia tributum imperatori regnum ineunti solvi solitum pendere nequiret.

Athenæ coronam auream capiti victoris imponere non poterant ; caret enim urbs denario, ut ipsa parum locuples est, imo incolis fere destituta in eo est ut penitus intereat, nisi, benevola aliqua

Α λόγοι ποιητικοὶ ὀνόμασι εἶσιν οὐ διακρίνονται, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν ἄλλως μετέχειν τι καὶ τοῦ ἀβροῦ, τοῦτο οὐδὲ παραιτήσεως ἀξίον πρὸς γὰρ τοὺς εἰδοτάς, ὅπως τὰ τῶν νῦν ῥητορευόντων παράβαχα πύουσαι, ὡς κάτοχα τοῦ τῆς Καλλιόπης ἀτεχνῶς ἀσθματος ἢ λέγω, κατ' ἐκείνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμοὺς, μὰ νέματα ἢ ἐπὶ πλέον δὲ πολλῶ καὶ τῶν διθυράμβων φροντικώτερον. Τοὺς δ' ἀποβλέποντας εἰς τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, ὅσα καὶ πίνακας (ὁ φασιν) ἀρχαίως χειρὸς, ἐκείνο ἀπόχηρ καὶ μόνον ὑπομνήσαι, ὡς οὐδ' ἀνθος παράπαν ἀπεδοκίμασαν, καὶ μᾶλλον εἰ σφωτέρω ἐκείνων, τοὺς Σωκρατικούς λέγω, ὧν ἐν τοῖς μάλιστα Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα εἶδαμεν. Τοῦ δὲ Πολέμου οὐ μόνον ὁ ροῖζος, ἀλλὰ κακείνος. Τὰ μὲν καταλογάδην ὤμοις δεῖ ἐκφέρειν, τὰ δὲ τῶν ποιητῶν, ἀμάξαις, πάσαν τὴν τοικύτην παραίτῃται νέμειν.

II, p. 3, b. Πρὸς τοὺς ἀχθομένους διὰ τὸ ἀφιένδεικτον. Inc. Ὁμῆρῳ τῷ μεγαλοφρονετώτῳ. Fin. : ἢ βῆθ' ὑπὶ ρηκος κοίλῃν εἰσέπτατο πέτρην.

III. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μακάριον ἀρχιεπίσκοπον Χωνῶν κύριον Νικήταν. Inc. Κωρὸς μὲν ἀνὴρ. Fin. Τοῦτο γέρας ἔχεις λαβῶν.

Vix credere possum Bandinium, Caveum, Oudinum, Harlesium hunc archiepiscopum cum Michælis fratre Niceta historico confudisse, qui, ut omnes sciunt, munere sæculari fungebatur, et de cujus uxore ac liberis sæpe sermo est.

IV, p. 19. Λόγος ἐκδοθείς τινι τῶν ῥητορευόντων εἰς τὸν ἀγιώτατον πατριάρχη καὶ κύριον Μιχαὴλ. Inc. Ἔστι περὶ Σικελικῶς τις λειμῶν. Fin. Ὡς στέλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον.

V, p. 24. Τοῦ αὐτοῦ λόγος ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέβη. V. p. 12.

VI, p. 27, b. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ῥηθείσα κατὰ τὴν τρίτην κυριακὴν τῶν νηστειῶν, ἐν ἣ καὶ ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς προτιθέμενος προσκυνεῖται. Inc. Καὶ ὁδοιπόρος ὀρθίας ἐλαύνων. Fin. Καὶ ἀκατάλυτα ἱερτῆ ἡμῶν. Ἀμήν.

VII, p. 28. Εἰς τὴν ἱερτὴν τῶν βαιῶν. Inc. Ὁ μὲν προφητικώτατος. Fin. Καὶ λέγειν κατὰ Θεόν. Αὐτῷ ἡ δοξα κτλ.

Hujus orationis versio Latina integra exstat auctore Franc. Combesisio in *Bibl. Patrum cōnclonato-ria*, ed. Venet. t. IV, p. 419 sqq. Hæc quidem homilia, quam Combesisius elegantem orationem appellat, non nisi deumbratio est eloquentiæ Michaelis, quam certe nemo sanus cum Periclis ac Demosthenis facundia comparabit. Id certe non negabis, calorem quemdam et vim et dicendi suavitatem inesse huic certe in *Dom. Palmarum* homiliæ, ac Voltarium haud vere dixisse affirmando, Græcos istius temporis a majoribus præter garrulitatem nihil hæreditasse. Admonitio quidem quæ in fine legitur, ad virum quemdam quasi prorumpens adolescentem illum in memoriam revocat, de quo Nicetas in *Historia de obsessis per Sgurum Athenis* ut contemptore Ecclesiæ maligno atque adversario archiepiscopi loquitur evangelico ipsum amore protegentis ; qui num idem cum nostro fuerit non hujus loci est disquerere.

Sequitur de Michaelis scriptis. *Fragmentum panegyridis in imperat. Is. Angelum dictæ ; ad archiepiscopum Thessalonicensem Eustathium epistolæ.*

VIII, p. 30, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραιτίωρα κύριον Νικήφορον τὸν προσούχον ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τίς λολῆσαι τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου. Fin. Καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως ὡς ἡ δοξα κτλ. XV epist.

IX, p. 38. Εἰς τὸν ἅγιον ἱερομόναχον Λεωνίδην καὶ τὴν συνοδίαν αὐτοῦ. Inc. Εἶτα πάλαι μὲν Ἀθήνησι. ζ'. Ἦς γήνοιο τυχεῖν καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ Χριστῷ, κτλ.

X, p. 39, b. Προσφώνημα εἰς τὸν πραιτίωρα κύριον Δημήτριον τὸν Δρίμην ταῖς Ἀθήναις ἐπιστάντα. Inc. Τὸν Θεοῦ φασὶν ἐκείνον. Fin. Καὶ γῆρας παρεκτείνων ἀκρότατον. XIX epist.

XI, p. 52, b. Ὁμιλία ἐπιστάντος τῷ κατ' Εὐβοίαν Εὐρίπῳ. Inc. Ὁ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Fin. Καὶ ὧν καὶ καλοῦμενος, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII, p. 54. Θρηνηθῆναι ἐπὶ τῷ μακαρίῳ κυρίῳ Θεοφυλάκῳ τῷ Βελιταριώτῳ. Inc. Θρηνησοῦ μὲν πλέκειν ἀμετροῦς. Fin. Καὶ ποιμένος καὶ ἀμνοῦ δι' ἡμᾶς. Ἀμήν.

XIII, p. 57. Λόγος ἐγκωμιστικὸς εἰς τὸν βασιλέα κύριον Ἰσαάκιον τὸν Ἄγγελον. Inc. Εἶτα βασίλισσα μὲν νότου. Fin. Καὶ τοὺς ὅρους τῆς ζωῆς ἐπεκτείνοντος.

Hanc se panegyrim in imperatorem qui Andronici Comneni tyrannidi finem imposuit, publici juris facturum esse promiserat Tafelius in ed. sua. Opp. min. Eustathii Thessal. p. 8, sed septem annis post nonnisi sequens exiguum fragmentum edidit demonstraturus in quam misero statu Attica langueretur, quippe quæ præ indigentia tributum imperatori regnum ineunti solvi solitum pendere nequiret.

Αὔτη (urbs Athenarum) χρουσοῦν μὲν στέφανον οὐχ οἷα τε ἦν προτενεχεῖν, καὶ τὴν νικηφόρον κεφαλὴν ἀναδῆσαι ἢ ἀχρήματος γὰρ ἡ πόλις καὶ πενιχρὰ καὶ τοῦ κύκλου διαγραφῆ καὶ τῶν πόλεων

(ὁ πολίτῶν), καὶ παράπαν ἀφανωθῆναι κωδωνύ- A manu auxiliante spiritum recuperat. Nam non nisi
ουσα, εἰ μὴ νῦν ἀνελέγχοι μικρὸν καὶ συλλίξοι cum regno renascente ipsa renasci posse videtur.
πνεῦμα, παρὰ τῆς μεγαλοουργοῦς καὶ πλουτοδοτιδοῦς
ἐπιλαμβανομένη θεξιάς, καὶ μετὰ τῆς κοινῆς ἀνα-
ζώσεως ἐπαλεύσοι καὶ ἰδίας ἐμπνεύσεως.

Hanc panegyrim undecim epistolæ sequuntur.

XIV, p. 73. Ἐπιταφίος εἰς τὸν μακαρίτην ἀρχιεπισκοπικῶν τῶν ἐν Ἀθήναις μοναστηρίων κύριον Νέφυτον. Inc.
Εἰ καὶ ἑλομένων ἔφη που γυνωμᾶτιών. Fin. Ἡ προσητρὸν ἰλιούμενος.

Post hæc codex orationem funebrem in archiepiscopum Thessalonicensem Eustathium exhibet. Sed
ne ordinem temporum perturbemus, epistolas sex ad illustrissimum illum Ecclesie antistitem missas
huic loco inserimus. textu Græco e Tafellio sumpto (a).

XV, p. 78, b. Μονωδία εἰς τὸν ἀγιώτατον Θεσσαλονικῆς κύριον Εὐστάθιον.

XVI, p. 86. Ὑπομνηστικὴν εἰς τὸν βασιλέα κύρ. Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν.

Monendus erit lector ut hocce scriptum ad Alexium III Angelum tantummodo referat, qui auctore
Niceta (Hist. p. 295 B), postquam fratrem regno spoliasset, sive ejusdem odio, sive quod nomen γεν-
tis, quæ per annos supra centum purpuram gestaverat, et unde ipse per matrem ortus erat, nobi-
lius ducens, Comneni nomen adoptasset. Ut verum dicamus, de Alexio II imp., qui anno 1183 sextum
decimum agens annum interfectus est, hoc loco cogitare haud licet, quod ordo chronologicus,
quem Michael nunquam non religiose servavit, ejusmodi monogrammate turbaretur. De Alexio autem
Vaut VI sermo esse non potest, quia nusquam Comneni nomen assumpserunt, gentis nomine Angeli
et Ducæ contenti; imo vero simile est de ipsorum regno brevi eoque tumultuario Athenienses parum
curasse. Pius noster archiepiscopus, quem Atheniensibus a feroci Sguro obsessis quamcunque posset
opem pro virili parte tulisse vidimus, hoc ipso christo demonstrat se a sacris suis meditationibus
non eum in modum absorptum fuisse, ut civium suorum salutem ac prosperitatem ex oculis amiserit.
Quod dictionem auctoris nostri attinet, et quam justo devotiorem aliquis dixerit, meminere in
omnibus quæ ad imperatores suppliciter scriberentur, summam semper humilitatem requisitam
fuisse. Id autem minime silentio erit prætereundum Michaeli ore liberrimo imperatorem de præto-
rum ac magistratum concussionibus et malis artibus monuisse, id quod nostris quidem temporibus
iniquioribus certe auribus acciperetur. Ad politicam quidem Athenarum historiam illustrandam libel-
lus præsertim plus quam ad Eustathii litterariam dilucidandam contribuerit, quippe quæ nobis mon-
strat, certas Athenis immunitates fuisse non spernendas quæ vi prætorum usurpativa nefarie læderentur.
Dictionis deinde Michaelicæ barbaries et obscuritas gravissima in aliam linguam traducuntibus
obstacula præbent. Hanc scriptiunculam in codice Laurentiano octodecim epistolæ sequuntur.

XVII, p. 93. Προσφώνημα εἰς τὸν γυναικῆδελφον τοῦ βασιλέως Βασίλειον τὸν Κομνηνόν. Inc. Τὸν μεγαλοεργόν
Ἡρακλῆν. Fin. Τῆς μετῴρων λυχνίας τῶν ἀνακτόρων.

XVIII, p. 98, b. Προσφώνημα εἰς τὸν μέγαν Δούκαν τὸν Στρυμόν. Inc. Ἐδεῖ μὲν διαμμενεχίνα Ἀθήνας. Fin.
καὶ πρὸς τοὺς ἐκείσε γαλιανούς λιμένας μεθορμίζοντας. Postrema hujus allocutionis recentiori manu suppleta
sunt propter unius folii defectum ante pag. 104. cujus propterea prima verba τῆ δοξῆ· θεοδοξασμένα δὲ
ἐμῶς πάντα κτλ. quo pertineant ignoramus; ultima tamen esse alicujus homiliae, patet ex conclusione,
quæ ita habet: Ὡν ἐν μεθίξει καὶ ἡμεῖς εὐρεθείμεν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κτλ. BANDIN, p. 13.

Quatuordecim epistolæ non parvi momenti, siquidem rerum maximarum, quarum Michael testis
fuit, ut Constantinopolis captæ, belli contra Sgurum et Latinos gesti, auctoris exsilii usque ad mortem
fratris documenta exhibent.

XIX, p. 116, b. Μονωδία εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κύριον Νικήταν τὸν Χωνιάτην. Inc. Ὡ ποικρᾶς ἀγγελίας, ὦ
πικρᾶς ἀποῆς, ἧς ἀδοκῆτως μοι ἐπιπεσοῦσης ὧπα μὲν ἀθρόως περιβομβηθέντα ἀμφοτέρω ἤχησε! O acerbum nun-
tium ac tristissimum, quo aures meæ mire resonant.

Superest hæc oratio funebris in Latinum tradita sermonem a Petro Morellio, et legitur in *Historia
rerum in Oriente gestarum*, Francof. 1568 et in Bibliothecis PP. Post Monodiam 78 epistolæ leguntur:

XX, p. 164. Προθεωρία εἰς τοὺς ἀπὸ ψυχῆς καὶ σώματος λόγους. Inc. Τὴν τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς διαφορᾶν.
Fin. Ταῦτα εἶδει προθεωρηθῆναι, καὶ δὴ προθεωρηθῆναι. Ex orat. animæ: Εἰ μὲν παρ' ἄλλοις οὐκ εἶδοσαν ἐπ'
ἐαυτοῖς, τὴν κατ' ἐμοῦ ἐπήρειαν τοῦ συζυγοῦς τότε σώματος. Fin. Δε' ὑμῶν κτλ. — P. 169. Ex orat. corporis:
Ὅστιν μὲν ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ ἠλίκα σκώμματα ξυμφορήσασα κατέχευέ μου ἡ σεμνὴ ψυχὴ. Fin. Ὑψηλός καὶ τὰ πρακτικά,
καὶ μὴ διορίζουσα. — P. 176. Ἡ δαιτήσις τῶν δικαστῶν. Inc. Ἐπειθ' ἔπειρα καὶ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους ἤκούσαμεν
καὶ κίρος. Fin. Εἰς τὴν χώραν τῶν ἀσεβῶν ἀπεισθῆναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.

Prolixa hæc et absurda *Prosopopæia*, quam Morellius nominat, non Michaeli auctorem habet,
sed Gregorium Palamam, archiep. Thessal., qui apud Catholicos Romanos hæreseos promotor au-
diebat: Tales enim Michaeli, seum calamitosum, in animo pueriles ludos agitasse longe a vero
abhorret.

XXI, p. 177. Τοῦ αὐτοῦ σχήματος. Inc. Εἰ καὶ μὴ χρόνιο; ἦν ἐν γῆ βαρβάρων. Adde locum mutilum: Οὕτως
εἰσεκώμασε τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ τὸ μήπω...

(a) Michaelis scripta infra colligemus; ideo titulos hic tantum exhibebimus. EDIT. PATR.

Dein versus aliquot iambioi sequuntur, quorum primus :

'Ἄλλ' ὦ κατοικῶν οὐρανοῦ κῦτος μέγα, κ. τ. λ.

Qui amplum incolis firmamentum.

XXII, p. 180. Carmen hexametrum cum hac inscriptione : Τοῦ Ἀθηνῶν (archiepiscopi Athenarum).

Præcedunt tituli loco septem versus minio exarati, nullo prorsus metro, et procul dubio librarii ignorantia aut negligentia male habiti. Quos, nulla adhibita emendatione, secundum Bandinium subijcimus.

'Ἦσυχίης τόδ' ἄθυρμ' ἔμον, τελίσχη μακρά.
'Ἀνδρὸς ἀκηδιώοντος ἀῆματι νυσταλόεντι,
Οὐ μὲν ἄμουσον πάμπαν, ὄλον τε πόνη πέπαικται.
'Ἄλλ' ἐπιμιξ τῆς παιδιῆς ἔσθ' ἄκην ἰσπούδασται.
Οὐδέ γε αὖ ἱερῇ πολιῇ καθάπαξ ἀπεικός.
Ὀνόμα καὶ θανάω κικλήσεται, ὄνομα σμνόν.
Καὶ κε σὺ τοῦτο γνώσεται, ὦ φίλος, αὐτίκ' ἐπαλθών.

Quos vides otii fructus, nugæ sunt, nævi ;
Quales somniator male sanus excitat ;
Nec tamen Musarum afflatu prorsus carent,
Imo joci seriis misti exhibentur,
Quales senem venerandum non dedecent.
Theano nomen cuivis audienti sacrum ;
Sed id tu ipse ubi volueris, cognitum habebis.

Primus carminis versus legitur :

Κόσμον ἑμῶν προθύρων σκίεσσαν ἀείδω.

Ficum cano ædes meas obumbrantem.

Ultimus :

Δουλοσυνάων ἀργαλία προταμών ζυγοδέσμα.

Servitutis vincula prementia dirimens.

XXIII, p. 183, b. Septem carmina, quorum quatuor prima : Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν, εἰς τὸ θεοτόκιον et εἰς τὸν μονόχερων (sic!) numeris hexam., tria posteriora, Εἰς τὴν σταύρωσιν, εἰς τρίμορφον et εἰς ἀγγέλους, metro iambico composita sunt.

XXIV, p. 187. Ἀρχαὶ τινῶν διαφόρων ἐπιστολῶν 23 numero, styli exercendi gratia, sicut Bandinius aumat, exaratæ.

Hinc inde Bandinius (p. 19-36) universas Michaelis epistolas ordine chronologico in codice observato onumerat, addendo : *Epistolarum CLXXX Michaelis Acominati, Atheniensis metropolitæ, recensio per alphabeti litteras digesta.*

En, ordine alphabetico quoad nomina eorum ad quos missæ fuere, epistolarum Michaelis seriem damus, additis aliquibus notulis e Lequienii *Oriente Christiano* aut Ducangii *Glossario ad Scriptores medivæ et infimæ Græcitalis desumptis.*

Τῷ γέροντι τῆς μονῆς τοῦ Κομνηνοῦ κυρ. Ἀθανασίω. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Βασιλείω. — Τῷ λογοθέτῃ κυρ. Βασιλείω τῷ Καματηρῷ. — Τῷ γυναικοθέτῳ τοῦ βασιλέως σεβαστοῦ Λασκαριῶς κυρ. Βασιλείω τῷ Καματηρῷ (1). — Τῷ Πικριδίω κυρ. Βασιλείω, τῷ λογαριαστῇ (2) τοῦ πραιτωρίου. — Τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ τῷ Βελισσαριώτῃ. — Τοῖς Βελισσαριώταις. — Τῇ Βεριβοήσῃ. — Τῷ τεσσαράκοντα πῆχη κυρῷ Γεωργίω. — Τῷ μεγάλῳ σκευοφύλακι (3) (ἔπειτα τῷ πατριάρχῃ) κυρῷ Γεωργίω τῷ Ξιφιλίνω. — Τῷ Παδουάτῃ κυρ. Γεωργίω. — Τῷ ἀναγραφῇ (4) κυρ. Γεωργίω τῷ Κολυμβᾷ. — Πρὸς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν σύντροπον αὐτοῦ κυρὸν τὸν Νομικόπουλον. — Τῷ Καμάκωνι κυρ. Γεωργίω. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρῷ Γεωργίω τῷ σεβαστῷ. — Τῷ ἀρχιτρῷ κυρῷ Γεωργίω τῷ Καλλίστῳ. — Τῷ νιῷ αὐτοῦ κυρῷ Γεωργίω. — Τῷ Βαρδύνη κυρ. Γεωργίω. — Τῷ πιστοφίλῳ κυρ. Γεωργίω. — Τῷ Θεῶν γραμματικῷ. — Τῷ ἄ σπκ. (fort. πρωτασηκρήτη, B) κυρ. Δημητρίω τῷ Δρίμη. — Τῷ σεμνῷ καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου (5) κυρ. Δημητρίω τῷ Τορνίκη. — Τῷ λογοθέτῃ (τοῦ δρόμου) κυρ. Δημητρίω τῷ Τορνίκη cum voc. initial. : Αἰεὶ παῖδες οἱ Ἕλληες (6). — Τῷ μεσάζοντι (7), τῷ Τορνίκη κυρ. Δημητρίω. — Τῷ Καρύστου κυρ. Δημητρίω. — Τῷ μακρεμβολίτῃ κυρ. Δημητρίω. — (incipit : Οἴμοι, οἴμοι, ὅτι τῆς ὑπερορίας). — Τῷ Γαρδικίου (8) καὶ Περιστεράς ἐπισκόπῳ κυρ. Ἐπιφανίω. — Τῇ τυχο (superscr. μρ.) κυρᾷ Εὐγενίᾳ. — Τῷ Νέων Πατρῶν ὑπερτίμῳ κυρ. Εὐθυμίω. Πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθηνῶν τοῦ ὑπερτίμου Νέων Πατρῶν κυροῦ Εὐθυμίου. Τῷ Τορνίκη κυρ. Εὐθυμίω. — Τῷ αὐτῷ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀγιοσοφίταις. Πρὸς τὸν κυρὸν Εὐθύμιον. — Τῷ Θεσσαλονίκῃ κυρ. Εὐσταθίω. — Τῷ ὀσιωτάτῳ κυρ. Ἡσαίᾳ τῷ Ἀντιοχεύτῃ. — Τῷ Φουρνίτῃ τῷ Θεογνώστῳ. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Θεοδοσίω. (9) — Τῷ Ματζούκι κυρ. Θεοδοσίω. — Τῷ (ἐπὶ τοῦ κανικλείου) σεμνῷ κυρ. Θεοδώρῳ (10)

(1) Basilius Camaterus fuit patriarcha Constantinopolitanus ab a. 1183 ad a. 1186, ac Theodosio in insulam Terebinthum sedenti successit. Bandini. (Cf. Nicet. Hist. p. 169 A).

(2) Λογαριαστών duo genera erant; primi dicebantur λογαριασταὶ τῆς αὐλῆς, ii nimirum, qui in palatio merentibus stipendia exsoluebant; alteri λογαριασταὶ τῆς πλοῆς, qui classis rationes expendebant; prioris generis erat hic Basilius. B. (Cf. Goar ad Codin. ed. Par. p. 33, n. 64, Gretser, ib. p. 212).

(3) Σκευοφύλαξ erat qui sacra ecclesie vasa custodiebat. B. — (Cf. Gretser et Goar. l. l. p. 181, et p. 10, n. 8). — Georg. Xiphilinus ex magno sceuophylace creatus est patriarcha Constantinop. a. 1192. B.

(4) Ἀναγραφῆς, proprie descriptor, erat tributum exactor B. (Du Cange, l. l. p. 47).

(5) Κανικλίον, caniculus, erat atramentarium

imperatoris, cui qui præerat, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου dicebatur; hoc autem illi nomen est inditum, sive quod caniculi formam referret, sive quod caniculus fictitiis, ut hodie etiam fieri solet, sustentaretur. B.

(6) Plat. Tim. ed. Stephan. p. 22.

(7) Μεσάζοντες dicebantur, qui in aula imperatoris primas obtinebant, scilicet rerum ministri. B. (Du Cange, glossar. gr. p. 909, conf. Goar. l. l. p. 72, n. 38).

(8) Gardicium unus erat ex episcopatibus metropolitano Larissæ in provincia Thessaliæ subiectis. B. (Cf. Le Quien, *Or. chr.* II, p. 103).

(9) Fuit monachus collis S. Auxentii et patriarcha Constantinopolitanus ab a. 1178 ad a. 1183. B. (Conf. Nicet. p. 139, 158, 164 et 168).

(10) Ille est fortasse Theodorus Irenicus, cognomine Copas, qui anno postea 1215 Nicææ patriarcha electus est. B.

τῷ Εἰρηναίῳ. — Τῷ Εὐρίπου κυρ. Θεοδώρῳ. — Τῷ κρατίστῳ κυρ. Θεοδώρῳ τῷ Λούκῃ. — Τῷ Βελισσαριῶτι κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ Θεόδῳ κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ Θεσσαλονίκῃ κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ παρακοιμώμένῳ (10*) κυρ. Ἰωάννῃ τῷ ἡσνοπέ (ντῶ). — Τῷ καλῷ καιρῷ κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ Νεουπάκτου κυρ. Ἰωάννῃ. — Τῷ καθηγουμένῳ τοῦ ἁγίου Μελετίου κυρ. Ἰωαννικίῳ. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς (11) τοῦ κυνη (γίου) τῶν φιλοσόφων. — Τῷ καθηγουμένῳ τῶν ἁγίων ἀμολογιτῶν. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς Καισαριανῆς. — Τῷ πανευτυχευπερτάτῳ θείῳ τοῦ βασιλέως Κασταμονίτῃ. — Τῷ Πηγονίτῃ κυρ. Κωνσταντίνῳ. — Τῷ θεοφιλεστάτῳ σπαθάριῳ (12) κυρ. Κωνσταντίνῳ. — Τῷ ἐπὶ τῆς ἱεῖρας σακέλλης (13) κυρ. Κωνσταντίνῳ τῷ Μεσοποταμίτῃ. — Τῷ λογοδίτῃ τοῦ δρόμου κυρ. Κωνσταντίνῳ τῷ Τερνίκῃ. — Τῷ Κρήτῃ ἀρχιεπί. — Τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀνατολῆς τῷ Λατκάρι. — Τῷ οἰκουμένῳ πατριάρχῃ κυρ. Λεοντίῳ (14). — Τῷ ὁσιωτάτῳ μοναχῷ κυρ. Λουκᾷ. — Τῷ ἀρχιεπισκόπῳ κυρ. Λουκιανῷ. — Τῷ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ σπουδαίου κυρ. Λουκιανῷ. — Τῷ Θεόδῳ κυρ. Μανουῆλ. — Τῷ σεβαστῷ κυρ. Μανουῆλ τὸν Ἰυλίῃ. — Τῷ Βερεθῷ κυρ. Μανουῆλ. — Τῷ πατριάρχῃ κυρ. Μανουῆλ. — Τῷ πανοσιωτάτῳ καθηγουμένῳ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ Προδρόμου κυρ. Μαρτενικῷ. — Τῷ Αὐτωρσιανῷ κυρ. Μιχαῆλ. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρ. Μιχαῆλ. — Πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κύριον Νικῆταν τὸν Χονιάτην. — Τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ κυρ. Νικῆτῃ. — Τοῖς ἀνεψιοῖς αὐτοῦ τῷ τε κυρ. Νικῆτῃ καὶ τῷ κυρ. Μιχαῆλ. — Τῷ Βερεθῷ κυρῖ Νικητορῷ. — Τῷ μεγαλυπερῶν πρωτονοταρίῳ καὶ πραιπόρι κυρ. Νικολάῳ τῷ Τριψύχῳ. — Τῷ ἱατρῷ κυρ. Νικολάῳ τῷ Καλοδοχῷ. — Τῷ Πιστοφίῳ κυρῷ Νικολάῳ. — Πρὸς τὸν Νίων Πατρῶν τὸν Μεσοποταμίτην καὶ Κοστομέτην λεγόμενον. — Τῷ σακελλάριῳ τῷ Πλευρῷ. — Τῷ ἐπισκόπῳ ῥε (superscr. δς). — Τῷ μεγάλῳ δουκὶ τῷ Στρογγυῷ. — Τῷ σακελλάριῳ τῶν Ἀθηνῶν τῷ Φωκῷ.

§ X. *Alia Michaelis scripta quæ in Bibliothecis Oxoniensi ac Parisina asservantur. Carmen de Athenis. Conclusio.*

Post Epistolarum Michaelis catalogum Bandinius (§ 44 sqq.) plura de tribus Greg. Naz. epistolis, tum de Theophylacti, Bulgarorum archiepiscopi, scriptis in Bibl. Florent. asservatis in medium profert, quæ hujus loci non sunt. Memoratu autem digna videntur aliquot Michaelis scripta, quæ dum in Bibliotheca Medicæ desunt, in Oxoniensi visuntur, sec. Catalogum libr. mss. Angliæ et Hiberniæ (Oxon. 1697), quibus tituli: *Catechesis prima; Homilia de creatione hominis, et Lamentatio demortui Adyepki*, deinde in Bibliotheca Parisina *Tractatus de cruce*, quem Fabricius perperam in orationem permutavit, et qui forsitan rectius carmen iambicum *de pristina urbis Athenarum dignitate* esse videtur, quodque Boissonadius in tomo V *Anecdotorum* publici juris fecit.

Ob ultimos hujus carminis versus non immerito exordium longioris poematis suspiceris. Ut ut est, certe lamentationem licet mutilam habes scriptam de Athenarum fatali sorte ab ultimo antistite ejus urbis, qui cantico, ut ita dixerim, olorino fatum ejus urbis fatale memoriæ prodidit. Restat ut carmen Morelli, finem haud spernendum dissertationi nostræ imposituri, lectoribus mente benevola impertiamur:

Cecropidum præsul Michael, dum tristia fratris
Niketæ queritur funera Choniatæ,
Cygnea testatur tua vox, o Græcia, quænam
Viribus effetis, cum morerere, fuit.
Atticus ille lepos, Xenophon quo scilicet olim
Nobilis a teneris claruit unguiculis,

Occidit, heu! tecum tumulumque subivit eundem
Fædaque successit nec mora barbaries.
Qui volet ergo tuas cognoscere, Græcia, vires,
Cum Xenophonte legat funera Choniatæ:
Ille tuas cunas nascentis floribus ornat,
Hic tua fraterno funere fata gemit.

(10*) Παρακοιμώμενος, præpositus cubiculi; ac prioribus sæculis dignitas erat eunuchis tributa; extremis vero temporibus duplicis fuit generis; alius enim erat παρακοιμώμενος του κοιτώνος, cubicularius imperatoris; alius παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης, annuli signatorii custos. B.

(11) Μονῆ ἐστὶ μοναστήριον. V. Du Bange l. I. p. 949, de καθηγουμένος (Abbas, Prior), p. 473.

(12) Σπαθάριος, armiger. Du cange, p. 1415, Cf. Goar. l. I. p. 29, n. 34.

(13) Ὁ ἐπὶ τῆς σακέλλης idem valet ac σακελλάριος. B. p. 26. Sacellarius erat ecclesiasticæ pecuniæ curator et custos. Σακέλλη enim sive σακέλλον dicebatur sacculus pecuniarius, h. e. ærarium ecclesiæ, quo eleemosynæ asservabantur. Id. p. 21.

(14) Septem tantum menses patriarchalem sedem obtinuit Constantinopoli Leontius a. 1190, dictus Theotocistes, quod per Θεοτόκον, quam sibi apparuisse dicebat imperator (ls. Ang.), electus fuisset. B. (Cf. Nicet. 259. C.).



MICHAELIS ACOMINATI CHONIATÆ

SANCTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

ORATIO

HABITA IN DIE FESTO PALMARUM.

(Combesis. Biblioth. concional., tom. III, p. 417).

Præclarissimus regum propheta David, immensam solis pulchritudinem, indefessamque celeritatem admirans, et ipse ait : *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo : exsultabit ut gigas ad currendam viam suam : et occursus ejus usque ad summum cæli, nec est qui se abscondat a calore ejus*¹. Miratus quippe vir sapientissimus est, sidus hoc maximum, quanta prænitens pulchritudine in morem sponsi in orientali horizonte oritur, giganteaque celeritate atque vigore ad horizontem pervadit e diametro oppositum, nihil obscurato tantis illis annorum voluminibus ipsius decore ac specie, neque vi dissoluta, sed eodem semper modo exsultare, rerumque universitatem nullo labore lustrare, nec non vitali micantissimæ lucis defluo implere. Quin etiam ego qui ipsum justitiæ solem Christum, atque siderum conditorem, nova pcpmpa procedentem videam, eadem cum Davide ut canam adducor, nempe quod ipse sponsi in morem procedens de thalamo suo exsultarit ut gigas ad currendam viam suam, per mediam Jerusalem, inauditi sæculis omnibus triumpho ac miraculum omne vincentis specie extemporaneus ovans. Ac quidem exitus ejus a summo cælo : inde siquidem nostræ salutis causa nihil loco dimotus, viam secare cœpit ; et occursus ejus usque ad extrema cæli, infimas scilicet inferni partes ; illic namque dispensationis cursus terminum habuit, ut nec inferna illa loca ab ejus se calore absconderet : indeque rursus velut ab occidente, matutinus exortus, iisdem cæli sedibus restituitur. Prius tamen quam in infernum descendens inter mortuos splendeat, divinam quamdam velut præmisit vocem, ea quatruiduanum a mortuis suscitans², quem unum ex animarum extraxit caveis, cujus victoria, pompa hodie procedit, ac præsentem ex tempore triumphum instituit ; nempe Sionis Rex ille mansuetus³, non aureis phaleris instrato equo, seu alias curru aureo, sed pauperculo asello paupere

A comitatu vectus, adversus infernum velitatione functus Rex gloriæ, inferni proxime prædam aggressus est, primasque inde charissimum Lazarum tulit manubias. Unius vocis sono tyranni perterruit arces, exque mediis cuncta vorantis feræ faucibus, ovem suam bonus Pastor extraxit. Sua in specu correptum latro Lazarum detinebat : mox tamen audita Dominica voce infremuit, atque ad lucis auram redivivum emergere dimisit. Non enim fas erat obdormire in mortem *velat natam ex muliere, sed expurgisci qui ipsi vitæ charissimus esset. O ingentis virtutis, quin imo omnipotentem vocem ! qua portæ mortis metu panduntur, inferni que janitores stupore obriguerunt, ac quatruiduanus exsiliit mortuus. Vere catulus leonis Christus*⁴ ; nuncque solo rugitu feram exterruit : *Leo enim rugiet, inquit, et quis non pavebit*⁵ ? Brevi autem post ipse quoque recubans dormiet : at ubi conserto veluti pede cum morte congressus fuerit, penitus profligabit. Nunc quidem tremendum ac ingentem cetum solo eminens clamore subegit : mox vero Jonæ in morem ejus sponte rictu absorbendus est, quo ipsius disrupto ventre, quos a sæculo absorpsit omnes extraxerit⁶. Tametsi terra erat, et in terram abierat Lazarus, at Christus erat qui hominem e terra condiderat⁷ ; ex quo etiam clamore, uti et spiraculo, mortuo iterum figmento animam refudit. Jam quidem fætebat tabo resolutum cadaver atque corruptum ; at Christi vox vitæ illi odor fuit. Quod mortis vinculus institis astrictus erat, vetuit nihil quin longe progredere, jubente scilicet Christo : *Veni foras*⁸, qui educit vincos in fortitudine ; similiter eos qui habitant in sepulcris⁹.

Psallat jam Lazarus cum Davide : *Non dereliquisti animam meam in inferno, nec dedisti sanctum tuum videre corruptionem*¹⁰, et, *Implesti me letitia cum vultu tuo* : non enim oblivioni traditus sum, sicut mortuus a corde¹¹ ; sed mortuo mihi

¹ Psal. xxxiii, 6 seqq. ² Joan. ii, 41. ³ Zach. ix, 9. ⁴ Gen. xlix, 9. ⁵ Amos. iii, 3. ⁶ Joan. ii, 1. ⁷ Gen. ii, 7. ⁸ Joan. ii, 44. ⁹ Psal. lxxviii, 7. ¹⁰ Psal. v, 10. ¹¹ Psal. xxx, 13.

fecisti mirabilia ¹². Sane quidem complura Christus exhibuit magnifica opera, quibus sensu destitutis Judæis suam manifestam fieri gloriam voluit; multosque mortuos suscitavit, nempe servum centurionis, *lari filiam*, viduæ unicum filium. Ac quidem *mortui*, audito, *Puella, surge* ¹³, et, *Adolescens, tibi dico, surge* ¹⁴, confestim dicto audientes erant, lumenque redivivi cernebant; hi autem, ne sic quidem videntes videbant, nec audientes audiebant. Idcirco etiam ad extremum Lazari suscitatiois opus, quod prodigii novitate cuncta vince- ret, ceu cujus vis major esset, remedium admo- vit. Nam illos quidem mortuos statim suscitavit; hunc vero cum jam putruisset, inque elementa quibus concreta corporis fabrica erat, diffunderet. Atque illic quidem defuncti loculum tetigit, ac B puellæ manum apprehendit ad vitam instaurans contactu vivifici corporis: hic autem sola voce vitam reparavit, voce nimirum, quam Judaicus *populus non audivit, ut quos, juxta Davidem* ¹⁵, mors pasceret; quæ nimirum velut oves, qua ii laborabant cæcitate, in inferno ipsos poneret: *Lazarus vero tanquam ovis Christi, revocantem pastoris vocem confestim sensit, infernique barathro dimissus ad vocantem rediit*. Quodque Mosem quidem se scire, Dominum autem nescire se incircumcisi asserebant ¹⁶, manifestius seipsum hodie ostendit, libere triumphans, regioque magis cultu procedens; lactentes denique infantes produ- cens, qui Dominum suum agnoscant, ac testes sint, ipsum *Dominum esse* qui custodit parvulos ¹⁷, ac C quem David vaticinatus est perfecisse laudem ex ore infantium et lactentium ¹⁸; Zacharias vero *Sionis Regem prædixit, mansuetum et salvantem, ac qui asello vehatur* ¹⁹. Cum enim Scribæ et Pharisei velamen cordi impositum ²⁰, dum propheta ac Moses leguntur, habeant, ac clavem scientiæ tenentes nedum ipsi non ingrediantur, sed et ingredi volentes prohibeant ²¹, infantium ora, quæ de Christo sunt, vaticiniis promendis laxantur, ac quibus linguæ usus negatus, pueri halbutientes, Scripturarum obscura dilucidissime explanant; do- centque surdos parentes, ac qui more aspidum aures obturant ²². Docti a Deo pueri, sumpto Da- vidico psalterio, lectisque, quæ sint apta atque congruant, ejus canticis, Solem justitiæ aquilarum visus acumine clare prospiciunt, ac parentibus qui acute cernere nolint, nec aquilæ juventute reno- ventur, sed litteræ vetustate cæcutiant, adaperiunt: *Hosanna*, aiunt; *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel* ²³. Vix non digito monstrant infantes, atque predicant Sionis Regem esse, mansuetum illum ac salvantem. Idem enim valet *Hosanna*, ac, *Salva, quæso*. Haud tamen miracu- lum in pueros convertit qui incircumcisi cordi-

dibus essent: unde neque in cælorum regnum in- gressi sunt. Erant enim utres veteres ac pu- tres ²⁴, nec gratiæ vinum tanquam novi, ac Spiritus capaces, poterant capere. I'roh cæcitate, cal- lumque! *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui* ²⁵; Israel autem Regem suum non cognovit, sed deprehensus est hove dementior, et asino stupidior, cognoscendo Dominum suum; idque cum infantes minime bovem in lin- gua ferrent, sed Regem asello insidentem, pompa- que hodie procedentem, ac quod olim vaticinio pro- ditum esset, implentem, prædicarent; alligare scilicet ad vitem pullum suum ²⁶, quod est, novum ex gentibus populum, quem necdum quis jugo manci- parat, ad vitem ex Ægypto translata colligare ²⁷.

Enimvero, eorum quæ mysterio insunt, mira- culorum vim intelligamus; quin potius celebra- tis miracula in nobis ipsi exhibeamus. Efficiamur Lazari Christi amici; sorores nobis sapientiam at- que virtutem faciamus; ac si quando velut homi- nes infirmari contigerit, seu etiam in mortem ob- dormire, fuerimusque tanquam in specu quadam in præsentem sepulti sæculo, aderit, qui est vita, Christus, magnaevangelicorum documentorum voce clamabit: *Venite foras* ²⁸ a sæculi morte; at- que ut alio quodam loco dicit, *Surgite eamus hinc* ²⁹, nos inde transferens, atque a sæculi morte edu- cens; ac statim e sæculo egrediemur, nulloque prohibente ad vitam procedemus, tametsi institis ligari, quod maxime novum ac inauditum; nempe etiam carnis vinculis astricti: ab eo enim quod est vincire animam, Græca voce *δέμας* (ac si vin- culum dicas) sapientibus corpus nuncupatur. Ni- hil tamen illud vetat, quin mundi hujus mortem afferentis necessitudine excedamus, dum solum Do- mini vocem audierimus, atque ad ipsum extra castra exeamus, velut qui manentem hic civita- tem, ut divinus Apostolus loquitur ³⁰, non habea- mus, nec vitæ reparandæ spem abjiciamus, vel si mundi libidine quatruiduanifætemus; qui nimirum quatuor ætates, pueritiam, adolescentiam, virilem, ac senectutem mortui egerimus, atque ad ipsam dissolutionem venerimus: quippe Christus qui mortui sint delictis ³¹ suscitare novit. Ad hæc ju- menti indolem apud Salvatorem Davide auctore ³² induamus, ut pompa pro nobis adversus mortem procedentem ipsum vehamus. Sternamus ei vesti- menta, nempe carnem spiritui subjicientes, hu- militatem colamus. Si necdum licet in arbores juxta aquarum exitus consitas ³³, puta palmam, aut cedrum Libani, sive olivam fructiferam (cujusmo- di arbor Job ille justus erat, cujusmodi divinus David adolescere: vel ramos ex sanctis illis arboribus, virtutum scilicet stolones, quibus illi sca- tentes eluxuriabant, tollamus, plausuque venien-

¹² Psal. LXXXVII, 11. ¹³ Luc. VIII, 54. ¹⁴ Luc. VII, 14. ¹⁵ Psal. XLVIII, 15. ¹⁶ Joan. IX, 29. ¹⁷ Psal. CIV, 6. ¹⁸ Psal. VIII, 3. ¹⁹ Zach. IX, 9. ²⁰ II Cor. III, 15. ²¹ Luc. II, 52. ²² Psal. LVII, 5. ²³ Psal. CV, 5. ²⁴ Matth. IX, 17. ²⁵ Isa. I, 5. ²⁶ Gen. XLIX, 11. ²⁷ Psal. LXXIX, 9. ²⁸ Joan. II, 44. ²⁹ Joan. XIV, 31. ³⁰ Hebr. XII, 13. ³¹ Coloss. II, 13. ³² Psal. I, 3.

tem accipientes, Salvatori prædamus. Si fuerimus justi homines, veraces, sine crimine, Dei cultores, ab omni re mala nos abstinentes, sic Jobi more³⁴ perfectæ extiterimus arbores, qui nimirum ut sublimis frondosaque palma effloruit; aiebat enim fore ut senesceret ætas sua, sicut truncus palmæ: rursusque erimus uti David oliva fructifera³⁵, si ejus pariter fortitudinis, ac mansuetudinis æmulatores fuerimus, quo vir cordi placens, exque ejus moribus a Deo inveniamur. Quod si nostra segnitie non possumus omnem illorum virtutem imitari, flores illos, fructuum copiam, patientiam, laborum certamina, vel Davidis saltem mansuetudinem, aut modestiam colamus³⁶, quatenus etiam se vermem, non vero hominem appellabat³⁶: vel mores pacificos cum iis, qui pacem oderunt³⁷, animum nihil injuriarum tenacem, lenitatem, rursusque Jobi in tentationibus invictam constantiam, liberare pauperem de manu potentis, pupillum juvare cui desit adjutor³⁸, induere justitiam, ac tanquam diploide se vestire iudicio; oculum esse cæcorum, claudorum pedem, invalidorum patrem. Harum virtutum opera si exhibuerimus, ex arboribus a Deo satis ramos excidimus, ac Salvatoris cultus gestavimus.

Ad hæc nos a malis abstinenceamus: infantium simplicitatem imitemur, *talium enim est regnum cælorum*³⁹. Ex horum etiam ore nunc Deus laudem perfecit. Si Ecclesiæ filius es, humiliare sicut ablatatus super matre sua⁴⁰. Noli malitiæ hæerere ac superbiæ, nutrici in spiritu adhære. Quorsum cum Deo pugnas, qui adversus Christi sponsam insaniam feraris? *Maledictio matris eruit fundamenta*⁴¹. Sin autem illa etiam Christi sponsa est, ejus maledictio quid non præstabit? Noli qui per baptismum Dei filius factus es, in vipere fetum demutari, eam mordentem ac exedentem quæ te spirituali partu enixa est; neque ingratus deprehendaris, qui velut asinus lacte distentus in altricem calcitres. Terreat flagellum, quo plexo hodie Christus, contemptores, ac qui profanarent domum orationis, cædendo abegit⁴². Terreat te proditoris restis, ne et ipse in eam incidas, qui locelli causa magistrum tradidit; neve nefarii eorum consilii socius efficiaris, quibus cum Caipha et Pilato pastorem percutere ac oves dispergere convenit. Hactenus enim omitto dicere de Core, Datham et Abiron, quorum seditiosa adversus Aaronem coitio, dehiscente terra ac absorbente viventes cum familia in infernum detrusit⁴³. Nec jam mihi Samuelis erit mentio, cujus spreti injuriam in seipsum Deus recepit. *Non enim, inquit, te spreverunt, sed me*⁴⁴. At nos neque Samuel, neque Elias, neque Aaron sumus, qui *invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos, in columna nubis*

*A loquebatur ad eos*⁴⁵: nec velut illi dii sumus, neque filii Excelsi⁴⁶; sed sicut homines morimur, et sicut unus e principibus cadimus. Veræ hæc objicis, o bone; ac nos quidem, inquit, tales sumus; tu vero unde nobis novus repente Daniel ortus est⁴⁷? Quis tibi presbyterium dedit, ut iudicibus iudicium ponas, ac illumines oculum, quæ pes, aut manus, vel auris existas, atque ovis pastorem pascas ac regas, doctorique discipulus sancias? quorum leonum ora frenasti⁴⁸? *cujus draconis, sine saxo ac fuste medium ventrem dirupisti*⁴⁹? Quænam tibi futurorum revelata mysteria? Proh cæcitatem, qua festucam in fratris oculo vides, nec in te maximam trabem advertis⁵⁰! Non sumus Samuel, neque Aaron; neque enim sicut illi Dei testimonia custodimus, et mandata Dei quæ dedit nobis: non tamen propterea qui non spernas, seu alias iudices, justificaberis; aut, quod miserabilius, a pœna immunis eris, partim docente Christo ut quæ dicunt sacerdotes sequaris, neque quæ agunt curiosius inquiras⁵¹; partim monente Paulo ut præpositis obedias, ac illis subjectus sis; quippe qui vigilent tanquam rationem pro animabus nostris reddituri⁵². Vides, jussus ipse sum ut vigilem ac quæ te spectant, diligentius scruter, velut rationem pro te redditurus; non tibi præceptum ut easdem in me partes exsequaris. *Lege mihicantuum* ut populi lepram dispiciam, ac qui hac ægritudine laboret vel mundum, vel immundum pronuntiem: parce igitur dignitati, eique reverentiam habe, quæ Aaronico ac Samuelis sacerdotio atque ordine venerabilior existat. Serviebant illi umbrae futurorum, nos autem Christi sacerdotii unctione delibuti sumus. Quis majori Caipha abominatione habendus, qui Christum condemnavit⁵³? *Ille nihilominus talis ceu pontifex anni illius prophetia* fungitur, ceditque lingua illa Spiritui organum, quæ morti Christum addixit. Sic Deus sacerdotium honorare novit, ut ejus causa etiam Spiritu afflet qui impii sunt: tu vero cum te deceret sacerdotium vereri, ac nostræ propensius infirmitati parcere; secus vero ejus occasione ac prætextu inconcessa præsumis illisque pueris succenturiaris, qui Elisæi calvum caput subsannarunt, cum nescirent, quot quantisque caput illud donis Spiritus ornaretur⁵⁴. Vide igitur, ne tu quoque ferarum præda factus, docearis prophetæ non illudere, quod glaber sit ac depilis; juvenem scilicet capillitio carens, sed venerari ac colere, quod unctus Spiritus est, velut etiam unguento quod in Aaronis capite, in venerabilem illam barbam descendit⁵⁵. Hæc a me paterne ac disciplinæ causa dicta sunt, non reprehendendi aut ulciscendi libidine. Non enim tantum valeat fraterna injuria, ut Christi penitus

³⁴ Job xxiv, 18. ³⁵ Psal. li, 10. ³⁶ Psal. lxxxviii, 21; Act. xiii, 22; ³⁷ Psal. cxix, 7. ³⁸ Psal. cxix, 7. ³⁹ Job xxix, 12, 14, 15. ⁴⁰ Luc. xviii, 16. ⁴¹ Psal. cxxx, 2. ⁴² Eccli. iii, 11. ⁴³ Joan. ii, 15. ⁴⁴ Num. xvi, 33. ⁴⁵ I Reg. viii, 7. ⁴⁶ Psal. lxxxviii, 6, 7. ⁴⁷ Psal. lxxxii, 6. ⁴⁸ Dan. xiii, 4. ⁴⁹ I Reg. xvii, 34. ⁵⁰ Dan. xiv, 26. ⁵¹ Matth. xxii, 3. ⁵² Matth. xxii, 3. ⁵³ Hebr. xiii, 17. ⁵⁴ Joan. xi, 49. ⁵⁵ IV Reg. ii, 23. ⁵⁶ Psal. cxxxii, 2.

patientiam explodat, quibus nulla alia ratio eorum quas nunc agimus celebritatum existat, quam longa illa Christi tolerantia atque lenitas, qua nedum patitur, fertque impertubati animi firmitate turpissima sputa, verbera, alapas, verum etiam Deum ac Patrem, pro iis qui in cru-

cem egissent interpellat, ut cuncta reconciliet. et in unum concordie vinculum cogat : qui et nos in uno spiritu unoque animo coagmentans, idipsum sapere atque dicere secundum Christum inducat. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MICHAELIS ACOMINATI

CHONIATÆ

EPISTOLÆ AD EUSTATHIUM THESSALONICENSEM ARCHIEPISCOPI'M.

A. Τῷ Θεσσαλονικεῖ, κυρῷ Εὐσταθίῳ.

Ἄς γοῦν εἰ τις ἐκεῖ πρὸς μίαν ἡντινοῦν ὄλον τὸ κάλλος τῆν εἰκόνας ἀνέφερε διὰ τὴν πρὸς ἐν τι τῶν ἐκείνης ὁμοίωσιν, γελίοις ἂν ἰδέσκει τῆς γραφικῆς κριτῆς, οὕτω κἀνταῦθα, εἰ ἐνι γε τῇ τῶν κλασιῶν προσεικάζει καθ' ἐν τι τῶν τοῦ λόγου μερῶν τὸν ἐξ ἀπάντων ἀρίστα ἤρμοσμένον, οὐχ ἰώρας τὸν ἄνδρα, ὡς θήμες ὄραν, οὔτε τὸν ἥλιον ὄλον βλῆσας ἰθεύμασεν ἀκτῖνι παραμειτρῶν. Γένοιτο δ' ἂν εἰκαστῆς τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἀνάξιος, εἰ ζηλοῖη τὸν σοφῶν ποιητῶν· καὶ ὡς ἐκείνος τὸν Ἀγαμέμνονα ὑπογράφων ἔμματα μὲν, φρεσὶ, καὶ κεφαλῇν ἔκλειον Διὶ, Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνα δὲ Ποσειδάωνι, οὕτω καὶ οὕτως πρὸς τόνδε μὲν ἀντιεξεταζὸς τὸν νῦν ἐπαινούμενον κατατόδε, πρὸς ἐκείνον δὲ κατ' ἄλλο, καὶ καθ' ἕτερον τι πρὸς ἕτερον. καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἀκρῶν, καθ' ὃ τῶν λοιπῶν ἀκρὸς ἐδέδοκτο· καὶ τὰχ' ἂν οὕτω τῆν παναρμόνιον πολυφωνίαν Εὐσταθίου ὀποσεῦν ὑπογράψαιμεν.

Ἐγὼ δ' ἵνα τὸν περὶ τῶν λόγων λόγον συνῶλον (οὗ γὰρ ἐφίησιν ὁ καιρὸς ἐπιξείναι)· ὅσον μὲν τὸ ἄθυμματακὸν ἐκείνου καὶ γόνιμον! ὅσος δὲ ὁ τόνος! οἷα δὲ ἡ φορὰ, ὅτε πνεύσειεν! ἠλίχη δὲ ἡ δεινότης καὶ ἡ ἀμήχανος ὦρα τῷ στρογγύλῳ καὶ κομψῷ τῶν περὶ τὴν ἐρμηνείαν ἐπιμειδιώσα μετὰ τῆς γλαφυρῆς τῶν νοημάτων χάριτος! Ἐκεῖνο φημί· ὡς, εἰ τι ἢ περὶ λόγου τέχνην ἡντινοῦν ἢ ἐπιστήμην ὄφελός ἐστι νῦν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ, τῶς Εὐσταθίου σοφίας καὶ περιττῆς γλώττης ὁμιλητῆς ἐστὶν ἢ καὶ ζηλωτῆς. Ἀπόρη γὰρ πᾶσιν εἰς λόγον ἀπολαμπρύσματος καὶ σεμνώματος ἀντι ποσῶν ἰδεῶν, εἰ πρὸς ἐν γε τι τῶν ἰδίων ἐκείνου καὶ ἀμυδρῶς γοῦν ἀναφέροιτο, οὕτως ἔπαστο τὸ φιλολογουῦν εἰς θεὸν τινα λόγιον ἐπίστραπται τουονί καὶ ὁ τι ἂν φθῆγοιτο, φωνὴ τίς ἐστι θεῖα κανὼν μὴ κινούμενος, καὶ ὡς τοῖς Πυθαγορικοῖς τὸ

Οὐκ ἂν οὖν θαυμάζοιμεν λοιπὸν, εἰ τοιαῦτα καὶ οὕτως ἀρετῆς καὶ σοφίας ἀκρόπολις δυοῖν ἡπείρου ἀμφήρευτος γέγονεν· ὡς καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς αὕτη πόλις θεοῖς τισὶ παιδικῶ ποτε γενέσθαι μεμύθηται, καὶ σύμβολα τῆς κατ' ἔρωτα φασὶν εἶδος τὸν τῆς ἄλαιας θαλλὸν καὶ τοῦ Πειραιῶς τὸ μνηοειδὲς καὶ νῆνεμον ῥόθιον. Οἷα γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦτο καινοτομία. Ἐμνηστῆτο μὲν σοι, ὦ καλλὲ τὰ πάντα καὶ καλλεὶ ψυχῆς ὦραιε σὺ παρὰ πάντας τοὺς νῦν υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἡ τῆς Λυκίας μητρόπολις· ὅτε καὶ τῆς ἱερωσύνης, ὡς ἄλλου καλοῦ παντός, ἐκρῆν σε τῇ Ἐκκλησίᾳ προκεῖσθαι μετὰ Χριστὸν ἐκτυπῆν ἀρχέτυπον, τὸν καὶ πρὸ τοῦ σεμνοῦ ποδῆρους τὴν καπόλου δικαιοσύνην ἐνδεδυμένου ἱεροθερίστου Πρινή δὲ ἄσαι τὸν πνευματικὸν ὑμναῖον, ὃ πολυῆραστος καὶ πολυμῦθητη Θεσσαλονικὴ ἀισθημένη

τοῦ προνομένου, καὶ ὡς βασιλεῖα τις ἀντίζηλος δεινὸν ἄθησκυμένη, εἰ τοιοῦδε νυμφίου ἑτέρα παραχωρήσει, χρεῖται τε παραχρήμα ὡσπερ ἐπίτηδες, καὶ μεθελκεῖν κυρᾶται πρὸς ἑαυτήν. Δεινὴ δὲ τις ἄρα ἔρις αὐτῆ τῶν Ἑκκλησιαίων ἀμφοτέραιν· ταυτὸν δ' εἰπεῖν, Ἀσία καὶ Εὐρώπη ἀνέβρωγον. Ἡ μὲν γὰρ ὡς ἦδη μνηστῆρος ἀπριξ περιείχετό σου, καὶ δεινὰ πάσχω ἔπειτα, εἰπερ ἐγγυθηεῖσά σοι, ἄλλως δὲ καὶ ὑπερκαμένη, καὶ πάσας τὰς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν εὐγεγονίας ὑπεραίρουσα προσέτι δὲ καὶ πατρικῶν μύθῳ ἀπόζουσα ἤδιον, εἶτα παραγκωνισθεῖσα καλῶ μνηστῆρος θαυζυγήσεται· ἢ δ' αὖ καλὴν, ἀτε μετὰ τὴν βασιλεῖα πόλιν πρώτην δυσμοθὲν ἀνίσχουσα πενυθαίμων, καὶ ὄσφραδιοῖς μαρτυρικοῖς ἀντικεύουσα οὐκ ἀνασχέτον ἡγεῖτο παρενημερηθῆναι καὶ ἀποσφαλῆναι τοιοῦδε καὶ οὕτως ἐρατμίῳ καλοῦ. Οὕκουν ἀνῆκε λέγουσα πάντα καὶ πράττουσα, ἕως τῷ καλῷ σοι νυμφίῳ, καὶ οἷω εὐδέπω πρότερον, ἔρμωστο, οἶμαι. μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς, ὡς οὐδ' ἰσαυθις ἀρμοσθήσεται ποτε, ὅτι μὴδ' ὁ ἐπίμενος χρόνος, οἷος τε ἴσται ἐτικαι ἀνθρώπου τοιοῦδε χρέμα, ὅποιον σὲ τελευταῖον τῶν κατὰ Χριστὸν ἀρχιερίων σφῶν ὡς ἐν γῆρα καὶ ὀψίγονον ἔτικαι ὁ πάντα γενῶν καὶ φθέρων· ὡς καὶ τῶν Ἑλληνικῶν στρατηγῶν ὕστατον εἰρηκὲ τις τὸν ἀρχαῖον φιλοποιμένα.

Τίς γάρ, οἷος σὲ, τοῦ λοιποῦ ὑψηλὸς τὸν βίον, τὸν λόγου μετέωρος, τὴν ἱερωσύνην αἰθέριος, καὶ ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θρόνου Χριστοῦ θεμιστεύων ἀντικρυς, εἶπω δ' ἂν, καὶ ὡς ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκρωρείας τοῦ Σινᾶ χρηματίζων λογιζόμενος, ὅπως βίου μὲν τῷ κατὰ σὲ προβῆναι περιωτῆ, ἢ ἐπ' αὐτὸν ἐλάσαι τὸν βαπτῆρα τοῦ λόγου, εὐδ' ἂν ἐνὶ τῶν ἀπάντων ἐγγένειτο; Εἶπω δὲ δύναμι νερφίλης τῶν παρὰ σοὶ νοημάτων, καὶ λογικῶν ἀκούσαι μεθόδων, οὐδὲ τοῦτο προστυχόντος, ὅτι μὴ Μωσαϊκοῦ τινος ἦν ἀνδρός· ὁ δὲ γε σύμμεκτος καὶ πολὺς κάτω που περὶ τὰ κράσπεδα τοῦ ὄρους εἰστήκει, μόνος τῆς θεοσεσίας ἠχοῦς ἑγκατηῶς ἀκροώμενος. Πολλοῦ γε μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἰδεῖν τὴν σὴν καταθαροεῖν ἐντυξῆν θηρίον ὅτιποῦν, ὡς ἐγγὺς γενέσθαι μὴ μετὰ φρικῆς καὶ θειματός, εἴτε τις φορολογικὸς ἦν λίων καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσαν, εἴτε δυνάστης ἐνδαπὸς τοιαυτῆς πονηρίας στικτὸς ὡσπερ ἀρδαλις, εἴτε λύκος ἀρπαξ τῆ ποιμνίῳ ἐπιπίπτων καὶ λυμαινόμενος. Παρόδεςτο γὰρ ἅπαν τοιοῦτο καὶ περιστάτω φυλοτόμενον, μὴ τοῖς σοῖς λόγοις ὡς λίθοις βεβλήσεται. Καίτοι τε τοῦτο ὡς τε θαυμαστόν εἴρηται, ὅτι καὶ βασιλεύσειν αὐτοῖς οὐκ ἀσπουδῆ παρῆν ἐντυγῆναι σοι, καὶ ὡς τοῖς ἄλλοις, ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος, σὺν ἀλδοῖ δὲ μᾶλλον καὶ ὑποστολῆ, ὅποιαν σχῆν ἂν καὶ μαθηταὶ πρὸς διδάσκαλον; Ἄγιον μὲν οὖν καὶ φοβερόν ἀνυμνοῦσι τὸ ὄνομα Θεοῦ οἱ ψαλμοὶ, καὶ Θεὸν αὐτὸν οὐ μόνον φως, ἀλλὰ καὶ πῦρ καταναλίσκον ἄδουσι· καὶ πολυόφθαλμοι Σεραφεῖμ βλέπουσι μὲν διαπαντὸς τοῦτου τὸ πρόσωπον· οὐκ ἀτενέστερον δὲ κατεμβλέπουσιν, οὔτε ὄλον καὶ ὄλοι ἀναπεπταμένοις καὶ ὄμμασιν, ὑφ' ὅσον αἱ πτέρυγες, αἰτινὲς ποτὲ εἰσιν αἱ πτέρυγες αὐταί, παρεσταλμένοις δὲ παρεῶσι, καὶ παρανοίγουσι. Καὶ ἡλιος δὲ οὗτος ὁ αἰσθητὸς, οἷς μὲν ἀπόχρη μόνων ἀπολάσειν ἀκτίων, ἡδίστος ἀστέρων καὶ οἷον ὀφθαλμοῖς ἴσται ὄψευς· εἰ τις δὲ ἀναιδέστερον ἀντιβλέπει αὐτῆ τῆ πηγαία τῶν ἀκτίων σφαῖρα φιλονεικήσει, θάπτον ἂν ὑφέξει δίκην τῆς ἀσυμμέτρου ταῖς κόραις ἀνοφθαλ-

olim ipsi sponsus eras, et ægre prorsus ferebat si sponsa ut fuerat, ac præterea cælo orientali ac myrrha vernacula gaudens alteri postponderetur. Altera, secundum urbem imperialem prima inter civitates Occidentis et pretioso martyrum cruore madefacta te privari, tali tantoque viro moleste ferebat. Quare nihil intactum nec dicendo nec agendo reliquit donec tua fieret sponsa. Equidem compertum habeo nunquam fore ut meliori adjungatur; nunquam enim ætas futura virum tibi similem feret. Ut enim olim Philopœmen ultimus ducum Græcorum insignis fuit, sic te ultimum in Christo antistitem tempus ferax rerum edaxque in lucem edidit.

Quis enim alius præter te nascetur cum parimorum dignitate, fulmen eloquentiæ, orator, iudex sanctus, ut ita dicam, quasi e Christi throno, ut e summo Sinai oracula reddens? Quis te vitæ sanctitate, quis eloquentiæ vi unquam æquabit? Cogitationum porro tuarum cursum sequi, te docentem audire paucis admodum dabatur, quos vel ad montis radices vocis divinæ sonum audire juvabat. Quo magis igitur te præsentem nemo non delectabatur, si forte animal rapax apparebat, sive leo tributorum exactor intestina nostra devoraturus, sive panthera maculata, id est dynasta domesticus, sive lupus gregis inimicus et insidiator processerit. Hi omnes enim te præsentem abscondito consistebant loco, ne verbis tuis quasi totidem lapidibus tangerentur. Quid mirum? siquidem ne reges quidem ipsi te coram immoto vultu æquave mente aspicere sustinuerunt, imo, ut alumni, dicto audientes et modestos se gerebant. Psalmi nomen Dei ut sanctum, ut lumen, imo ut ignem devorantem prædicant. Seraphim multoculi vultum ejus non directe, sed ex obliquo et oculis semiapertis contuentur, et parum alas suas explicant. Pari modo sol hic visibilis iis tantum astrum jucundissimum erit qui radiis ejus fruentes contenti sunt. Qui autem rectis illud oculis intueri ausus fuerit, haud impune et cum maximo visus detrimento fecerit. Sic tibi quoque nemo nisi plane imprudens et temerarius, tibi qui solem divinum reddis, inania loquens aut incongrua faciens appropinquaverit: quicumque enim abs te reprehendebatur idem pati putabat quam si terra ante pedes dehisceret. Tu enim in tradendis Musarum artibus vera et doctrina et disciplina utebaris, aliter ac ille vir strenuus qui, teste Homero, *insontem quoque culpæ* accusarit. Ratione item, non vehementia duce, sontium ac reorum animos culpam confitentium et reprehensionem vitæ admittentium ad pœnitentiam compellebas. Sic tibi, vir maxime venerande, casta venustas ade-

rat, et incantamentum honorificum te ut sanctitatis propugnaculum ubique sequebatur. Tu homines qui a principio minus te digni videbantur, rationis et orationis auxilio, ac nonnunquam aquæ purificatoris ope ad respiscendum perduxisti. Ille Clearchus, Laco natione, Xenophonte teste, vultu tetro, rauca admodum voce erat, quod tamen nequaquam obstaculo fuit quin militibus suis in pugna splendidus hilarisque antesignanus fuerit. Tua morum lenitas jucundo semper tenore occurrentibus arrisit, idque tum quoque, ubi justa ira in malos exardescerebas. Quis autem abs te vituperatus, dummodo non cum anima vili esset, non contentus fuerit, verba audiens consolatoria magis quam vituperatoria, rosas plus quam spinas ea æstimando? Sic nec mansuetudo tua sine aculeo erat, quo opus habebat ad vim admonitionibus dandam; nec acrimonia jucunditate carebat: utrumque enim felicissima mistura consociatum erat. Tu ipse probe nosti nihil eorum quæ aut cum sudore elaborasti, aut per ludum composuisti, litterarum studiosos fugere, siquidem res tuæ in foro et viis publicis fando repetitæ in proverbium abierunt.

ἦν ὄρα καὶ τραχὺς τῇ φωνῇ· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον στυγνὸν ἐν τοῖς δεινοῖς, φησί, φαιδρὸν τοῖς στρατιώταις ἐφαίνετο. Σοῦ δὲ καὶ τὸν αἰεὶ μὲν χρόνον ὀρωμένον καὶ φθεγγόμενον, φαιδραὶ τοῖς προσομιλοῦσι προσεγγίλων αἱ χάριτες· διαφαίνοντο δὲ οὐδὲν ἤττον, καὶ ὅτε ζῆλον δικαίῳ παρεθερμαίνου κατὰ τῶν μοχθηροτέρων καὶ δεομένων τραχυτέρας τῆς ἐμβριμῆσεως. Καὶ πού τις ἐπιπληττόμενος, μὴ πῆνυ τι συνώδης ὦν τὴν ψυχὴν, ἤττον ἐδόκει δάκνεσθαι ἢ ἡδεσθαι, μίμψων ἐπακούων γλυκυθύμων πλέον διὰ τὸ εὐχαρι, ἢ θακεθύμων διὰ τὸ ἐπίχολου· καὶ ῥόδοις χαρίτων πνέουσι πάττεσθα, ἡ κέντροις ἐπιστρέφουσι βάλλυσθαι. Οὕτως οὐτὲ τὸ χάριέν σου ἀκεντρον ἦν (ἀνεκίμενον γὰρ ἂν ἦν, καὶ πρὸς νοθεσίαν ἀμβλύτερον), οὐτὲ τὸ παροξυνόμενον ἄχαρι τῷ παντι· Ἐκάτερον δὲ δι' ἐκάτερου περιχωροῦν ἄριστα κεραμεῖον ἐγκαταμίμικτο. Οὐκοῦν τίνα τῶν σῶν, εἴθ' ὅσα σπουδάζοντι σοι πεπύνηται, εἴτε σχολάζοντι πέπαικται χαριέντως, οὐκ ἀνὰ στόμα τοῖς φιλόλογοις φερόμενα περιέδονται; Ὡν οὐκ ὀλίγα καπὶ ταῖς ἀγοραῖς καὶ τριόδοις ἀκούσαι τις ὡς τὰ παροιμιώδη περιλαλούμενα.

Tanti et tam boni viri mortem luctus omnium civium secuta est, præsertim ejus urbis quæ, ut uxor marito privata, luctu oppressa humi sedet, imo omne solamen recusans in defuncti tumulum projecta adeo mærori indulget ut lacrymæ ipsius genas permeent, ut cum Jeremia loquar². Jam enim corona ab ejus capite delapsa erat, et uxor inhumari quam conjuge privari malebat; imo si daretur, se ipsam marito sacrificare parata erat, ut apud Xenophontem Panthea uxor mariti amatissima.

μονομένης ἐκείνου, τίθεται. Εἰ δ' ἐξῆν, κἀν ἐπίσφαξεν ἑαυτὴν τῷ ἀνδρὶ, ὡς ἡ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι καλὴ καὶ φιλανδρὸς Πάνθεια.

Hæc fere autem lugens gemensque dixerit: « Quis sine gemitu profundo, quis sine lacrymis nuntium allatum audiverit? Me miseram! Obiit pastor egregius qui vitam pro me dedit; decessit vir sapiens qui multimoda virtute valebat, antistes meus, magnus Eustathius, nomen venerandum, celeberrimum! Me miseram quæ sponsum perdidit, cui quondam feliciter nupta fui, et qui mihi nunc morte ereptus est; qui nuper, ut cum Davide loquar³, vestiebat me coccino in deliciis et præbe-

Α μῆσεως. Κατὰ ταυτὰ καὶ τῶν προσόντων σοῦ, τῆ καθ' ἡμᾶς θεοειδεσάτω ἡλίω, οὐκ ἀνδρείος ἦν, ἀλλ' ἄνευ καὶ ἰταμὸς, ἀγνωσῶν, ὅποι ποτὲ κινδύνου φέρεται, ὁ μὴ πάνυ τι εὐλαβῶς προσίων καὶ πεφυλαγμένος, μήπου τι ἐκμελὲς παραφύγεται, ἢ ἄλλως ὑπαγοικίσσεται. Τὸ γὰρ ἐπιτιμηθῆναι παρὰ σοῦ ἴσον ἢ τῷ γε μαινομένῳ, καὶ τὴν γῆν διαστῆναι οἱ αὐτῆν. Οὐ γὰρ ψυχαγωγῆσαι μόνον ἐμμούσεως ἐπαγωγότατος ἦσθα καὶ χαριστάτος, ἀλλὰ καὶ ἐπιπλῆξαι παιδευτικῶς ἐμβριθέστατος· οὐ κατὰ τὸν παρ' Ὀμήρῳ δεινὸν ἄνδρα, ὃς τέχνην κεν, φησί, καὶ ἀνάτιον αἰτιόωτο. Τὸ γὰρ εὐλόγη καὶ κερία πλεον ἢ τῷ σφοδρῷ βάλλων, ἐπίστραφες τὸν ὑκαίτιον, ὡς μὴδ' ἂν αὐτὸν τὸν ἐπιτιμώμενον ἀπαρνεῖσθαι τὸ μὴ οὐ δικαίως εὐθύνησθαι. Οὕτως ἢ τὴ ἀγιοπρεπῆς χάρις ἐπεμεΐδια σοι, μακαριώτατε ἀνδρῶν, καὶ τὸ φοβερὸν ὡσπερ τι θεῖον ἀγιότητος παρείπετο δορυφόρημα· ὡς τοὺς ἐντευξομένους, ὑφορωμένους μὴ τῶν σῶν χαρίτων ἐκπέσειν, ἢ ταῖς σαῖς ἐπιτιμησῆσαι περιπέσειν, συνάγειν εὐλόγη δέει τὸν νοῦν, καὶ κατὰ τοὺς τελεσθησομένους μόνον οὐ περιφρονητῶν δέισθαι καθάρσεων. Καὶ Κλέαρχος μὲν ὁ Λακωνικὸς, ὡς πού Ξενοφῶν ἰστόρηκε, καὶ στυγρὸς

Εἰκότως οὖν ἐπὶ τοσούτῳ καὶ οὕτως ἀγαθῷ ἀνδρὶ καὶ κοινωφελεῖ τετελευτηκότῳ κοινὸν καὶ πένθος ἀπάντων καθίκετο· μάλιστα δὲ τῆς ἰδίου ἀγαθὸν λαχούσης ἐκείνου πόλεως, ἢ καὶ νῦν, ὡσπερ τις γυναικίαν γυνὴ παρθενικὸν αὐτῆς ἄνδρα πενοῦσα, κάθηται χαμαὶ, μᾶλλον δὲ περὶ τὸν πολυδάκρυτον τάφον κυλινδομένη καταλοφύρεται ἀραράκλητα· καὶ τὰ δάκρυα αὐτῆς, εἴποι ἂν Ἰερραμίας κατοικτιῶν αὐτῆν ὡς τὴν πάλαι Σιών, ἐπὶ σιαγόνων αὐτῆς. Ἔτεσε γὰρ ὁ στέφανος τῆς κέφαλῆς αὐτῆς, καὶ τὴν αὐτὴν ὑποδῦναι γῆν πρὸ τοῦ περιεῖναι,

Ἄγε μὴν ἐξάρχουσα τοῦ θρήνου εἴποι ἂν· ε Τίς ἀκούων οὐκ ἂν ἐπιστενάξῃ βαρῶ, καὶ πολυκρουνσὺν ἐπισπένδοι δάκρυον; Τάλαινα ἐγώ· οἴχεται μοι ὁ καλὸς ποιμὴν, ὁ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἐμοῦ τιθείς. Οἴχεται μοι ὁ σοφός, ὁ πολὺς παντοῖαν ἀρετῶν, ἐμὸς ἀρχιερεὺς, ὁ μέγας Εὐστάθιος, οἶμοι! τὸ στεμνὸν καὶ πολυῦμνητον ὄνομα. Ὡμοι τῇ δυστήνῃ! φροῦδος ὁ καλὸς νυμφίος ἐμοῦ, ὃ πάλαι μὲν ὑπὸ νυμφαγωγῷ τῷ πνεύματι εὐτυχεῶς ἤρμοσμαι, νῦν δὲ θανάτῳ διεξευγμαι δυστυχεστάτα· ὃς ἔπαρχος μὲν

² Jerem. ix, 18. ³ Psal. xlv, 10.

(χρησάτω γάρ μοι καὶ Δαυὶδ ἐκ τῶν ἑαυτοῦ θρη-
 νων) ἐνεδίδυσκέ με κόκκινον καὶ χρυσοῦν κόσμον,
 τοὺς πολυτιμῆτους ἐκείνους καὶ λαμπροὺς λόγους·
 νῦν δὲ σιωπῶντος ἀποκεκόσμημαι, καὶ ὄρνυνα
 περιβέβλημαι, καὶ οἷα καταμυλαινεὺς οἶδεν ὑπὲρ
 πᾶσαν ἀθάλακην ἢ λιγυνώδης καὶ καπνηρᾶ τῆς χηρείας
 κείμενος. Μὴ εὐαγγελισάσθω τις τῇ πρεσβυτάτῃ
 Ῥώμῃ τὸν Εὐσταθίου μόνον, μὴδ' ἀγγειλάτω ταῖς
 ὑπ' αὐτὴν Ἰταλικαῖς πόλεσι, μήποτε ἐψηθῶσιν οἱ
 ἀλεξίαι καὶ ὑπερήφανοι, καὶ τὰς ἐπὶ δογματικαῖς
 προβλήμασι διαλεκτικὰς προσβολὰς θαρσύνωσιν,
 ἃς τωτέως ἀντιπεριείσαντο, τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης
 ἄμαχον ὑφορώμενοι. Πέπτωκεν ἀνὴρ, οὗ πᾶς ὁ
 κόσμος οὐκ ἔν ἀξίως πέπτωκε, φεῦ! ὁ ὑπανάχων με,
 ὁ φέρων ὑψοῦ. Καὶ πῶς οὐκ ἔδη πεσοῦμαι δειλαία
 καὶ αὐτῇ, ὑποσπασθέντος τοῦ ὑπερείδοντος; Τίς
 οὐκ ἐπικλύσει με φλοίσθος ὑδριστής, τὸν μέγαν
 ἀποβεβλημένην προβλήτα, περὶ ὃν ἅπας κλύθων
 προσκράσων εἰς ἄβρῶν διελύετο; Ὡς οἶον λειμῶνα
 χαριῶν θάνατος ἐπιστρατεύσας ἐθῆσεν οὗ καὶ
 Σικελικὸς πόλεμος, καίπερ διαφθεύρων πάντα θεῖά
 τε καὶ ἀνθρώπινα πράγματα, ὡς ἀψύχτου καὶ
 ἱεροῦ τινος ἄλλου ἐφείσαστο! Ὡς οἶον μύρον σοφίας
 εἰς ἄρδην καπτήρυσεν, ὑπὲρ τῷ μαρτυρικῷ μου
 τύπῳ προσεπιπνέοντος ἡδίστου εἰς ὄσμην πᾶς τις
 ρολόκλος ἔθην! Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἐν ἄσμασι νόμ-
 φην ἐν μύροις ἐστηριζόμενος, καὶ μύροις διπλοῖς, τῷ
 τε ἄρ' αἱμάτων μαρτυρικῶν καὶ τῷ ἐξ ἰδρώτων
 ἀρχιερατικῶν ἀπατμίζοντι· καὶ τῆς ὑπ' ἄμφοιν
 εὐωδίας Χριστοῦ, κατὰ Παῦλον, χεῖς εἰς μὲν ὄσμην
 ἠσφαρευόμενῃ ζωῆς, νῦν δὲ ριγίστη θανάτου ὄσμῃ
 εἰς θάνατον ἀποπνίγομαι. Οἶον στόμα χάρισι βρῦον,
 καὶ παρήσιας εὐλόγου πέλεκυς, ὑστατα μέμυκεν! Ὡς
 οἷα χεῖρες χειλῶν μυρίπνοος κέχεται κατὰ γῆς! Ὡς
 οἷα γλώττα πυρίπνοος ἀπέσθηκεν! Ἡλίκη δειπτη
 φωνί! Ὡς σχῆμα καὶ πρόσωπον, αὐτοσεμνότητος
 ἀγάλμα, εὐλαβείας ἀκρόπολις! Ὡς ὄμματα, τῆς
 ἔδου σταθρᾶς γαλήνης ἀγγελοὶ, ὡς αἰδοῦς λύχνοι,
 ὡς σφραγίστης θάλαμοι, ποῦ ποτε οἴχασθε; Δεῦρ'
 ἴθι, φιλοσοφία σιμνή. Δεῦρ' ἴθι, χλιδῶσα δι' ἐκείνον
 βητορικῆ. Παρομάρτει καὶ σὺ, γραμματικῆ μετὰ
 χοροῦ, ὅσος ἐγκύκλιος. Καλῶ γὰρ ὑμᾶς ὡς σοφάς,
 κατὰ τὸν προφήτην, καὶ θρηνοῦσας ἢ συνθρηνοῦσας,
 ὡς συγχρηνοῦσας ἐμοὶ νυμφίου κοινοῦ· ὅτι μὴ
 ὄνοιν ἀδελφαῖν ἐπιστήμαιν κατὰ τὸν θεῖον Ἰακώβ,
 ἀλλ' ἀπασῶν ἀπαξιαπλῶς ἔν ἀνὴρ ὁ ἀνὴρ· οὐδ'
 ἔθνοος ἐνὸς φυλάρχους δώδεκα, τῶν δ' ἑκασταχοῦ
 τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς σχεδὸν ἀπασῶν ἐκκλησιῶν
 ἡγεμόνας δι' αὐτὸν ἐτεκνώσατο. Ὡστε καὶ πάσας
 ἐκκλησίας ὡς ὀφθαλμίας προγόνου κοινοῦ κατὰ λόγον
 συγκαλίσσω τοῦ θρήνου συναπάρχεσθαι, καὶ πρό γε
 πᾶσῶν τὴν πρεσβυτάτην ἀπασῶν μητέρα, τὴν νεάν
 Ἰωάνη, ὡς τοῦ καλλίστου, ὃν ἡγάπα, πεσόντος κατὰ
 τὴν προφητικὴν ἠπειλήν. Οὕτω γὰρ τραγικώτερον
 περιεστήσομαι κύκλον εἰς ξυναυλίαν πένθους κοινοῦ
 καὶ συμφορᾶ κοινῆ πρίποντας. Ἦ που καὶ ὡς
 Αἴγυπτος ἐπὶ πολὺ τὸν Ἰακώβ τοῖς περὶ τὸν Ἰωσήφ

bat ornamenta aurea cultui meo, id est orationibus
 splendidissimis. Nunc autem ubi silet, ornamento
 exuta, nigris induta vestibibus incedo et caligine
 viduitatis omni nigredine atriori. Absit ut quis ve-
 teri Romæ aut cæteris Italiæ urbibus Eustathii
 mortem ut lætium afferat nuntium, ne superbi et
 invidi de calamitate nostra gaudeant et novo ar-
 dore fidei quosdam aggrediantur articulos, quod
 hucusque facere ausi non sunt, Eustathii eloquen-
 tiam victricem timentes. Sic vir e vivis secessit,
 quo totus non dignus erat mundus. Eheu! occidit
 præsidium meum. Et quomodo egomet rebus de-
 speratis ipsa non cadam? Diri posthac fluctus me
 propugnaculo privatam vexabunt, qui antea sco-
 pulis allisi in spumas abierant! Quod pratum amœ-
 num mors vastavit, quod bellum Siculum, quod
 omnia divina et humana ædificia destruxit, tan-
 quam lucum diis sacrum intactum reliquit. Jam
 pretiosum sapientiæ balsamum profusum est, quod
 odoris suavitate omnes qui res præstantes amant
 allexit; et ex utroque ego heri secundum Pauli
 verba Christi dulcem odorem vitæ gustavi; nunc
 autem mortis horribili odore suffocor. Cum eo
 vita defuncto os gratiosum, instrumentum magnæ
 libertatis, periit! Labia balsamica obmutuerunt;
 lingua ignivoma extincta est. O vultum archety-
 pum summe venerandum, arcemque prudentiæ!
 O oculos perpetuos veræ lætitiæ indices, qui vere-
 cundiam, qui castitatem demonstrabatis, quid eva-
 sistis? Adesto, Philosophia, adesto, Rhetorica, ab
 Eustathio tantopere promotæ! Adesdum tu quoque,
 Grammatica, cum satellitibus tuis. Lamentatrices
 vos statuo sapientes, secundum verba prophetæ,
 ut, viduæ cum sitis et ipsæ, magnum sponsum
 mecum plangatis. Non enim tantum ad instar Ja-
 cobi patriarchæ, scientias geminas uxores duce-
 bat, sed omnium una maritus erat; nec unius po-
 puli duces numero decem, sed omnium provincia-
 rum Romanarum duces procreavit. Hanc ob cau-
 sam omnes civitates avo communi orbatas in spiritu
 convoco ut planetum mecum ineam; sed ante
 omnes omnium avitam, novam Sionem, cujus præ-
 stantissimus filius (secundum prophetæ verba)
 quem unice diligebat, decessit. Ita enim majori
 lugentium caterva stipatus ero, ut in communi ca-
 lamitate convenit. Quemadmodum enim Ægyptii
 cum Josepho ejusque familia Jacobum diu luge-
 bant, ita multi exteri cum Romæis salem aposto-
 licum terræ, solem universi evangelicum qui hinc
 inde virtutis ac sapientiæ splendorem effundit, de-
 siderio suo prosequuntur. Hic enim sol non ad
 me solum, sed per universam almam terram radios
 suos emisit. Nunc autem, ubi communis omnium
 pharus extincta jacet, caligo non brevis, sed
 diuturna, imo æterna tellurem occupat, postquam
 sepulcrum sidus coruscans devoravit. Per hæc
 tenebras, animalibus rapacibus ac furibus justo

‡ Jerem. ix, 17.

amiciores, que me miseram calamitas manet! Publicanis et vectigalium exactoribus præda facilis et grata ero, quam pastor egregius non amplius custodit, curaque particulari ac sollicitudine prosequitur. Somnum enim æternum dormit Eustathius telis exutus, quibus nos contra malos defendebat; qua pastor alter Davides⁵ erat qui usum ac leonem raptorem, ove e gula erepta, occidit, « sicut pastor, teste Scriptura⁶, de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ eruit. » Aut enim ad Dominum preces effudit, aut regum animos permovit, et mala fortuna evanuit. Nunc vero, proh dolor! postquam quieti se daturus in lectulo recubisset, me insalutato, diem obiit supremum. Tanto viro quomodo misera ego superstes ero? » πάντως δασμολόγοις βρωθήσομαι, ὡς ἐτοίμη καὶ θηρῶν ἐκδοτός. Οὐκίτι γὰρ ἐπαγρυπνήσει μοι ἐκεῖνος ὁ μέγας ἐμὸς φυλακὴς ὁμοίαν· οὐ φυλάξει νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπ' ἐμὲ φυλακᾶς· καθύψει γὰρ ὕπνον ὄντως παγκρατῆ καὶ τοῦ συνήθους μακρότερον ἀτρεμῆς δὲ σφειδόνῃ λόγων ἐκεῖνου, καὶ οὐκίτι φοβεῖ θηρία πονηρὰ βάλουσα. « Ἄλλος γὰρ ἦν οὗτος τὴν ποιμαντικὴν Δαυὶδ ἄρκτον τύπων καὶ πατάσων λόντα, εἴποτε λάβοι τι τῆς κατ' αὐτὸν ἀγιῆς ἐπιών, ὅπερ καὶ ἐξέσπα τοῦ στόματος· « ὡς ὅταν ἐκπάσῃ, φρεσὶν, ὁ ποιμὴν δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου ἐκ στόματος λόντος. » Ἡ γὰρ ἀλαλήτως ἰδοὺ πρὸς Κύριον, ἢ βασιλευσὶν ἐπίστελλε, καὶ παραυτὰ τὸ λυποῦν ὡσπερ τι νέφος παρίπτατο. Νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ τοιόσδε φεῦ! ἠρπάγη θανάτῳ νυκτὸς ἐπιπεσόντι, ὅτε πρὸς βραχὺ τοῖς μεθήμενοις μόχθοις ἐπιτυστάξας κατακλιθεῖται ἐπὶ στρωμνῆς, οὐδὲ λοισθίου μετασούς μοι προσφθίγματος, οὐκ ἐπισκῆψας τὰ ὕστατα, οὐ τὰ ἐξιτήρια συνταξάμενος. Εἶτα τοιοῦδε ἀνδρὸς ἐπισσοῦσα, ἐπιβίωσαι ἢ δυσδαίμων ἀνέξομαι;

Hæc et alia hujusmodi cum gemitu clamans B Θεσσαλονικη πολλὰκις ἀνομιώζουσα καὶ κωκύουσα, ποθήσει τὸν οὐκίτι παρόντα, καὶ μάτην ἀνακαλίσσεται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δεινοῖς μεμνήσεται. Σὺ γὰρ, ὦ τῶν πάντοτε πανσόφων ἀρχιερίων μακαριστότατε, μετέθης ἐνθένδε ἰλιως, καὶ ἀγρυπνὸς νόσοις, καὶ πάσης θνητῆς δυσχερείας ἀπηλλαγμένος, ὡς χιτωνίσκον ἐκδεδυνκὸς τὸ σῶμα, εἰτ' οὖν ἀποθέμενος, οὐ βία περιπεκομένῳ καὶ ἐπισπωμένῳ ἀπερρώγως. Πάλαι γὰρ τὰς σχετικὰς τοῦδε ἀντιλαβὰς ἐξαλυσκάζων, ἀπιστάταις φιλοσόφῳ μελέτῃ θανάτου· ἀκροθιγῶς δὲ παραψαύων καὶ βραχεῖ ποδί καὶ οἷω ἂν τις ἐν ἐπιπέδῳ ἐπιφανείας ἐφαπτοίτο σφαῖρα, τοσοῦτῳ περιπέκοιο ἢ παρήρητησε τοῦτο, ὅσῳ μὴ ζημιούσθαι τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσφερόμενα τῇ ψυχῇ φυσικὰ τε καὶ ὀργανικὰ πρὸς ἀρετὴν ὑποურγήματα· ὡς ἐπὶ λυσιμελεῖ δὲ ὕπνῳ ἀνακλιθεῖς, δέδωκας ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς χροτάφοις ἀνάπασιν· εἰτ' ἐλελήθεις ὕπνῳ ὕπνον ἐπισυναψας, τῷ διακοπτομένῳ τὴν ἐγγήγορσεν τὸν συνεχῆ τῷ βραχεῖ τὸν μακρότατον, καὶ τῷ ἐκβαίῳ τὸν χαλκῶν· καὶ οὕτως ὕπνώσεις εἰς θάνατον ὅστων Θεοῦ καὶ Θεῶν τιμιώτατον. Οὐ χεῖρες νηρῶν καθέλιον ὁμοίαν σά, ἢ μετῆ, ἐπὶ λέχους νεκρούμενα ἤρμωσαν· ὕπνου δὲ πανάπαλος ἐπαφῆ, τοῖς φίλοις ἑαυτῆς θελήτῳις εὐνάσσασα καὶ κλινοπετῆ ρυθμισασα, ἀτάραχον οὕτω καὶ ἐποχον ὕπνῳ γαλήνῃ καὶ ὡς δι' ὄνειρων πυλῶν εἰς θάνατον προὔπεψεν, ἢ (προσφύεστερον εἰπεῖν) ὡς ἐξ ἄλλοδαπῆς τῆσδε τῆς παροικίας εἰς τὴν ἐκείσε πατρίδα διεπόμεθεν· ὡς καὶ τις ἠρωϊκὸς καὶ πλὴνπληθὸς

⁵ I Reg. xvii, 34. ⁶ Amos iii, 12. ⁷ Gen. xlix, 32.

σοφῆς ἐξ ἑλλοτρίας νήσου παρὰ τῆ κοιτῆσι καθύδων Α εἰς τὴν ἐνεγκαμένην νήσον κομιζέται. Κατὰ γὰρ τὸν θεοπσίον Ἰακώβ ὡς κατέπαυσας ἐπιτάσσων τοῖς κατὰ πνεῦμα υἱοῖς σου, ἐξήρας ἐπὶ τὴν κλίνην τοὺς πόδας ἐξήλιπες· ὅτε καὶ ὑπαρ, οὐκ ὄναρ, κατ' αὐτὸν ἄρας, ὃν αὐτὸς ἑαυτὸν διεδαθμίδωσας κλίμακα· ὡς κρηπίδα μὲν βαλόμενος πολιτευτικὴν μετριοπάθειαν, τῆ δὲ μετριοπαθείᾳ τὴν καθαρτικὴν ἐποικονομασάμενος ἀπάθειαν, ἐπὶ δὲ τῆ ἀπαθείᾳ τὴν νοσηρὰ ἐνέργειαν, ἐπὶ δὲ τῆ νοσηρᾷ ἐνεργείᾳ τὴν ἐπὶ κρηπίδι βῆθραν τῆς θεώσεως· ἐφ' ἣν καὶ ἄγγελοι πύργους ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον, ὁδῶποιούντες σοι τὴν ἀνοδὸν καὶ προπέμποντες ἀνιόντα ἐκ μὲν συναγωγαστικῶν καὶ σπουδαίου ἀνδρῶς εἰς θεωρίαν κεκαθαρμένον, ἐκ δὲ θεωρητοῦ πρὸς νοσηρὸν, ἐκ δὲ νοσηροῦ πρὸς Θεόν. Οὕτω καὶ ἡ κατὰ σὲ κλίμαξ Β ἐστηρικτο μὲν ἐν τῇ γῆ, τὴν δὲ κεφαλὴν εἶχεν ἀφικνουμένην εἰς οὐρανόν, ἐφ' ἧς καὶ ὁ Κύριος ἐπιστήρικτο, εἰς ὃν ἀνῆλθες ἐξ ἡμῶν τῶν χαμαι ἐρχομένων διὰ τῆς ἀναγωγῆς ταύτης κλίμακος, Θεὸς ἄγγελοις κατιοῦσι καὶ συνανοῦσι δρομοφορούμενος. Ἐχοιμ' ἀν λέγειν, καὶ ὡς ἀποστολικῶς τὸν δρόμον τετέλεικας. Ἄμειναι τοι καὶ ὡς ἐν φυλακῇ, τῷ βίῳ τῷδε, καὶ σὺ κατὰ τὸν κορυφαῖον Πέτρον τηρούμενος, ἐδίδεσο δυοῖν ἀλύσειν, ὑπνῶ καὶ δεσμῶ φυσικῶ· ἀλλ' ἐπίστα σοι ἄγγελος Κυρίου, ὡς ἐκείνῳ κειμένων νυκτῶς, καὶ παραχρῆμα ἐξέπεσον ἀπὸ σοῦ αἱ ἀλύσεις αὐταί, καὶ τῆς φυλακῆς ἐξῆεις ἀθετός, καὶ ἠκόλουθες τούτῳ ψυχαραγωγούτι σε. Τάχα που καὶ δράμα κατ' ἐκείνον ἐδοκίμει βλίπεν ἀμνημονῶν, εἰ ἀληθῆς ἐστὶ τὸ δι' αὐτοῦ γινόμενον· ἴως τῆς σιδηρᾶς πύλης αὐτομάτως ἀνοιχθείσης σοι, τῆς φερύσης εἰς τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν ἐξῆλθες, ὄντως καὶ σαφῶς, ἐγνώς, ὅτι ἀληθῶς ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό σε ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. Μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος αὐτὸς μέσης νυκτῶς ἐλθὼν, ἐργαγορότα σε ὑπὸ λύχνῳ διακρίσεως καιομένων, καὶ σφροσύνη τὴν ὀσφύν περιεζωσμένον εὔρεν. Εἰ γὰρ καὶ φυσικῶς ἐκάθευδες, ἀλλ' ἡ καρδία σου ἄλλως ἠγρύπνει, κατὰ τὰς φρονίμους παρθένους ἀσβεστον τὴν λαμπάδα κοσμήσασα. Τούτῳ τοίνυν καὶ τῷ καλῷ νυμφίῳ ἄνωγί τῆς νυκτῶς ἐλθόντι ἐτοιμῶς ἐκπύτηκεν.

Ὅντως τοῦ παλαι χυροῦ γένους κόμμα σὺ λοιπὸν καὶ παρὰ τοῦτο κατὰ τὰ πάτρια ἐκείνου βιούς, οὕτω καὶ τίθησκας μαλακῶ δεδμημένος ὑπνῶ· μᾶλλον δὲ συζεύξας ξυνωρίδα ἀδελφῶ διδυμούντε, ὑπνον καὶ θάνατον, ξυνωρικεύσω, καὶ ἐπιτάσθης εὐθὺ τοῦ χώρου τῶν ζώντων, καὶ τῶν οὐρανοῦ πύλων ἀνοιγομένων σοι χαίρων εἰσόδος, κατὰ στολὴν ἀρχιερατικῆς δόξης ἡμισισμένος, καὶ τοῖς ἀμφιπονοούμενοις τὸ ἐκείσε θυσιαστήριον προστιθέμενος. Ἐυθα τῶν μὲν περὶ τὸν Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ ὁ θίασος ὑπανίστανται σοι καὶ προεδρίας παραχωροῦσιν, αἰδοῦμενοι οὐ μόνον ὡς ἱεραρχία σιμωνότερα τῆ κατὰ Χριστὸν ἐπιπρέποντα, ἀλλὰ καὶ ὡς λαμπρότεροι τῶν παρ' ἐκείνοις χυροῶν ροίσκων καὶ κωδίσκων κυκλοῦμενον, οἷς εὐαγγελικῶς ἅμα καὶ ῥητορικῶς ὑπερήστραπτές τε καὶ ὑπερεβρόντας τὰ κατὰ τὸν ὑπόζοφον νόμον καὶ ἰσχύρων σύμβολα. Τῶν δ' ἐν τῇ χάριτι πάλιν ἀρχῶν καὶ σοφίας στεφάνῳ τὴν ἱερατικὴν ἐπιεκοσμηκῶτων κίθαρην εὐθεν μὲν Κλήμεντες καὶ Διονύσιοι προσυπαντώσει καὶ περιπτύσσονται σε, χαίροντες τῷ ὁμοίῳ καὶ

non per somnum, sed veram vidisti, cujus gradus pertransiisti, a moderatione in rebus mundanis ut fundamento exorsus, animam a cupiditatibus liberans, spirituale instituens regnum, summum autem gradum divinitati attribuens; scalam, inquam, per quam angeli ascendebant et descendebant, viam tibi monstrantes, et Eustathium, qui per episcopatum ad contemplationem præparatus erat, a contemplatione a Dei ipsius intuitionem perducentes. Sic quoque scala ante oculos tuos posita cælum attingebat, et in cuius apice Deus residebat; per quam, nobis humi relicti, per meos angelos, deus factus ipse, ad Deum ascendisti. et ut apostolus iter tuum conficisse mihi videris. Nam procul dubio, sicut Petrus princeps apostolorum, tu quoque in carcere duabus vinctus catenis, somno ac corpore tenebaris, sed angelus Domini ut illum quondam noctu, nunc te adit, et confestim catenæ ceciderunt de pedibus tuis, et vinculis exemptus eum qui animam tuam traducebat, sequebare. Tu quoque fortasse, ut Petrus, visionem videre tibi videbaris, et utrum ab angelo facta vera essent dubitabas, donec porta ferrea sponte aperiretur et in urbem egregie obmunitam egressus videres. Dominum vere angelum suum misisse qui te a mortis manibus eriperet. Quin Dominum ipsum media nocte expergefatum zona honestatis te cinctum reperiisse crediderim. Quamvis enim corpus tuum dormiret, mens tamen tua vigilans, ut virgines prudentes, lampadem ardentem ornabat. Quare ad obviam Sponso eundem hora noctis intempestiva paratus eras.

Ætatis auri tu revera superstes esse videris, et, ut tum fiebat, dulci somno irretitus mortuus es, imo post obitum in biga somni ac mortis vectus e viventium terra ferebaris, et per portas cœli apertas lætus, gloriæ archiepiscopalis veste indutus ingressus, iis quibus sacra peragere demandatum erat, accensebaris. Ibi coram te, inque tuum honorem surgunt qui circa Aaronem ac Samuelem sacra faciunt, non tantum quia inter Ecclesiarum antistites mirum in modum excellis, sed quia tunica tua pluribus quam illorum tunica malis puniceis ac tintinnabulis aureis interstincta erat; quam ob rem ut Evangelii prædicator et ut orator legis obscuræ symbola fulgurando superabas. Ibi tu viros ingenii ac animi dotibus ornatissimos, Clementes ac Dionysios obvios habebis et de te ut fratre gaudentes, qui ad ipsorum exemplum, philosophiam Græcam Christianæ philosophiæ, servam diligentem dominæ sanctæ subiecisti. Te Basilius et Gregorius gratisimum advenam excipiunt, et dignum qui cohæres sis judicant cum iis qui sicut tu orationibus exi-

miis et plus quam argenteis vel aureis Ecclesiam A condecoraverunt. Phineæ quoque collegium sine odio et invidia te ad ipsorum partes trahunt; probe enim sciunt te ad impietatem lapsos verbis reprobatoriis acrius quam gladio vulnerasse. Tandem Christus, verbum vivum, sapientia omnium creatrix, te a dextris prope thronum sistit, majusque sapientiæ poculum offerens, novam tibi potionem propinat, quam cum hominibus perfectis in regno paterno gustare ab omni tempore destinatum erat: « Neminem enim diligit, Salomon dicit, nisi eum qui cum sapientia habitat⁸. » Tu autem qui jugiter cum illa manes, solius sapientiæ illecebris detinebaris, imo cum ea quasi cum uxore conjunctus ei vivebas, ei mortuus es, et nunc quidem ab omnibus corporis miseriis liberatus, fontis B ejus æterni iustam partem es assecutus.

παριστήσατό σε και μείζονα σοφίας ἰσθησί σοι κρατήρα, και τοῦ καινοῦ προπίνει σοι πόματος, ὅπερ μετά τῶν ἀξίων ἐν τῇ πατρικῇ βασιλείᾳ πίνειν ἀφευδῶς ἐπιτήγελτο. Αὐτός σε γάρ οὐδέτι ἀγαπᾷ, ὡς φησι Σολομῶν, εἰ μὴ τὸν σοφία συνοικοῦντα. Καὶ σὺ δὲ, παροικῶν ἐτι δεῦρο, μόνου κάλλους σοφίας ἐάλως, και μόνῃ σοφίᾳ προσετιτῆσαι εὐθύς ἐκ παιδός, και συνδιαβειώσκας ταύτῃ και ἐπανίψυξας, και νῦν τὴν αἰδιον ταύτης πηγὴν, καταλλῆλον λήξιν, κεκλήρωσαι, τῶν ἐνταῦθα περὶ τὸ σῶμα και ἐν σώματι δυσκόλων ὑπεραρθείς.

Quod si nos terrestres incolas respicis, o chara anima ut sane facis; vox enim mystica nos docet hoc præmium honorificum esse justis, ut tu, aut pignus bonorum promissorum, quæ oculus non vidit, auris non audivit et quæ in cor hominis nunquam descenderunt⁹, noli hocce lacrymarum sacrificium aspernari, quod tibi quamvis super sepulcrum tuum non effusum offero (quod complecti consolationis ergo non mihi datum); quamvis istæ lacrymæ melle laudum tuarum non satis conditæ sint. Tu mihi quoque guttulam gratiæ tuæ committas; ejusmodi enim officia præstare, dummodo velis, nunc maxime magis quam antea vales. Non postea oculis nos videbimus, non per litteras confabulabimur; immensum enim spatium inter terram et cælum sidereum, id est inter nos intercedit; attamen non desperamus fore ut tecum una simus. Ista quidem intercapedo nobis quoque transilienda, quamvis post tempus, erit. Sed alia mihi nunc intercapedo in mentem venit multo horribilior, nec minor quam distantia inter sinum Abrahami et inferni gurgitem, et ubi hinc inde transire non datur. Tu quidem in beatorum numero versaris, nobis autem maxime metuendum est ne ut divitis illius in gehenna ardentis socii ad eandem pœnam condemnemur et in æternum a te separemur; quæ quidem separatio cum præsens tum futura animum meum gravissime angit. Faxit Deus pro misericordia et tui gratia ut Moysem et prophetas audiamus Christique Domini testimonio credamus qui a mortuis resurrexit, et ut sinceram facianus penitentiam agamus, ne et ipsi in istum locum tormentis horrendum detrudamur, sed digni habeamur qui tecum Deo omnipolenti sacra per-

κατὰ ταῦτα σφίσει ὑποκλίναντι τὴν Ἐδέσσα φιλοσοφίαν τῇ Χριστιανικῇ θεοσοφίᾳ και σεμνῇ δεσποτικῇ σπουδαίαν θεράπειαν · ἐνθεν δὲ Βασιλείοι και Γρηγόριοι δεξιούνται σε, και τῶν παρ' αὐτοῖς συγκληρονομεῖν ἀξιοῦσι μόνων, οἷς κατ' ἐκείνους περιέθεκας κόσμον τῇ Ἐκκλησίᾳ πολύτιμον, λόγους λαμπροῦς και δόγμασιν εὐαγγελικοῖς γεγονωμῖνους θαυμασιῶς, και ὡς εἰ τις ἀργύρῳ χρυσὸς ἐπιχείοιτο. Ἡ που και τοῖς περὶ τὸν ζηλωτὴν Φινεῖς οὐκ ἀζηλα τὰ κατὰ σε και ἄλλας ἀδέρεια; Ἀνθίλοκουσι δὲ σε και οὔτοι πρὸς ἐαυτοῦς και καθίζουσι πάρεδρον, εἰδοῦτες, ὡς πλείους αὐτὸς ἤπερ οὔτοι η κερνομαίαις ἐκφύλοις συμφθειρομένους δι' ἀμφοῖν ᾄθησας, και τομώτερον σιρομαίετον παντὸς ἐλιγχοῖς διήλασας. Ἐπὶ πάσι Χριστός, ὁ Λόγος, ὁ ζῶν, ἡ αὐτοσοφία, ἡ πάντων γενέτις, και πάντων τεχνίτις, ἐκ δεξιῶν και ὡς ἐγγυτάτω τῶν ἐαυτῆς θρόνων

Ἄλλ' εἰ τι τῶν ἐνταῦθα και νῦν κλύων ἐπίστρεψαι, ὡ σοφὴ και φίλη ψυχὴ, ὡσπερ ἄρα και ἐπίστρεψαι δῆπου (γέρας γάρ, ὡς ἐν ἀπορρήτοις μανθάνομεν, τοῦτο τοῖς κατὰ σε, εἴτ' οὖν ἀρραβῶν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν, τῶν οὐθ' ὁρατῶν ὀφθαλμοῖς, οὔτ' ἀκουστῶν ὤσιν, οὔτ' ἀνθρωπίνῃ καρδίᾳ καταληπτῶν), δέχοιο τήνδε ὡν σπένδω σοι διακρίων χορὴν, οὐκ ἐπὶ τῇ πολυλόβῳ και πολυκλαύτῳ σῶ κειγμένην τύμβῳ (ὅτι μηδὲ περιπτύξασθαι τοῦτον ἐνεσί μοι, και τινα παραψυχὴν ἐκείθεν ἀρύσταθσαι), οὔτε πολλῶ και ὅσον ἐχρῆν ἐγκωμίων σῶν κεκαμμένων μέλιτι · και μοι τῶν σῶν χαριῶν ἐνσαλαξον ὄσονοῦν ψέκασμα · ἐξὸν γάρ σοι βουλομένομ χαρίζεσθαι, και μείζω νῦν ἢ πρότερον · Οὐ γάρ ἄστερος ὀψόμεθα θάτερον τοῦ λοιποῦ, οὔτε γοῦν, ἀνεπιστέλλοντες ἀλλήλοις, τὴν ἀποδημον ομιλίαν σοφισόμεθα · χάσμα γάρ μέγα, και ὅσον μεταίχμιον γαίης τε και οὐρανοῦ ἄστερόεντος, ἐστήρικται μεταξύ ἡμῶν τε και σοῦ. Και εἴθε μόνον ἦν τοῦτο, και οὐκ ἂν κρείττον ἢ κατ' ἐλπίδα ἡμετέραν ἐδόκει τὸ και

D ἐσαυθίς συνίσεσθαί σοί ποτε · περατὸν γάρ ἐστιν ἡμῶν ἀναγκαίως τοῦτο τὸ χάσμα, και ὅσον οὐδέπω και αὐτοὶ πρὸς τὰ αὐτόθι που πάντως ἐνθίνδε διαβησόμεθα. Νῦν δὲ δεύτερον ἐπ' αὐτῷ χάσμα πυνθάνομαι πολὺ φοβερώτερον, καθότι και ἀποτομία διαστάσιως ἀπέρρωγε πλείου, και ὅση τις ἂν γένοιτο ἢ ἀπὸ κευθμῶνων ἄδου ἐς κόλπους Ἀβραῆμ ἀγομένη διάμετρος · ὡς οὐδ' ἐτέρωσε τοῦ λοιποῦ διαβαίνειν ἐξείναι τοῖς παρ' ἐκάτερα. Δεδίεναι γοῦν ἀξιον, μὴ, σοῦ γε κατεληγρότος ἦδη τὴν τῶν κατὰ σε μακαρίων χώρων, ἡμεῖς ὡς ἀδελφοὶ τοῦ ἐν ἄδῃ βασανιζομένου πλουσίου εἰς τὸν αὐτὸν ἐκείνω τόπον ἀπαχθησόμεθα, και τότε δὴ τότε μεγάλῳ ὀτῶς και οὐδόλως περατῶ διαστησόμεθα χάσματι. Οὕτω και

⁸ Sap. vii, 28. ⁹ I Cor. ii, 9.

ἤδη παρόντι τῆς διαστάσεως ὑπεράχθομαι, καὶ τὸ A agamus et in sanctissimum veri tabernaculi a Deo
 μᾶλλον τοῦ χωρισμοῦ πλέον πεφόδημαι. Δοίη δὲ ipso, non ab hominibus exstructi introeamus pu-
 Θεός, Δεούμενος παρὰ σοῦ, ἀκούειν μὲν Μωσίου, rificaitque sacrificio supplices assistamus.
 καὶ τῶν προφητῶν, πείθεσθαι δὲ διαμαρτυροῦντων ἡμῖν καὶ τῷ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι διεσπότη Χριστῷ,
 καὶ γρησῖως μετανοεῖν· ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους τῆς ἑκείνου ἀπέλθοιμιν. ἀλλ'
 ἀξιωθεῖσθαι σὺν σοὶ θύσαι τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, εἰς τὸ ἐνδοτερον ἄγιον τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς,
 ἣν ἔπηξε Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, εἰσιόντες, καὶ τῷ ἐκεῖ νοητῷ θυστηρίῳ καθαρώτερον προσεδρεύοντες
 καὶ λατρεύοντες.

MICHAELIS ACOMINATI

CHONIATÆ

SANCTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

MONODIA

IN FUNERE FRATRIS, JUDICIORUM EPHORI IMPERATORIOQUE CUBICULO
 PRÆPOSITI, C. NICETÆ CHONIATÆ, HABITA·

Ex edit. Morellii. Paris. 1580, 8o. — Græcum textum post impressa Latina invenimus in cod. Paris. 1234,
 sæculi decimi quarti, bombycino, sed lacunis misere fœdato, quas Morellius interpres conjiciendo
 explevit. Exstat qualis qualis in fine hujus tomi)

O calamitosum nuntium! o adversum infe- B
 stumque rumorem! qui simul ac improvise et
 insperato hominum sermone meas ad aures
 allatus est; illæ mox tanto terrore concitate sunt,
 ut mihi (quod delirantibus et mente captis usu-
 venire solet) tinnire atque circumsonare, pectus-
 que adeo ipsum mœrore contabescens, mucrone
 peti transfigique videretur. Unde cruentas hasce,
 opinor, quas effundunt oculi lacrymas conceperunt
 cruentis illis guttis persimiles, quas tragædiis
 perappositi scenica vulgo venustas effingit: ut
 mirum sit, quin et ipse attonitorum illorum fana-
 licorumque unus aliquis evaserim, omnique sensu
 privatus in columnam aliquam dirigerim. Ad
 hodiernum tamen usque diem in vivorum numero
 supersum, non ignarus quantas in miserias sim
 prolapsus, quarum cognitione et conscientia, que-
 rulas has voces et singultus reciprocos elicio.

Verumenimvero fieri potest, ut hac arte pœnas
 a me vindex Numen exigat, ne forte mente in
 universum captus, et sensibus orbatus, extremo
 hoc supplicio siccis oculis, citraque dolorem
 constringar, sed integra mente præditus, quæque
 dolores persentiscere possit, acrius inde vivus
 vidensque lanciner. quidquid sane tristium sensu
 privatur, id demum doloris expers esse dicimus.
 At ego etiamsi in statuam aliquam transmuler,

¹ Gen. xix,

(1) Alludit ad illud Matth. v, 13: Vos estis sal
 terræ, etc.

sive lapideam illam, quæ (ut in fabulis est) mutas
 distillat lacrymas: sive illam, cujus in Scriptura
 mentio fit, quæque vulgo statua salis appellatur ¹
 (eodem certe mecum communique nomine, qui
 nihil aliud esse mihi videor, quam sal insul-
 sum (1), idcircoque foras projectum, ut ab homi-
 nibus conculcetur), tamen ne sic quidem vindicis
 Adrastæ Nemesin effugi; quippe quidiuturniores
 pœnas luam, dum semper idem futurus, infesto
 numine cunctis illudendus exponor (2). Altior
 etiam multo vel jecur ad ipsum dolor penetrat
 dum cominus contemplor, qualis malorum
 colophon misellæ animæ insultet, qualis ærum
 narum coronis pristinis malis accrescat, denique
 quam perniciosa rebus meis, infortunataque sum-
 ma accesserit: quæ mihi, quæso. pœna jam gravior
 irrogari potest?

Hei mihi! charissime frater, hei mihi! quam
 procul a nobis dissitus es! non quanto certe heri
 nudiusve tertius spatio, nimirum aliquo illo
 chasmate, quod Græciam et Bithyniam interjacet,
 sed multo vastiore et remotiore: quanto scilicet
 Orcus a viventium regione disjungitur. Heu me
 miserum! quod hinc ad remotissima illa loca sis
 admissus, ex quibus nulla reditus ad nos spes
 affulget. Omni igitur videndorum de cætero libe-
 rorum tuorum, vel ab ipsis videri spe, impri-

(2) Ad Tityi fabulam alludit.

misque adeo sororis charissimæ interclusus es. Quis hoc mihi tribuat, ut morte mea vitam tibi redimam, ut scilicet illud ipsum præstem quod tanopere divinus ille Davides expectabat (3), idque in Absalone filio, qui in eum violentus insurrexerat, ejusque vitæ insidiatus erat?

Quod si ille propriam vitam profundere non detrectaverit, modo filium moribus tam deploratis infamem a morte assereret, qui non et ipse votis omnibus nomine tuo lubens vitam morte commutare percipiam, cum præsertim mihi sis frater, omniumque adeo fratrum longe charissimus, quamvis si disciplinæ sit habenda ratio, a me per alterius cujusdam multiplicis habitus temperamentum progenitus videaris? Ambo quidem certe ex ejusdem patris semine, ejusdemque matris sanguine ortum habuimus: natuque adeo maximus ego nativitatis limine pedem prior extuli, qui utinam limini quoque mortis prior intulissem, sicque fratres alios tanquam ex multis unus subsequutus fuisset!

Cæterum cum pater, librorum juxta liberorumque amantissimus, ex Asia Byzantium discendi gratia adduxisset quo tempore pubertatis annos attingebam magistris artium liberalium, et vivendi præceptoribus (jam enim grammatices utisque versuum componendorum methodi fundamenta jeceram) in disciplinam tradidit. Postea cum ibi agenti multum temporis interfluxisset, illum quoque mihi annos ad novem natum pater in manu dedit, obtestatus ut omnium muneri, patris, inquam, alumni, pædagogi et præceptoris, in instituendo fratre vicarius succederem. Quorum sane omnium officium, pietatem, diligentiam præstiti: atque dum omnes in eorum vultus, et oris habitus, me compono, et plura etiam præsto quam a fratre expectari soleant, illorum tandem accessionibus ad summum pietatis fraternæ officiique gradum conscendi, nec remissiore vicissim studio ad eandem ille fraternæ benevolentiæ excellentiam animo connitebatur, laboreque contendebat, præterquam quod ille vel longe plura perceperit, quam contulerit beneficia, tantisper dum apud nos moribus juxta liberalibusque disciplinis informandus conversatur.

Cum primum vero Athenæ me meæ illumque non inter pedarios, sed primariæ auctoritatis viros, imperatoris excepit aula, sine ulla mora et confestim accipiendis rependendisque beneficiis inter nos certare desiimus. Nobis enim et ego et Athenæ multorum nec contemnendorum beneficiorum ab illo sæpenumero perceptorum conscii sumus: cum tamen a nobis ille vel nulla omnino, vel admodum pauca vicissim perceperit.

Verumenimvero tantum abest, ut sic illa fraterni amoris gratia disjuncta fuerit, cum etiam arctioribus utrinque nodis, minusque dissolubili-

bus coierit. Quod si quis utrique in commune casus infestior intervenisset (ut naturalis illa sympathia animos hominum lætis exhilarare, contraque tristibus exulcerare solet), facile quivis per se conjiciat, quanto nobis inde eo potissimum tempore, quo inter extraneos constituti, amicorum cæterorumque familiarium necessitudine intercludebamur, alienaque ope destituti operas soli mutuas inter nos conferebamus, atque inter ipsa peregrinæ regionis incommoda, mutuo solatio dolorumque fomento levabamur, tanto scilicet amore patriæ desiderioque tenebamur, in qua non sine varia laborum lucubrationumque vicissitudine, artium liberalium cognitionem conceperramus, quarum argutiis et acuminibus ingenia nostra meditates exercueramus, cum nimirum ad eos me conferrem, qui majorum gentium disciplinas et mathemata pertractabant, ille vero a me, quantum tenella pueri ferebat ætas, semper ab ipsis incunabulis ad meliora quæque et perfectiora capessenda institutus, in illis paulatim exerceretur, sicque proficeret, ut tandem velut enatis et coalescentibus pennis per illum disciplinarum orbem, et in primis sophistarum argutias, alarum levitate subvectus, jam deinceps ad ea quoque theoremata, quæ sublimioris et augustioris contemplationis indigent, subvolare posset.

Verumenimvero cum jam sumpta virili toga ad id ætatis adolevisset, quo quidem de multis hujus vitæ semitis una omnino seligenda erat, quam insisteret, aut ingrederetur, tunc temporis, (ohu, qui siccis oculis obductam reipublicæ status, tunc inaudita novitate immutati, et accisi cæcricem refricare poterit!) tunc temporis, inquam, prima dissidii occasio exoriri ausa est, quæ fratrum unum idemque sentientium conjunctionem diversa vitæ conditione disjungeret. Atque mihi quidem (quem parentes a puero, tanquam sobolis suæ primitias, sacri altaris ministerio inauguraverant) vita privata vel imprimis arridebat. Itaque unam petii a Domino, ut sancto ejus templo præficerer, nec ad tantula negotia, quantulis hominum vulgus obrui solet, animum applicarem, sed potius bonas horas otio literario, evolvendisque veterum scriptis consumerem. Ille vero antequam certum ullum scholasticæ, nudave eorum quæ sunt cognitionis et scientiæ specimen dedisset, totum se in eo vitæ statu et instituto ultro collocavit, quod ad humanas actiones propensius, reipublicæ studiosius, denique pluribus expositum curis est, quam ei qui serio philosophari velit, expediat. Ut autem quod ipse sibi subjecerat, atque apud animum suum proposuerat, in melioribus auspiciis, magisque e re sua succederet, cautionem quoque et diligentiam adhibuit. Itaque facultatem et copiam dicendi, jurisque civilis scientiam quanta potuit agendi et

(3) *Quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon?* II Reg. xviii.

cogitandi solertia, tanquam perapposita percommodaque ad rempublicam capessendam subsidia et instrumenta sibi comparavit. Siquidem me præceptore politicis disciplinis in sapientissimorum doctissimorumque virorum corona animum excoluit atque informavit; nec ita multo post vagæ volubilisque fortunæ tellis expositus est.

Hæc nimirum fuit dira illa Andronici tyrannis, quæ velut hedera multiplici erraticoque lapsu serpens (sic enim tyrannidis vim depingere liceat) clavibus suis, quasi manibus herbescens imperii nostri viriditatem complexa, repressit et suffocavit. Simul ac enim certa cum reipublicæ pernicie in ædes augustas irrepsit, quo nimirum tempore frater meus, ex scribis et amanuensibus imperatoris unus erat, tum demum lethale virus afflare, majoreque hominum odio, quam tetra ulla immanisve bellua laborare cæpit. Et quemadmodum torvis truculentisque læna nuper enixa venaticos canes oculis obtueri solet, ita tyrannis, si quem inter imperatoris aulicos et familiares fidum et industrium deprehendere potuit, eum statim suspectum habere, omnique ad illum procul extrudendum conniti animo et labore contendere cæpit. Illud vero utique præstitit, quam plurimosque potuit uno et eodem supplicii genere multavit.

Quæ cum præsens ille tyrannorum, aut (ut generaliore verbo utar) improborum osorintueretur, a tyranno communi hominum gurgite, et immani bellone secedere, quam libidini crudelitati que illius inservire maluit; illud quidem audaciæ, hoc vero impietati ascribens. Itaque procul ab Jove (ut aiunt) et fulmine recedere decrevit.

Inde ergo ubi imperium in tyrannidem versum, nec amplius ulli patere videt (qui saltem veræ religionis studiosus sit), obfirmato animo contra nititur, ad studiumque juris civilis transfugiens, imperium tyrannide deformatum legum museis, Themidosque sacrariis commutat: quæque frequenti et assidua lectione ex librorum chartulis excerpere potest, ea in pectoris sui pugillares transcribit, atque adeo tandem viva legum tabula, spiransque commentarius evadit. Deinde sublata tyrannide, imperioque redivivo, ille quoque ad res augustales obeundas, velut postliminio revertitur. Opus sane tanto commendabilius, ut quod legitimis reipublicæ gradibus succederet, quanto remotius hesternæ tyrannide secessisse, vel etiam ex diametro repugnasse videbatur.

Idem præterea alio magistratu exornatus est. Tametsi vero in Thraciam non statim missus sit, ut ibi arcibus reficiendis, civitatibusque communiendis præesset, atque adeo militarium ordinum delectus haberet, id muneris tamen paulo post exsecutus est. Cæterum quo tempore de ratione vitæ intituenda consilia nobiscum inire cæpit

(‡) Prov. xii: *Mulier diligens corona est viro delectat virum suum*, etc.

(quia res domesticæ bene disponendæ sunt, isque adeo se privatis in ædibus tanquam parva quædam republica exercere debet, qui ad rerum majorum communiorumque gubernacula contendit), de familia sua constituenda primum cogitavit nuptiis cum singularis exempli femina contractis, quæque Dei Opt. Max. dono obtigisse, frugi domesticarum curarum consors futura videretur, atque eo præsertim nomine in manu viri convenisse, ut carnis utrinque liberorumque communio coiret, quæ nullo temporis unquam tractu dissolveretur, et id ex hujusmodi convictu præstaret, ne viri medullæ ullum inde incommodum aut detrimentum caperent, quemadmodum pulchre Sapientis ἀποφθίγμα suadet (‡). Quod fratris institutum cum plerisque innotuisset, qui recensere possim, quot primarii adolescentes affinitate sese nobiscum devincire studuerunt? Non tot hercule proci temulento agmine comessabundi ad Penelopem, quot ad illum matrimonii contrahendi interpretes, et quasi proxenetæ confluebant: quorum alii filiarum, alii sororum nuptias moliebantur. Magnifica et gloriosa ostentatione alii alios superare conantes, atque etiam venditatione quadam eorum quibus unusquisque ad nuptias illas tot nobilium procorum votis et concertationibus expetitas, maxime eniti, et nervos ætatis industriæque suæ contendere, earum denique potiri, composque fieri posset. Itaque alii vel generis, vel formæ, vel etiam utriusque præstantia gloriando, alii contentiarum gravitate, verborumque ponderibus, tanquam in procinctu se tutati sunt: ut mihi frater dubitans et hæsitans non parvum officii onus imposuerit, dum iudicio meo socerorum delectus committit, seque vel imprimis amplexurum affirmat quidquid super ea re mihi arrideret, factoque opus esse videretur.

O animum vere fraternalium, qui mihi omnia sua commendaret et concrederet, cujusque consilia a me, non secus atque ab aliquo numine, vim suam et effectum caperent! Quo hercule facto evidentissime patuit, quomodo meus ille, imo bonarum litterarum alumnus ad virtutem affectus esset: qua quidem nihil ex omnibus quæ sunt in rerum natura antiquius, aut observatione dignius arbitraretur: non opes, non formæ dignitatem, non generis claritatem, non famæ celebritatem: tametsi ea ætate esset, quæ facile hujusmodi fortunæ ludibriis et illecebris irretiri solet, et coacescere, dum ad avitas et patrias res augendas, nobilitandum genus corpusque reficiendum et curandum indulgentius quam par sit et ferventius incumbit.

Omnibus enim prociis, iisque præsertim qui vel summam dotem dicerent et promitterent, non sine animi excellentia et præstantia posthabitis, illustrium Belissariotarum probitati et ingenuitati

suo, etc. Et Eccli. xxvi: *Gratia mulieris sedulæ*

facile cessit, quos idem contubernium, earumdemque sub iisdem magistris artium quasi communio et societas ad necessitudinem nostram adjunxerat; illorum enim sororem, quæ in optimæ parentis oculis intra thalami parietes caste et pudice educata fuerat, duxit frater ille meus, quem Belissariotis simillimum non tam necessitudo et affinitas, quam morum convenientia effecerat. Itaque ut fratres animis non secus atque corporibus una unis in ædibus habitabant, eadem ex mensa cibos in dies capescebant, iisdem gaudentes, iisdem vicissim commovebantur, una forum, templum, conciones publicas, palatium adibant: inde rursus non singuli, sed pro more bini domum revertentur, mirificum se alter alteri comitem præbebat, ut jam æmulandum cognationis par, et auctoramentum beatissimum in ore omnium versaretur, atque adeo maxime perspicua temperantiæ exemplaria audirent. Quandiu certe cælibes egerunt, nobile par fratrum passim hominum increbrescens pervagatum est, posteaquam vero honorabili connubio in omnibus et toro immaculato jugati sunt, tum vero illis affinis idem qui mihi frater fuit. Hi alii aliorum medullis et visceribus imis velut colliquefacti, usque adeo inhærere cœperunt, ut statim illos in unam massam concretos colisse quivis æstimaturus esset, quæ quidem nullo temporis tractu dirimi aut intersecari posset, ea potissimum de causa, quod Belissariotæ quidem pro suis dignitatibus in urbe reipublicæ commodis consulenter, frater autem meus non in urbe tantum, sed etiam in provincias et municipia, ut jam dixi, ab aliis aliisque imperatoribus missus, rerum summæ præfuit.

Tempus quidem certe mutationi usquequaque patens et expositum, imperatoribus etiam superstitibus imperia ademit, a Sceptuchorumque manibus abrepta sceptrum ad alios, ab hisque denuo ad alios transtulit: fratri autem meo honores et magistratus continua imperatorum successio integros illibatosque, nec ullius successione interruptos conservavit, imo vero qui subsequerentur præcedentibus erga illum benevolentia anteire quasi contententes, ad pristinos illius honores aliquid insuper adjiciebant, viri nimirum virtute obstupescerent, tantumque ex imperio suo imminui existimantes, quantum de honoribus illius imminueretur.

Neque vero vulgares tantum et plebei homines (quibus ad honores vix ullus patet aditus, quorumve conatibus fortuna tenuior et obscurior obstare solet) palatia frequentabant, quantovis pretio honorem ab imperatoribus delatum æstimabant, publica quoque qua poterant arte munera, lucto addicti venabantur; sed hi etiam de quibus mihi sermo est, una cum virtutis et honesti amantibus illo se conferebant, beneque de Augustis

A multa munifice et large dantes promerentur, et velut sumptuosiores quidam margaritarii uniones smaragdus, lychnitasque magno pretio comparatos inde domum asportabant, satius esse rati, si dignitatum prærogativas pretio sibi compararent, quam si ab illis ultro ornarentur. Quorum certe singularem eximiamque virtutem imperatores experti, quod nimirum lucri privatæque utilitatis contemptu Aristidem, temperantia Hippolytum, Bellorophonem et Josephum, juris denique observantia Minoem, iudices minime nummarii, longe præverterent, rebus illos, suis domi forisque præfecerunt, ærariorum illis, thesaurorumque et cubiculorum suorum januas patefecerunt, charissima quæque non secus atque familiarissimis concederent; illos denique in aperta et propatula urbis administratione magnos logothetas, ephoros et polyarchas designaverunt, illorum enim virtute, veluti quodam regno, civitatum gubernacula ita exornaverunt, ut ea potius ab illis, quam illi ab ullis rerum publicarum honoribus, præmiis aut splendore, Augustorum munificentia collatis illustrarentur. Imo vero, ut dicam id quod res est, ab Augustis in clarissimorum temporum suorum ornamenta, reipublicæque gubernacula ex legum præscripto moderanda quasi communes quidam harmostæ, morumve magistri, creati sunt: cujusmodi quondam magistratus suos nullo non honorum gradu cum maxima illi nominis celebritate perfunctos vetustissima illa Roma novæ, qui vicissim urbis illius, quæ cæterarum omnium facile princeps tunc temporis floreret, imperique sui fines longe lateque protenderet, ornamenta in commune totius orbis ornamentum, communemque humanæ societatis utilitatem cedere arbitrarentur.

Ut rem paucis expediam, salva quidem sunt prosperitatis humanæ propugnacula, Pharos autem et portus, quorum illa sunt adminiculis conservata, naufragium nobis abstulit (5).

Qui tamen hoc fieri potest, ut tantorum virorum virtutes tam succincte, verbisque tam paucis ita percurram? ut plurima silentio præteream? partim quidem confusus ex eo, quod affectu sim vehementi et concitato magis quam bonis illis adducto et persuaso, quibus et in vita præditi et in morte non sine magno sæculi nostri detrimento privati fuerunt: partim vero cautius prospiciens, ne quis hanc orationem suggillet, ut quæ instituti argumenti oblita, majorem Thylaco, ut in proverbio est, accessionem fecerit.

Quandoquidem nova Sion, non secus atque vetus illa, a suis tanto in rerum discrimine deserta, in hostium manus incidit, et funditus eversa est. Quidquid etiam in ea supplementi, vel latebrarum, vel levis armatæ beneficio, manus hostiles subterfugerat, Nicæam Bithyniæ metropolim commi-

(5) Alludit ad illud Scip. Nasicæ apud B. Aug. de Civit. Dei lib. 1: *Stant mœnia, ruunt mores.*

gravit, ibique adeo nunc exsulant, qui hesterno A die concivium suorum lætitiæ congratulati, hodierno, proh dolor! mœrentibus congemiscunt: ut qui beatæ antea civitati ornamento fuerunt, iidem hodie infelici solatium afferant. Iis enim ipsis quæ dicebant, quæque sapienti et magno animo disciplinæ attenti patiebantur, non parum consolationis afferebant, ignavit que pectoris et hebetioris ingenii hominibus non parvos ad fortitudinem capessendam aculeos adjiciebant.

Itaque quemadmodum Ezechiel et Daniel eos qui apud Babylonem animo deficiebant, exclamantes: *Exaruerunt ossa nostra, spes nostra desperata cilicet evanuit* 1: perappositis colloquiis recreabant, quandiu vivis illis frui, quandiu condolentes et consolantes experiri licuit, leviora procul dubio fortunæ tela sentiebant, nec omnino a patria se sua exsulare arbitrabantur, ut qui pulcherrima civitatis suæ donaria, capitaque adeo quibus reipublicæ gubernatio innititur, etiam tum ostentarent. Non enim ex mœnibus, quamlibet illa hominum manibus affabre structa, aut tectis sublimibus, aut porticibus, aut foro exornata sint, vera civitatis forma dependet (6); sed ex hominum probitate, honestate, religione: quibus quicumque præditus est, etiam si sub quercu pernoctet, melioris ille naturæ hospes efficitur, dignior interim, quem civium suorum catalogo quælibet urbs accenseat, nedicam mundum ipsum, quantusquantus est, hisce moribus incola prorsus indignum.

Quæ quidem omnia, tanquam piæ civitatis fundamenta, præsentis illi vel solo nutu adimplebant, ut quorum animis reipublicæ bene constitutæ forma altius impressa esset, ac si ejusdem leges animatæ, quoddamque velut superstitis Constantinopoleos propugnaculum essent. Posteaquam vero par illud fratrum sanctimoniam fama celeberrimum, ad cœlestem illam rempub. paucis ante diebus evocatum est, nec ita multo post frater ille meus, qui duorum jugo tertius accesserat, eodemque quo illi senatorio munere fungebatur, una quoque cum illis assumptus, æternique senatus albo adscriptus est; tunc vero nostri illi Megalopolitani (7), qui Nicæam commigraverant, illos a se abductos senserunt, tunc uno omnium consensu nudos se, pristinaque D gloriæ ornamentis spoliatos agnoverunt: tunc denique se nihil aliud quam miseros exsules et extorres, atque omnino civitate pulsos ingenue professi sunt. Quamobrem in luctus etiam æque acerbos inciderunt, atque si ipso in temporis articulo civitas illa repentino hostium incursu victa eversa que corruisset. Enin vero cum præstissimis quibusque rebus spoliata esset, cum sua illa ditissima æraria hostium direptioni exposita vidisset, quantum, proh dolor, Christianæ reipub, vinculum dissectum est!

¹ Ezech. xxxvii, 11

(6) Alludit ad Lacedæmoniorum rempub. quæ viris, non mœnibus inniteretur.

quæ civitatis unitas dissoluta concidit! quantus honorum cumulus inversus est! qualem probitatis honestatisque triplicem funiculum (8), non calamitatum quidem. juxta sapiens illud ἀπερθεῖμα dirupit πειραστις, aut circumstantium casuum violentia divulsit, at sola mors aureum virorum illorum catenam dissolvens. sigillatimque dissipans, ad nihilum tandem redegit: cumque adeo clementissimus ille vir, optimusque Michael primus fato concessisset, ex facili illa et simplici anima tantum superfuit, quantum Megalopolitana colonia suos in usus reposuit: unicum interim dolorum solatium, locupletem illum scilicet multiscumque Joannem sibi proponens; illum, inquam, qui consilio et prudentia reliquos antecellere cives, reipublicæque adeo optime constitutæ vivum exemplar dicebatur.

Verum posteaquam paucis interjectis diebus hoc quoque fratrem subsecuto nostra colonia orbata est, atque justa funeri ejus persolvit, Nicetas frater meus supererat, quem illa prædicaret, tanquam eum, quo in uno omnes animi duorum præcedentium dotes elucescerent, cujus etiam causa non parvam animo expectationem conceperat. Quem simul atque naufragio postremum amisit, immodicis hodie doloribus fatiscens, tanquam fluctibus adobruta, ad inumque demersa est. Hujus audita morte, dici non potest quantos in luctus incidit Asia, quamque querulis lamentis queritanti mœstior Europa responderit, simul atque de communis omnium damno certior facta est. Quod si utrique continenti velut universale fatum tantam cladem intulit (sive probitatem utraque tuam ante experta fuerat, sive rerum a te præclare gestarum fama ad earumdem aures pervenerat), ut tam ægre mortem tuam, o charissima mihi sanctissimaque anima, tulerint, quem nos, quæso, gemitibus et querelis modum imponere debemus? qui si cujusmodiunque habitus, aut cognationis, ut jam dixi, ratio habeatur (generis enim origo eadem nobis est) innumeris afflictamur modis? nos, inquam, quibus a te officiorum infinitorum cumulus accessit, quibus tuæ virtutis ergo nulla non honoris species accrevit, qui non exiguam ex rebus a te præclare gestis laudem nostro quasi jure nobis vendicamus, cum nunc tandem sine ulla mora et confestim nos tui splendore nominis privatos videamus (gentem alias multiplicem et proletariam, quæque per omnes Asiæ atque Europæ regiones longe lateque diffunditur, et tui nominis auspicio nobilitatur) quos tamen hoc tempore separari, aut domi quemque suæ seorsum lugere minime decebat, sed in unum potius locum coeuntes, atque tumulum tuum circumstantes, me misero luctus coryphæo, lugubrisque nœniæ præcentore, tristissimis concentibus et lamentis dolorem testari conveniebat, illo non mi-

(7) Constantinopolitanos intelligit.

(8) Nicetam et Belissariotas duos intelligit.

horem, quo Josephi exercitus, cum Jacobo justa persolveret, commotus fuisse fertur. Nam si hoc pacto luctus nostros instituissemus, nihil omnino fuisset, quod nobis hac in re defuisse merito quisquam objicere potuisset.

At vero cum nunc alii ab aliis sejuncti simus, conjux quidem digna quæ tecum vulgo decantatam cornicis vitam transigeret, aliquo in angulo, mediaque humi procumbentium filiorum scilicet, et puberum et impuberum, corona, pullis induta vestibus sedens, et seipsam marito, et filios parente orbatos, ejulatu miserabili lamentatur. Ex liberis autem ætate provecioribus alter aliis, nescio quibus errans in locis tacitus apud se luget querulamque monauliam prosequitur. Propinqui denique alii consanguineique quotquot Asiam incolunt, lugubris hujus tragædiæ actus, ad eos qui in Græcia habitant, transmiserunt.

Ego porro longe infelicissimus et miserrimus frater hesterno quidem die, nudiusque tertius amplam aliunde luctus materiam nactus, cum ex publicis, tum privatis meis ipsius incommodis (9): eo præsertim nomine, quod opulentissimum juxta et celeberrimum templum Atheniense (illud, inquam, sancte domine, augustissimum templum, quod Dei Genitrici consecratum est, talique præside in perpetuum eget) mihi commissum, cujusque adeo spirituali altari præessem, ubi quam maxime poteram sacro ministerio exhibendo assiduus invigilabam, me præsentem, proh dolor! atque his oculis vidente a nefangis sacrilegis expilatum et vastatum est. Ego autem qui ante tres annorum decadas ibi velut insitus fueram, ex aula Domini avulsus, ut sicceus quidam et prorsus inutilis truncus, vehementiore procellæ flatu, nunc in littora variis fluctibus adobruta, vel confragosos aliquos scopulos ejectus, nunc in depressam convallem æstuantis maris exundatione protrusus fui: his scilicet exsul in locis, sine clero, sine ulla dierum festorum celebritate, sine civitate, denique mediastinus desertæ ululæ in morem, lugubre, nescio quid, apud me tacitus de publica et privata pernicie queritor. Nunc autem, si luctus hujusmodi de rebus ulterius mihi protrahendus non sit, sola saltem memoria nunquam excidet.

At vero ille charissimi capitis obitus, qui tot meis malis instar decimæ Ægyptiorum plagæ, nimirum primogenitorum internecionis, accessit, omnem ad se planctum, omne lamentum, nœnias omnes, omnes denique lacrymas attraxit. Hæc enim ille qui suæ indignationi vitam præparat, quasi manifesta quædam tormentorum gymnasia mihi præstendisse videtur, hoc autem certamen iusuper accumulasse, maximum quidem illud et summum, nec omnino periculi expertum. Ex quo fit, ut pristina illæ plagæ leves, tuberculisque summam cutem delibantibus similes, atque adeo facile medicabiles

(9) Hic videtur alterum periodi membrum deesse, quamvis in exemplari nulla lacuna sit.

evadant, hæc autem contra certo tota inflieta sit animique recessus intimos penetret: vel fieri quidem potest, ut tentationum fumus indignationis Numinis ascenderit, qui futurum incendium prænuntiaret, et crebras ex oculis lacrymas eliceret, post quem afflictionum ignis exardesceret. Longe vero calidiores et diuturniores esse, quas jam lvo pœnas, dies hodiernus ostendit, quo quidem carbones exarserunt, qui mihi nunquam restingui aut a cordis mei sanguine depascendo cohiberi posse videntur. Ex quo evenit, ut illæ me lacrymæ destituerint, sive quod pristinis meis malis exhausta sit aqua illa, quæ meo de capite distillabat, sive quod majore nunc metu percussus, atque adeo cor meum mille antea modis afflictatum, tandem sicut fenum aruit, nec in posterum tantus aut lacrymarum rivus, aut lugubrium sermonum fons ex illo scaturire possit, quantum perturbationis ipsius magnitudo requirit, ut quo doloris illius, quem animo concepi meo, tandem ejecto pondere, levior et expeditior evadam. Quare jam mihi sicceis oculis, mutisque singultibus intolerabilis, hic alioqui dolorum fetus necessario tolerandus est, cui etiam breviusculo miserabilis hujus vitæ, si quod superesse videtur, excursu spatio, commoriar, atque nescio quam subterraneorum barathrorum, marinorumque sinuum in partem projectus, jacebo: atque ita fratri, seniori juniori, decrepitis perfectæ ætatis crudæque senectutis viro, conjungar.

O divina providentia, quam nullius hominum industria conjecturave ulla assequi potest, quæ modis inenarrabilibus res divinas et humanas moderaris, quæ mens, quæso, fatali judiciorum tuorum abyssu se credere in eaque natate audeat! quamlibet illa philosophiæ addictissima studio, nodos dissolvere, implicataque explicare possit? Differor equidem dolore, qui me ita exstimulat, ut tale quid profari cogar, ex quo periculum est, ne temeritatis mihi nota inuratur. Qui fit, ut canus ego, telluris inutile pondus (10), qui gravi senio premor, nihilque sum, quod aiunt, quam vulnus, in quod omnia naturæ fata confluerunt, diutius captivus hoc in terreno carcere supersim? spectaculum certe nec satis rerum universitati conveniens, nec jam tale quod jubari solis exponendum sit. Ille vero qui nondum pedem limini senectutis intulerat, longe dignior qui vita diuturniore frueretur, eo præsertim nomine, quod uxoris et filiorum non paucorum servator, majoribus suis sua virtute præluxerat, atque adeo multa in communem totius orbis utilitatem contulerat, tanquam gloriæ splendorisque mei corona, et qui ad hanc meam vitam concinnitatis aliquid in dies afferret: ille, inquam, immatura morte, quod me ad insaniam prope adigit, non sine communi externorum propinquorumque jactura præreptus est. Illo enim non exter-

(10) Alludit ad illud Homeri: Ἐγὼ δὲν ἄχθος ἄροῦρος.

norum tantum bonum, quod de justo viro sapientes dicitant, sed nostrum quoque repositum erat.

Ubi gentium nunc, quæso, degunt, et qui genuina sanguinis cognatione freti, et qui eandem contingentes ad illum accedebant, illoque auspice quæ ab imperatoribus petierant, ea celerius gratis consecuti, tandem hilares domum suam revertebantur, et gratias multo uberiores beneficiorum auspici quam collatoribus agebant? Illorum certe plures vel etiam nulli huc unquam in medium processerunt.

Hæc rhodium omnes concurrere, eodemque meam luctu præditi nostræ gentis encomia planctibus meis intermiscete, ut justis hujus viri memoriæ merita laudum præconia tribuamus, nec solis eam lacrymis decoremus. Neuter enim modus ab honesto seu decoro alienus est. Siquidem justus viri mors lacrymas provocat, efficitque ut illius desiderio laboremus: memoriam autem laudibus non excolere non possunt ii, qui ab illo quæ imitentur, virtutis exemplam petunt.

Ubi vero nunc mihi virgo illa vultu tam liberali, cui barbarus hostis, cum primum nostra Megalopolis capta est, utruptæ jam stuprum illaturus erat, nisi acer hic honestatis et pudicitie amator ut videtur, ut misertus ejus est! qui sine ulla mora in hostem irruens, tametsi Phineem in illa defendenda imitari non potuerit, quamlibet eodem quo illo olim, noster hic quoque zelo flagraret, puellam saltem sibi vindicavit, uxorem legitimam esse clamitans, sequæ fida conjuge privari, atque ideo acerbissimis afflictari modis queritans. Ambarum itaque tenacitate manuum prehensam pancratice cum hoste colluctatus, cujus animus amore ebrium furor efferat, ad se retraxit, nec prius conquievit, quam a violenti hostis manibus virginem ereptam, virginem patri restitueret. Præsto sit vero nunc et illa, ut lamentis, gemituque et femineo ululatu suæ libertatis vindicem conclamet, illum, inquam, a quo servata, nec secus a stupro liberata est, atque si pudicitie ejus conservandæ integritatique custodiendæ jam olim præfectus fuisset.

O præclarum facinus! cuique ex priscis illis nullum respondeat. Fertur Hercules Hesionem quondam liberavisse, cum belluæ marinæ objecta fuisset: itidem et Perseus Andromedam. At illi armati, ferroque accincti belluas aggressi sunt, et virgines tandem matrimonii sibi nexu conjunxerunt. Hic autem inermis armatam belluam invasit, eamque tot mendaciunculis aspersit, tot astutiis circumvenit, vir alioqui verax, minimeque mendax. ut intactam puellam patri tandem ejus restituerit.

Cæterum Simeon et Levi sororem raptoribus extorserunt, et jam violatam et constupratam, idque certaminis vix, ac ne vix quidem sine crebra in ancipitem gyrum circumcursatione, nec

A sine cædibus innumeris, totiusque civitatis excidio peregerunt. Quare non sunt illi cum hoc nostro conferendi, qui puellam integram et illæsam sola certans oratione sine cæde receptam reduxit. Equidem præclarum illum fratrem meum in Abrahami filium propter fidem adoptatum fuisse certo scio: quin et hoc audacter ac libere dicere non verebor, patribus illis Abrahamicis nostrum hunc multo præstantiorem fuisse: Abrahamus enim primum apud Pharaonem, deinde apud Abimelechum Saram suam esse sororem, non conjugem professus est, ut et Rebeccam Isaacus. Illi nimirum terrefacti conjuges suas dicere verebantur, ne propter illas interirent: hic vero virginem necdum sibi in matrimonium collocatam, suam tamen uxorem nominabat, ad se retrahebat, sibi vindicabat: vitæ pro illa discrimen subire, si res itaferat, haudquaquam detrectans.

Quod si Susannam Daniel a violentorum amatorum et iniquorum judicum furore asseruit, at pro tribunali prius sederat, libidine excæcatis judices seorsum abduxerat, utrumque interrogaverat sigillatim, suo ipsorumque judicio convictos, et capitis, damnatos, lapidibus cooperiri jusserat atque hoc pacto pudicam ab iniqua sententia liberaverat. Delicie vero meæ, vir hic nimirum, qui natura sic comparatus erat, ut nemo nostrum votis omnibus similis illi evadere non expetat, non judicans, ut Daniel, sed hostem adulterii crimine accersens: non constupratæ fratrem fingens, ut Abrahamus; non id mentitus, quod in reprehensionem incurrere merito posset, ut Isaac (11): sed virginis etiamnum viro crudæ virum (quod sapientius juxta ac virilius fuit) se dicitans, violentum illum raptorem fefellit et repulit.

Hinc perspicuum est ea quæ nunc recenseo priscis illis longe præstantiora esse; quippe quæ Christum redoleant, atque ita legali illa justitia longe excellentiora sint. Quemadmodum enim seipsum Christus Ecclesiæ nomine tradidit, cum tamen adhuc Ecclesia nusquam esset, nedum Christo desponsata (adhuc enim peccatores eramus, cum pro nobis mortuus est Christus, ut Apostolus ait²); ipsa quoque ignominie sibi conscia, quam impietate pristina sibi contraxerat: *Nigra sum*, inquit alicubi, *filie Jerusalem*³; ita etiam frater meus pro illa, quam nondum in uxorem duxerat, nec adhuc omnino ducturus erat, parum abfuit quin vitam profunderet, dum certis se periculis objicit, et qui virum simulaverat, patris revera munere perfunctus est, atque patris in quo naturalis erga liberos amor, eorumdemque salutis propugnatio, multo magis quam in eo qui puellam genuerat, elucesceret. Ille siquidem victoribus cessit, fugaque salutem quæsit: hic vero

² Ephes. v. 25; II Cor. v. 15, ³ Cant. 1, 4,

(11) In codice Græco δαδ. pro 'σάικα male suppositum videtur.

puellæ, cum ad stupra durumque servitium abdu-
ceretur, vindex adfuit, eamque tandem, extrema
pericula prius expertus, liberavit.

O sapientissime frater, tu procul dubio in cœlo-
rum regia institutus es, idcirco etiam lingua
tua subitam virginis quæ abducebatur libertatem,
veluti *calamus scribæ velociter* † conscripsit. Quin
etiam labia tuatanquam funiculus coccineus con-
torto brevique sermone, et, qui tuus erat zelus,
exardescente barbari manus constrinxerunt, im-
petumque violentum represserunt: nec non oratio
illa tua tempestitiva, quæ non intempestitive virum
mentita, sed in tempore commenta injusto raptori
justam dicam impexit. O qui fieri potuit, ut tu
mendacium cui nunquam assueveras antea, pro-
tuleris? Mendacium enim non secus atque mor-
tem semper es detestatus. Perspicuum est haud
dubie, quod quemadmodum vitam, si res ita fer-
ret, pro salute periclitantis puellæ profundere pa-
ratus eras, ita etiam mentiri non detrectasti, men-
daxque fieri, vir alioqui veri amantissimus et qui
mendacio labia nunquam conspurcasti. Enim vero
id quoque Christi imitatione perfecisti: qui pro no-
bis peccatum et maledictio factus est usque adeo,
omnibus omnia fieri studebat: tutore carentibus
tutor, viduis procurator et maritus, orphanis pa-
ter, pauperibus frater, amicis fidissimus amicus,
cognatis jus cognationis observans, ut qui ma-
xime, fratri denique supra modum omnem et
quam fieri poterat, fratris amantissimus.

Quare minime profecto conveniebat, ut illius
morte vel conjux vidua, vel orphani liberi tanta
intempestitivitate fierent (insanire mihi quoniam
rursus libet), vel etiam frater ego illius, quæ mihi
in posterum sola supererat, consolatione privarer,
vitamque acerbiorum experirer, eoque nunc gra-
viorum, quo leviorum ille antea vegetiorumque
reddebat. Quamvis enim una mecum non esset,
quoties tamen ille valere atque vivere nuntiaba-
tur, me non aliter recreabat, atque si mihi vita-
lem quampiam auram afflavisset. Et quemadmo-
dum divinus ille Davides suam ipsius animam
acerbitate tanta tantoque cruciatu circumval-
latam esse aiebat ut consolationem respueret,
quæ cum primum in Dei mentionem incidisset,
confestim exhilararetur: ita et ipse ego, quoties
præsentium malorum gravitate premebar, sicunde
ad me nuntium aliquid advolaret, quo fratris
memoria refricaretur, illum nimirum adhuc vivere,
beneque rem gerere significans, mox mirabilem
quamdam animo consolationem concipiebam.
Quodsi quando mihi litteras charissimo charissimi
fratris autographo subsignatas recipere continge-
ret, tunc tunc et jucundissimum illum conspec-
tum, et dulce colloquium in memoriam revocabam
totumque adeo fraternaliter caput accipere, et deos-
culari mihi videbar, tunc etiam afflictionum nubes

† Psal. xlv. 2. † Psal. cxvi. 3.

illa, quæ animo circumfundebatur, quasi serena qua-
dam tempestate subito exorta, discutiebatur et eva-
nescebat: gratumque mox lætitiæ lumen affulgebat.
Nunc vero morte illius audita *dolores inferni me
circumvallant* †, opacæ anxietudinis caligo cooperit,
umbra mortis adoritur: quandoquidem meus ille
clavus undis absorptus est. O qualis ego sacræ
jacturam anchoræ feci! cujus quidem *admiculo*
antea Atheniensium Ecclesiæ gubernator, fluctus
omnes superabam: nunc autem cum *multiplici*
reciprocantium fluctuum cursu naufragio proximus
jacter, illam mihi abstulit et vitam contraxit.
Totus enim ab illa dependens vitam, quæ vel
proverbio fertur ἀβυσσος, ad hoc usque temporis
egi mortique me jam pridem vocanti parere cuncta-
sum. Jam vero cum anchora illa mea cassa
sit, quid mihi cum hac vita? quive ditius descen-
sum ad inferos omni dolorum genere redundan-
tes comperendinare potero? siquidem miserrima
hæc vita idcirco mihi prorogata videtur, ut diu-
turniores luam pœnas, omniaque cruciamentorum
genera perferam: atque ex illo calice sæpe bibam,
quem Dominus mero vino plenum in manibus
habet, ex quo etiam peccatores omnes bibere
solent; cum vero ad sæcem usque ebiberim, jam
commodum hinc abeundi tempus adesse videtur,
cum præsertim pœnas omnes pertulerim, quæ a
mortali corpore expendi possunt.

Nec tamen hinc libenti lætoque animo discedo,
quasi vitam cum bono aliquo commutaturus. Ter-
ret enim me timor aliunde proprensus, ne simul
atque hinc abivero, gravioribus tormentis obji-
ciar, qui vitam variis criminibus obtriverim.
Grave quidem hoc est, illud vero gravius, si pro-
cul a fratre sejungar, maximo alio molestissimo-
que chasmate, quo intermedio eorum qui apud
inferos torquentur, locus a felici beatorum vi-
rorum quiete longissime disjungitur: ad quam
profecto transductum hinc fuisse fratrem meum
facile credo. Illum enim plane mihi constat omni
ope atque opera eniti solitum, ut ad illorum
archetypa exempla vitæ suæ regulam efformaret
et excoleret, eundemque dum in vivis adhuc
esset, quoad ejus fieri poterat, omnibus votis
exoptare, ut una cum illis conversaretur et exul-
taret, cum præsertim sanctorum corporum reli-
quias et imagines undique conquireret et compa-
raret, extractisque templis impositas et consecra-
tas, summis honoribus prosequeretur. Etenim
sanctorum omnium, qui circulari dierum totius
anni albo inscripti sunt, nullus est quem ille pri-
valem die commemorationi ejus dicata, festivo
solemnique ritu, et spiritualibus hostiis faciens,
et hymnis omniumque fructuum primitiis cohone-
stans, non veneraretur. Nec enim cultu illo con-
tentus, quem cum cæteris civibus in publico
conventu tribuebat, Ecclesia quoque privatis in

œdibus consecrata annum ei sancto festum dicabat, quem ubi vis gentium coli videret : ita ut ex ejus tentorio sine intermissione vox exultationis et salutis, justique illius viri Psalterium exaudiretur.

His itaque de causis illum ad amicos pervenisse et in eadem illa sempiterna tentoria, in quibus illi quiescunt, in vectum fuisse, æterna cum illis beatitudine frui, denique jam pro nobis quoque

Audacter et libere cum aliis de causis, tum quia fratris amantissimus est, intercedere certo scio, ut ille qui non aliter atque fusorius ignis, herbæ balneatoria sordidos expurgat, nos quoque tentationibus quibus hic objicimur, velut igne et aqua expiet, sicque tandem suum in refrigerium transducatur, et justificatis per fidem concedat, ut eodem in loco, atque admirandi illius tentorii æterni loco simul inhabitemus.

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ

ΚΥΠΡΙΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ.

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

AD IMPERATOREM

DOMINUM ALEXIUM COMNENUM.

Τολμῶντες οἱ ἀνάξιοι καὶ πανευτελεῖς δούλοι τῆς Β
κρατικῆς καὶ ἁγίας βασιλείας σου δέομετα, δέσποτα
ἡμῶν ἅγιε.

Τὸ καθ' ἡμᾶς ὄριον τῶν Ἀθηνῶν, παλαι τοῦ πλήθους
τῶν ἱπποκίων αὐτοῦ διὰ τὰς ἀλλεπαλλήλους ἐπιχειρίας
ἐκασούμενον αἰεὶ, νῦν κινδυνεύει καὶ εἰς αὐτὴν περιστῆ-
κει τὴν παροιμιάζομένην ἐρημίαν Σκυθικὴν. Τὸ δὲ αἷτιον
ὅτι πολλὰς ἐπιχειρίας βαρυνόμεθα, μᾶλλον δὲ πλείους
καὶ βαρυτέρας, ἢ περὶ οἱ γειτονοῦντες, ἡμῖν λοιποὶ κατοι-
τικοί. Οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς δις καὶ τρίς καὶ πολλάκις
παρὰ τὰς γείτονας ἡμῶν χώρας ὑπέστημεν ἀναγραφὰς
καὶ ἐπιτερήσεις ἀναφορῶν γεωμετροῦσῶν ἔχουσι ψυλλῶν
ἀδικηρὸς τὰ ὑπόψαγμα ταυτὶ καὶ λυπρόγεα ἡμῶν γῆθια,
καὶ σχεδὸν καὶ τὰς τρίχας αὐτὰς τῶν κεφαλῶν ἡμῶν
διαριθμουμένην, πόσω γε μᾶλλον ἀμπέλου φύλλον ἢ
φυτοῦ τινοῦ. Ἀλλὰ καὶ αἱ καθεκάστην λοιπαὶ κοσμικαὶ
ἐπιχειρίαὶ ἐν μὲν ταῖς λοιπαῖς χώραις ἢ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν
ἐνεργοῦνται, ἢ παρὰ τῶν πραιτέρων κουφίζονται, χαρι-
ζομένην αὐταῖς τὰ τοιαῦτα, ἅτε καὶ τὰς ἐπιχειρίας ταυτὰς
ἐνεργούντων αὐτῶν ὡ τὰ πολλὰ, ἢ συνεργούντων πάντως
τοῖς ἐνεργοῦσιν ἢ ἐν ἡμῖν δὲ πᾶσαι ἐνεργοῦνται, καὶ ἐπιβ-
ρῆς ἀπασαὶ καὶ τῶν ἄλλων πρώτιστα, καὶ ταῦτα ἐν τῇ
τῆς Ἑλλάδος κειμένοις ἰσχυρατῆ.

Καὶ μαρτυρεῖ τὸ προσεχῶς παρελθὸν εἶθος, ὅτε
κτίσως κατέργων ὀρισθείσης, ἡμεῖς πρώτοι καὶ
μόνοι τῶν ἄλλων, καίπερ μὴ κισθέντων, ἐζημιώθη-
μεν ὅτι τοῦ Πανσίου (Πανσίου ?) Στειριόπου κατα-
πεπλευχότος, μόνοι πάλιν ἡμεῖς ὑπὲρ πλωίμων
κατεβαλόμεθα ἢ νῆα πάλιν ὑπὲρ πλωίμων τῆ

Indigni nos atque humiles Majestatis tuæ servi
hocce abs te petere audemus.

Ager Atheniensis quem habitamus, inde a longo
tempore civibus qui olim plurimi fuere, privatus
jacet et omnis generis malis vexatur, imo in eo est
ut deserto Scythico comparari possit. Hujus rei
causa est quod vectigalibus gravioribus quam vic-
inæ gentes premimur, siquidem publicani et vec-
tigalium exactores triplicibus molestiis vexant ;
agros enim nostros arenosos ac parum fertiles non
humana, sed pulicosa mensura ac proportione me-
tiuntur ; imo ut capillos capitum nostrorum, ita
vitis folia numerant. Adde quod cæteræ insuper
exactiones fisco destinatæ in cæteris regionibus
commode ac sine vexationibus efficiuntur, siqui-
dem prætores sæpissime debita condonant, aliter
ac apud nos qui, et ultimos quidem Græciæ fines
incolentes, durissima quæque perpetimur.

Hoc ita esse annus proxime elapsus testatur. Cum
enim navium constructio juberetur, grandissima
nobis pecunia summa imperabatur, nec tamen
classis ædificata fuit. Cum dein Pansias Stirionos
mare lustraret, novæ nobis pecuniæ imperatæ
sunt. Sguro quoque ac prætori ad navis ædifican-

das majores quam Thebæ, quam Euripus, pecunias persolvimus, qui ex norma antiqua ab imperatore ipso præscripta minus sine dubio debebamus solvere.

Sed censi pecunias expostulatas, piratarum extorsiones patiamur. Quomodo autem prætorum arbitrarias vexationes siccis oculis referemus? Prætori quidem, quem nunc habemus, nullum jus est, pecunias tributis titulo exigendi, nedum jurisdictionem in nos exercendi, siquidem chrysobullum imperatorium eum ab Attica prohibet. Nihil secius idem censum supererogaturus cum omnibus suis venit, nebulonum turba ac hominum nequam stipatus, qui rapto vivunt quasi hostes terram barbaram invasissent. Aliud raptorum genus, subpublicanorum inquam, quingentos singuli medimnos quotidie exigunt; item armentorum ac volatilium greges, piscium quantum mare dat, vini plus quam vineæ nostræ producunt, non sine minis efflagitant. Hæc facientes mercedem, tanquam benefactores nostri essent, eamque satis grandem, imo auri pondus postulant quod ipsorum avaritiæ par sit. En prætorem ipsum qui, antequam Deiparam salutavit, hunc objurgat quod non obviam se ei dederit, illum ob aliam causam in vincula conjicit et pecuniis multat. Sic quotidie de nostro vivens, vectigal ecclesiasticum a nobis exigit plane ignaris utrum in sanctissimæ Deiparæ honorem an ad alium finem extorqueatur. Nec solus: logariastes enim, protovestiarius, protocentarchus et alii similes succedunt, non prius quam pecuniam obtinuerint, se inde cesuros declarant. Postremo deprecantibus ac negotiis nobis, rem sine maxima difficultate obtineri posse, condonavit, et, relictis exacturis, cum præda profectus est. Quod jumentum ad publicam servitutum non rapitur? Quam sæpe raptum, non semel sed bis a possessore redemptum est? Quæcunque possedimus rapi et agi ab istis inhumanis vidimus.

παρεσβέμενοι ἅπαντες· καὶ διατίθεται, μὴ πρότερον ἐντεύθεν ἀναστῆναι, πρὶν ἂν ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ τοῦτο δέξαιτο. Ὅμως πολλὰ δεομένων ἡμῶν καὶ διομυμένων, μὴ ἄλλως δύνασθαι τοῦτο καταβαλεῖν, εἰ μὴ κοινὸς ἔρανος γένοιτο, πείθεται μόλις, καὶ τὸν εἰσπραξόμενον εἶσας, ἀπαίρειν παρασκευάζεται. Εἶτα ποῖον ὑποζύγιον οὐκ ἀγγαρεύεται; Μᾶλλον δὲ ποῖον ἀγγαρεύομενον οὐ τῷ οἰκίῳ δεσπότην πιπράσκειται, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις καὶ δεύτερον; Ἡ ποῖον ἔτερον οἰονδηποτῶν εἶδος οὐ διαρκάζεται καὶ ἐπιμπολεῖται ἕκαστον αὐτῶν, ἢ αἰρόμενος οἰχεται;

Cur, sacratissime domine, ista mala cervicibus nostris impendent? Sic enim fiscus jus perdit suum, siquidem plerique nostrum emigrant, et sic regio nostra hominibus exuta solvere jam nequit. Pauca itaque eorum quæ patimur enarrantes, Majestatem tuam obsecramus ut nostri miserearis, ut calamitatem hanc nostram missam facias, ac onera portatu minus graviora imponas. Nihil sane novi, incommodi nihil petimus quod regno perniciosum esse possit. Ante omnia varo a prætorum rapinis, violentia ac crudelitate nos libera, et defensorem imperatorio tuo nomine concede qui

Ἄ Σγο[υ]ρῶ καὶ τῷ πραιτωρι ποσότητᾷ δεδωκαμῶ ἀπαίτητες καὶ ἀκοντες, ὅπως οὐδὲ τὸ ὄριον Θηβῶν, καὶ Εὐρίπου καταβαλετο· καὶ ταῦτα τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρίου ἐκτε παλαιῦ ἔθους, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπὸ τῆς γενομένης καθ' ὀρισμὸν ἀπογραφῆς πολλοστημόριον ἐπιβαλλόντος, ἕν ἐκείνα καταβαλεῖσθαι ὤφειλον.

Ἐῶμεν ἀναφέρειν τὴν τοῦ κήνσου ἀπαίτησιν, τὴν λεηλασίαν τῶν θαλαττίων ληστῶν. Ἀλλὰ τὴν πραιτωρικὴν ἐπήρειαν καὶ δυναστείαν πῶς ἂν ἀδακρυτικῶς διεγρησαιμέθα; Μηδεμίαν γὰρ οὐσίας ἐνοχῆς ὑπὲρ τοῦ ὀρίου ἡμῶν τῷ κατὰ καιρὸς πραιτωρι, οὐ πραιτωρικῆς ἐνεργείας, οὐ πραιτωρικῆς δικαιοδοσίας, καθότι προσκυνητὸν χρυσοβούλλον καὶ αὐτὴν ἀπαίτησιν τὴν εἰς Ἀθήνας αὐτῷ πάροσον — ὁ δὲ σκῆπτται μὲν τὴν ἐνεκά γε προσκυνήσεως εἰσὶ λευσιν αἰδοῖ τάχα τῶν χρυσοβούλων, ἐπέρχεται δὲ πανστρατιᾷ μετὰ τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς ἐγγχωρῆς κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν, ἀνδράρι' ἅττα ἐριστολιμαία, καὶ τὴν ἐφήμερον τροφὴν ἐξ ἀρπαγῆς καὶ κλοπῆς ποριζόμενος, ὡσπερ ἂν εἰ κατὰ πολεμίας τινὸς καὶ βαρβαρικῆς χώρας εἰσβαλεῖν ἔμελλεν. Ἐμπροσθεν δὲ αὐτοῦ (τὸ τῆς Γραφῆς εἰπεῖν) ἔρχεται ἀπόλωια, ὑποδοχάτορες τινες καλούμενοι, πεντακοσιομεδίμους ζητοῦντες ἐκάστης ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων τροφᾶς, καὶ θρεμμάτων ὅλα ποιμνία καὶ ὀρνίθων ὄλας ἀγέλας, τὸ σύμπαν τῆς θαλάττης ὄσον εἰσπραττόμενοι, οἷον τε χρῆμα, ὅσον οὐδ' ἂν αἰ καθ' ἡμᾶς ἀμπελοὶ γεωργήσαιεν, καὶ ἵνα μὴ μακρηγορώμεν, τοῖς κατὰ μέρος ἐπιξιόντες. Καὶ μισθὸν ἐπὶ τούτοις ἀπαίτουσιν ὡς εὐεργέται τινὲς, καὶ μισθὸν οὐ φαῦλόν τινα καὶ κοῦρον, ἀλλ' ὀλίγην χρυσοῦ, ὅσον ἂν αὐτοῖς περιεσθῆται τὸ τῆς ἀπλήστου ψυχῆς αὐτῶν ἐφιέμενον. Ἐπὶ τούτοις ἔπισιν ὁ πραιτωρ αὐτός· καὶ πρὶν ἢ πολλὰκις τὴν προσκύνησιν ἀφοσιώσεται τῇ θεομήτορι, τοῦ μὲν κατέχυρος (ἰ. κατηχορεῖ) μὴ ἀποστήσαντος, ἄλλον δὲ κατ' ἄλλαν αἰτίαν καθιέρησιν καὶ ζημιοῖ· καὶ οὕτω κατεωχθηθεὶς ἡμῶν, ἐφ' ὅσον ἂν βούλοιο ταῖς ἡμέραις, ζητεῖ προσκυνητικίον· οὐκ οἶδαμεν, εἴτε ὡς προσκυνήσας τὴν θεομήτορα· καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ λογαριασθῆς καὶ πρωτοβυστιάριος καὶ πρωτοκένταρχος, καὶ καθιέρης οἰ

Ἐἰς τί γοῦν ἢ τοιαύτη ἀπόλωια ἡμῶν, δέσποτα ἡμῶν ἄγιε, τοῦ δημοσίου μηδὲν ἐντεύθεν καρδαίνοντο, μᾶλλον μὲν οὖν ζημιουμένου, δι' ὧν κατὰ βραχὺ μεταναστεύουσιν οἱ πλείους ἡμῶν, καὶ ἐρημοῦται ὅσον ἤδη ἡ χώρα ἢ ἡμετέρα, ὡς καὶ ἐνωτέρω εἰρηται, καὶ κολοδοῦται τὸ ἐγνωσμένον ἐκρόστιχον; Διὰ τοῦτο ὀλίγα ὧν πάσχομεν ἀνευγαίνοντες, δεόμεθα τῆς φιλοφρονητικῆς ἀγίας βασιλείας σου, γενέσθαι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔλεος, καὶ κοπάσαι ποτὲ τὸν κατεκλυσμὸν τῶν ἐπαρειῶν· ἢ διερισθῆναι, μετρωτῆρας καὶ ἡμῖν φορητὰς γίνεσθαι καὶ κατὰ τοὺς κρεσσόντας ἡμῖν ἄριστους (οὐδὲν γὰρ καινότερον ζητοῦμεν, ἢ

ἄλλως τῆς δημοσίας ἐπιζητήμιον)· καὶ πρῶτα ἀπαλλάξαι ἡμᾶς τῆς πραιτωρικής ἐφόδου, καταδρομῆς τε καὶ διαρκεῆς τοῦ δοθέντος ἡμῖν δεφενδαρίου, μεγαλυπερόχου μυστικοῦ, τὸ παρ' ἡμῶν ἀφαιρούμενον ὑπεραπεινῶτος ἐκ τῶν εἰσκομιζομένων παρὰ τῶν πραιτέρων, ὡς δῶρισται, καὶ ἑτέρας τινὲς ἐγγράφου ἐπιφωνήσεως καὶ ἀπειλῆς ἐπανατεινομένης αὐτοῖς, τὰ ἔσχατα πείθεται, εἰ μὴ ἀπόσχοιντο τοῦ ὄριου τῶν Ἀθηνῶν· ἔπειτα καὶ συνδοσίας πλωίμων καὶ πλωίμους δίδοναι, ὅσους ἡμῖν ἐπιθήκεν ἡ ἀπογραφή τοῦ χρηματίσκουτος λογοθέτου τοῦ δρόμου, κυροῦ, Ἰωάννου τοῦ Δούκα, καὶ μὴ πλείους αὐτῶν· μήτε ἀπὸ τῶν ἐπιβαλλόντων ἡμῖν πλωίμων ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπογραφῆς συνδοσίας ἀπαιτεῖν ὡς ὀρισμοῦ. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν τελεῖται τοῖς ταλαιπώροις ἄνιοι.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πολλάς ἀναγραφὰς ὑπέστημεν, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἀνηνέγκαμεν, δεόμεθα, μὴ καὶ αὐθις βάρος ἀναγραφῆς ἐπιβρέθηται τῇ χώρᾳ ἡμῶν εἰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τυχόν χώραις τῶν κατωτέρων ὀρισθῆ γενέσθαι ἀναγραφὴν· ἀλλ' ἐπικυρωθῆναι καὶ τὸν ἔνεκα τούτου ἐπορευθέντα ἡμῖν προσκυνητὸν ὀρισμὸν τῆς ἁγίας βασιλείας σου· καὶ μὴ μόνον τοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς διαφόρους ἐπολυθέντας, καὶ ἀπειρογόντας τοὺς πειρωμένους ἐκ τῶν καστρητῶν κατέχειν ὅπως δέησθε καὶ νέμεσθαι χωρία καὶ στάσεις χωριτικὰς. Εἰς συντριβὴν γὰρ τοῦτο τῶν δρούγγων καὶ ἀλεθρῶν ἀφερῆ· ἡ δὲ τῶν δρούγγων ἀπώλεια τοῦ καθ' ἡμᾶς ὄριου παντός ἐστὶν ἀπώλεια. Καὶ τούτων γενομένων, σωζοίμεθ' ἂν ἡμεῖς, σώζοιτο δ' ἂν καὶ τῆς δημοσίας τὰ ἐξ ἡμῶν συνεισφερόμενα· καὶ σωζόμενοι οὐ παυσαίμεθα τοῦ ὑπερέχειναι τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἢ ὡς ἀνάξιοι δούλοι Τολμησαντες ἐδῆθημεν.

A decretis tuis insistendo ad res nostras rite componendas procedat. Tum naves et pecunias in usus maritimos dabimus quantas logotheta dromi dom. Joannes Ducas nobis imperaverit, decretis imperatoris obtemperando, quibus sæpe a populi adversariis contrahitur.

Eorum quæ nobis rite imposita sunt pecuniarum onerum magna est summa, quam ne augeas suppliciter rogamus, et si alicubi in patria nova institueret tributa necessum fuerit, nos quidem immunes esse statueris, nec permiseris ut milites præsidarii stativa apud nos habeant, unde boni nihil, pestis autem inter milites, ideoque communis ruina sequeretur. Salvari possumus ea conditione ut iis quæ petimus pro munificentia tua annuas, sic enim solvendo nos pares semper habebis. Salvi autem facti pro sacra tua Majestate preces fundere humilissimi tui servi ex grato animo non desinemus.

Καὶ τούτων γενομένων, σωζοίμεθ' ἂν ἡμεῖς, σώζοιτο δ' ἂν καὶ τῆς δημοσίας τὰ ἐξ ἡμῶν συνεισφερόμενα· καὶ σωζόμενοι οὐ παυσαίμεθα τοῦ ὑπερέχειναι τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἢ ὡς ἀνάξιοι δούλοι Τολμησαντες ἐδῆθημεν.



ΣΤΙΧΟΙ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΑΘΗΝΩΝ

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

'Επί τῆ ἀρχιεπίσκ' ἀνιστορήσει αὐτῶν, τουτέστι τῆς πόλεως τῶν Ἀθηνῶν.

Ἔρωσ Ἀθηνῶν τῶν παλαι θρυλλουμένων
 Ἐγραψε ταῦτα ταῖς προσαθύρων,
 Καὶ τοῦ ποθοῦ τὸ θάλπον ὑπαναψύχων·
 Ἐπεί δ' ἔτ' οὐκ ἦν οὐδαμοῦ, φεῦ! προσβλέπειν
 Αὐτῆν ἔκεινεν τὴν αἰδιδίμον πόλιν,
 Τοῦ δυσαρίθμου καὶ μακραίωνος χρόνου
 Λίθοις, βυθοῖς κρύψαντος, ἠφαντωμένην,
 Ἐρωτολήπτων ἀτεχνῶς πάσχω πάθος·
 Οἱ τὰς ἀληθεῖς τῶν ποθουμένων θείας
 Ἀμνησκούντες τῶν παρόντων προσβλέπειν,
 Τὰς εἰκόνας ὁρῶντες αὐτῶν ὡς λόγῳ
 Παραμυθούνται τῶν ἐρώτων τὴν φλόγα.
 Ὡς δυστυχῆς ἔγωγε, καινὸς Ἰξίων,
 Ἐρῶν Ἀθηνῶν, ὡς ἑκαίνος τῆς Ἥρας,
 Εἶτα λθὼν εἰδῶλον ἠγλαῖσμένης,

A Φεῦ! οἷα πάσχω καὶ λέγω τε καὶ γράφω!
 Οἰκῶν Ἀθήνας οὐκ Ἀθήνας, που βλέπω,
 Κόιν δὲ λυπρὰν καὶ κενὴν μακαρίαν.
 Ποῦ δὲ τὰ σεμνά, τλημονεστάτη πόλις;
 Ὡς φροῦδα κέντα καὶ καταλλελα μύθοις,
 Δίκαι, δικασταί, βήματα, ψῆφοι, νόμοι,
 Δημηγορίαι τε πειθανάγκη ῥητόρων,
 Βουλαί, πανηγύρεις τε καὶ στρατηγίαι
 Τῶν πεζομάχων ἅμα καὶ ναυμάχων.
 Ἡ παντοδαπῆς Μοῦσα, τῶν λῶθων κράτος!
 Ὅλωλε σύμπαν τῶν Αῤηνῶν τὸ κλέος·
 Γνώρισμα δ' αὐτῶν οὐδ' ἄμυδρόν τις ἴδη.
 Συγγνωστός οἶκον, εἰπερ οὐκ ἔχων βλέπειν
 Τῶν Ἀθηναίων τὴν αἰδιδίμον πόλιν,
 Ἴνδαλμα τούτης γραφικῶν ἐστησάμην.

IAMBI

SAPIENTISSIMI ATHENARUM METROPOLITÆ

DOMINI

MICHAELIS CHONIATÆ

De pristina urbis Athenarum dignitate.

Athenarum amor quondam celeberrimarum hæc
 dictavit verba, in umbris rerum præteritarum de-
 siderio ardenti solamen affectando. Nusquam, heu!
 splendidissimæ illius urbis nisi ruinæ visuntur per
 sæcula turpiter cumulatæ sursum deorsum proje-
 ctæ, nulli flebiliore quam mihi ipsi! Ii quibus ocu-
 lis intueri id quod amant non contingit, simulacro
 rei amatæ contenti nihilo secius cupiditate ardent.
 Me miserum! qui, ut Ixion Junonis, Athenarum
 amore teneor, nec potis sum dolores quibus crucior
 describere! Athenas habitans, nullas video Athenas,

B et quæ felicitatis quondam sedes fuerat, jam non
 nisi fœdas trahit ruinas. Ubi tandem sacra tua,
 civitas infortunatissima? Cuncta in nihilum abie-
 runt: tribunalia, iudices, populi suffragia, leges,
 oratorum potestas, concilia, opes terrestres ac
 maritimæ; Musa ipsa multicolor, eloquentiæ vis,
 omnia quæ Athenis gloriæ fuerunt, periire, ne vi-
 lissimo quidem pristini ævi monumento relicto.
 Quare certe me haud dedecet in mediis Athenis
 habitantem, hujus urbis veram imaginem me-
 moriæ prodere.

THEODORUS ALANIÆ EPISCOPUS

NOTITIA

(Ex Leone Allatio *De Theodori ap. Maium Biblioth. nov. PP. t. VI.*)

Theodori episcopi Alanie *ethicorum libri x*, Græce in bibliotheca quadam Italiae. Gesnerus. Sunt vero hæc : Θεωδώρου ἐπισκόπου Ἀλανίας ἠθικά, ἐν τμήμασι δέκα *Theodori episcopi Alanie ethicorum sectiones decem. I. Sectionis P.* Καὶ τοῦτο μοι τοῦ λόγου τὸ σύγγραμμα σῆς ἕνεκα κηδεμονίας ἐπιτενέχεται. II. Ἐν τούτοις μὲν δὴ τὴν ἡμετέραν σπουδὴν, ἢ τίς ποτε ἦν. III. Ἄρα σοι, ὦ οὗτος, τὰ νῦν λεγόμενα τοῖς πρότερον ἀκουσθεῖσιν ἔχει τί συγγενίς. IV. Ἄμα μὲν, ὦ βέλτεστε, τῷ λόγῳ τούτῳ ἐπιβαλόμην. V. Ἄ μὲν δὴ ὁ πρῶτος εἶχε θεῖος σκοπὸς καὶ πρὸς ὃ τῆς δημιουργίας. VI. Ἐν τούτοις μὲν δὴ παρὰ τοῦ φυσικοῦ νόμου μὴν του βίου διεξαγωγῆν. VII. Μικροῖς μὲν διαλόγοις τὴν πρὸς σὶ ὁμιλίαν οἶδα περιαινῶν. VIII. Ὅπως μὲν οὖν ὁ φυσικὸς νόμος κερὸς τὸ πρότερον ἦν. IX. Ἄσι μὲν ἀνακινεῖν τὸν λόγον εἰς αὐτὰ δὴ πάλιν τὰ προλεχθέντα. X. Ἄλλ' ἐπειδὴ τῆς ἐγγλεικῆς περιωπῆς ἐντὸς ἐγενόμεθα.

Ejusdem λόγος ἐπιστολιμαῖος πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλειως, καὶ τοὺς ἐνθήμεοντας τῶν ἐπισκόπων, εἰ καὶ διὰ τὰ συμβῆντα παρεκτίταται, καὶ τοὶ τὰ πλείω συντέμνων· ἐπιγέγραπται δὲ, μετὰ τὴν χειροτονίαν ἢ Ἀλαϊκός. *Oratio per modum epistolæ ad patriarcham Constantinopolitanum, et alios advenas episcopos; quanquam propter rerum eventus longius protracta est, etsi majorem rerum partem compendio decurtet. Inscritbitur vero, post ordinationem, vel Alanicus* (1). P. Ἦως ἡμῖν ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐκ πολλοῦ οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε.

Ejusdem λόγος σχεδιασθεῖς εἰς τὴν ταφὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Oratio ex imparato dicta in sepulturam Servatoris Christi Dei nostri.* P. Ἀναβάλλεται μὲν ὁ Ἰησοῦς, καὶ φῶς ὡς ἰμάτιον, πηνίκα τοῖς μαθηταῖς ἀστράπτων ἐπὶ τὸν ὄρους Θαβώρ.

Ejusdem Ματθαῖος, ἢ λόγος *Mattheus, sive oratio*, in septem sectiones distincta. I. P. Ὅτι μοι τὰ τῆς ἡθικῆς μελέτης εἰς τὸν ἐγγλεικὸν κατήντησε λόγος. II. Ὁ τέλειος ἀληθεῖς ἂν, εἰ πρὸς τὸν μόνον ὄρωπὴ τέλειον. III. Τὰτα μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς διαλέγεται. IV. Ἐν μετὰ τοῦ λόγου συνάγειν τὰ διεσκηδασμένα λαῶν. V. Ταῦτα μὲν δὴ κρυφιώτερα καὶ μυστικώτερα· νῦν δὲ ἄλλ' ἐξίρχεται ὁ λόγος ἐκ τούτων. VI. Ὁ λόγος εἰ τοῖς περὶ αὐτῶν ἐφραθεῖν, οὐκ ἔδη καὶ πᾶσαν ἐκφραίνεσθαι βούλεται. VII. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τοῖς προλαβοῦσι διδάγμασι τὰ ὁ λόγος εἶχεν. Et hæc Theodori Alanie indigna ratus, quæ diu in tenebris delitescerent, doctissimus Vincentius Riccardius ex autographo exscripta Latine reddidit, editurus in lucem aliquando, quod exoptare debemus omnes, qui antiquitatis optima monumenta, ne pereant, totis viribus incumbimus. Ex hoc Riccardii exemplari exscripta, ne in uno tantum exemplari res tanti momenti periclitaretur, in munificentissimi principis Barberini bibliotheca conservantur (2).

(1) Hanc Alanicam orationem in manibus habeo (cum cæteris Theodori scriptis) et jam Latina veste me donatam editurus libenter sum propter historicam utilitatem. A. M.

(2) Vidi olim in bibliotheca Barberina exemplar Græcum Theodori Alanie; sed Latinam interpretationem Riccardii (si forte ea superest) non memini me vidisse. A. M.

NOTITIA ALTERA

(*Biblioth. nov. PP. t. VI.*)

De hoc Theodoro, vel potius de ejus scriptis, dixit Allatius in Diatriba n. CXV. Ea scripta omnia nos præmanibus habemus in codice Vaticano; ex quibus interim delegimus typis vulgandum iter

ejus Constantinopoli per Bosphorum Cimmerium in Alaniam, quia hanc præ cæteris lucubrations lectoribus jucundam fore speravimus. De Alania et Alanis non semel Constantinus Porphyrogenitus in op. De adm. imp. Est autem ea regio ultra Mæotim circa Tanaim, atque ut Constantinus ed. Paris. p. 113 affirmat, των ὀρίων Καυκασίων ἀνωθεν ἡ χώρα τῆς Ἀλανίας. Itidem noster infra n. 5. Denique copiose optimeque describit Alaniam Cellarius in Geogr. antiq., multis veterum citatis auctoritatibus. Ad ejus sedem episcopalem quod attinet, ea in catalogo Leonis Sap. erat metropolis sexagesima secunda, et in illo Andronici senioris numeratur quarta supra septuagesimam : ὁ Ἀλανίας · καὶ αὐτῆ ἕξ οὔσα, οὗ γέγονεν (post Codin. ed. Paris. p. 402). Hæc de Alania. De ipso autem Theodoro nihil fere cognoscebatur præter id quod ex Dosithei Hierosol. Historia adnotaverat Lequintus Or. Ch. t. I, col. 1348, nempe eum fuisse episcopum tempore Germani II, qui fuit patriarcha Constantinopolitanus ab anno 1222 ad 1240. Nunc demum ex hoc luculento Theodori sermone plura et quidem historiarum utilia compertimus. Namque et Alaniarum fines vicesque describit, et miserandam populi conditionem, cum religionis amore viz tamen Christiani : Χριστιανοὶ δὲ μόνον ἐνόματι Ἀλανοὶ (n. 24), propter pastorum scilicet raritatem, et infirmam rei sacræ constitutionem. Prorsus est hoc Alanicarum antiquitatum rarum monumentum nec contemnendum. Lepida autem est illa Lazorum episcopi in Alaniam excursio, ejusque supina in conferendis sacris ordinibus inscitia et irreverentia, quem pravum morem apud hæreticos quoque Habessinorum vigere, a nostri orthodoxiarum illic præconibus audivi. Cæterum de non facile repetendo sacramenti illius ritu, prudenter auctor loquitur. Incommoda sua et pericula præsertim Chersonæ, et a latronibus, et ab illarum regionum satrapis memorat. Item suum pastorale regimen modeste exponit. Quædam tamen, initio præsertim, non sine ænigmate dicuntur. Sacra sæpe Biblia, canones interdum, nec non ipsum Homerum, utpote homo Græcis disciplinis imbutus, recitat. Cæteroque stylus Theodori plerumque durior est, narratio veluti abrupta, prout ipse interdum fatetur, et nullo artificio contexta, et mihi interpreti ægre quandoque pervia. Sed rem hic quærimus, bona elocutionis exempla aliunde petemus.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΑΝΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΙΜΑΙΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝΑΗΜΟΥΝΤΑΣ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

εἰ καὶ διὰ τὰ συμβάντα παρεκτρέπεται, καίτοι τὰ πλείω συντίμων.

Ἐπιγράφεται δὲ, Μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἡ

ΑΛΑΝΙΚΟΣ.

THEODORI EPISCOPI ALANIE

SERMO EPISTOLARIS

AD CONSTANTINOPOLIM MORANTESQUE IN EA EPISCOPOS,

qui propter rerum eventus prolixus, quanquam pleraque sunt breviate.

Inscribitur autem : Post ordinationem episcopi, sive

ALANICUS

1. Quænam fuerit itineris nostri ratio, jamdiu scio vos et antea cognoscere expetisse, et nunc potissimum, o magne pastor, et post primum proxime (1), nec non vos compastores; qui nimirum fuerit longæ peregrinationis exitus, quid in ea gestum sit, præcipue vero quomodo nos Spiritus deduxerit; a quo, esti non semper permoti

α'. Πῶς ἡμεῖς ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐκ πολλοῦ οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον, σὺ τε ὁ μέγας ποιμὴν, καὶ μετὰ τὸν πρῶτον εὐθύς, καὶ ὑμεῖς οἱ συμποῖμενες, πῶς τὰ τῆς μακρᾶς ἐκδημίας, καὶ τίς ἡ ταύτης ἐργασία, μᾶλλον δὲ τῆς ὁδηγίας τοῦ Πνεύματος ὥσπερ, εἰ μὴ καὶ αἱ, κεκινῆμεθα, ἀλλὰ γε νῦν ἐκ τοῦ χριστιανικοῦ.

(1) Confer sermonis clausulam. Utrouque enim in loco primus pastor videtur intelligi Christus.

Ἄρα χρησιωτέρως τῆς ὁδοπορίας ἐτύχομεν, καὶ τὴν εὐθὺ τῆς ποίμνης ἐτέμνομεν; ἢ λησταῖς περιπέσοντες, τὴν περὶ ψυχῆς ἐτραπέμεθα; Ὡς δ' ἂν ἔχοιεν, εὐ τε καὶ αἷλις τὰ συμπεσόντα ἡμῖν; Ἄρα μάλισι ἔστημεν τῆς ὁρμῆς, ἢ καὶ εἰσέτι φέρομεν; Καὶ ποῦ ποτε δευῖν θάτερον; καὶ τέως εἰ μὴ πάντα τοῦ σκοποῦ διημάρτομεν; Ταῦτα μὲν οὖν ὑμῖν σκοπεῖσθαι συμβαίνει, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐρευνᾶν· καὶ πείθεσθαι ὡς ἔστι σπουδαῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ τῶν οὐκ ἔκιστα φροντίδος τετυχακότων, εἰ ποῦ τι τῶν ἡμετέρων ἀκριβολογοῖτό τι· καίπερ ὅποια φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς τοιοῦτοις, ἄλλο ἔτερον καὶ κοινῆ κατεκριβωμένως οὐδὲν, ἢ πάνθημος φήμη προφέροι ἂν. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν οὕτως εὐκαιρίας καὶ παροσκευῆς εἶχον, ὡς πάντα λέγειν καὶ γράφειν, καὶ τῶν ἐμοὶ σπουδαζομένων τὸ ἔργον ἔν, διεγυρομένων τὸ βέλτιον εἰς παραψυχὴν καὶ συμπαθεῖς τοῖς ἀκούουσι· νῦν δὲ οὐκ ἔστι· πολλῶν γὰρ ἂν ἡμῖν λόγων ἐδέχθη· πνεῦν δὲ ἄρτι ὡς ἐν συγγράμμασιν ἴδιον ἂν εἴη ὡσπερ εἰ τις ἐν νυκτομαχίᾳ τὸ δεξιῶς ὀπλισθῆναι, καὶ τοιῶσθε ἐπιβαίνειν σκοπεῖ· καί·οι καὶ ἄλλως οὐδ' ἂν δυναίμην, πεπλανημένος, ἤδη τὴν ἐνομοῖα ὑπὸ τοῦ μεταμανθάνειν τὰ βάρβαρα. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα μὴ παρῆν παρακαλοῦντα με σιωπᾶν, ἀλλὰ τὸ διήγημα ἡλιγρον ἔχει οὐ φορητόν, ὡς καὶ ἡπειρώτη κεντία, καὶ τοῖς τρυφῶσι καὶ θρυπτομένοις τὰ φάρμακα.

Σ'. Ποθεῖσι δὲ ὑμῖν, ὦ πάτερ καὶ ὄμιλις ἀδελφῶν, οὓς συνάγει καὶ διστάσας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπίσχω τῶν ἡμετέρων τὴν γνωριμότητην. Καὶ μὴ ποῦ τις Ἰωσήφ ἐνταῦθα; Ὁ γὰρ πατριάρχης Ἰακώβ δῆλος πενθῶν οἶδ' ὅτι τὸν ὕστατον ἐν νύκτι κατὰ πνευματικὰ ψελλίζοντα ἔτι· καὶ ταρὰ τοῦτο καὶ ἀγαπώμεθα. Ἐγεώργουν μὲν οὖν οἱ μείζους ἀδελφοὶ τὸν ἄσταχυν τῆς ζωῆς, καὶ εἰς διακονίαν αὐτὸς ἐτετάγηκεν ὑπερητούμενος ὅποσα προσέταπεν ὁ πατὴρ· οἱ δ' ἀπεμπολοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθόντες. Πλὴν ὁμως καὶ τραγωδία τὰ ἐντευθεν οὐδ' ἀπαράλληλα· πλὴν ὅ τι γνωρίσω μὲν ἑμαυτὸν, εἰ καὶ σκιωδῶς οὐδ' ἀπαρακαλύπτως· παραδραμοῦμαι γὰρ τὰ πολλά. Βασιλεύω δὲ οὐκέτι τῶν Αἰγυπτίων διὰ τὸν Φαραῶν, εἰ καὶ παραχωρηκέναι τινὸς δυναστείας, οὐ βούλεται μὲν, πείθεται δὲ ὑπὸ τοῦ ὁράσεισι διδόντος καὶ ἐνυπνιάζοντος πνεύματος· ὑποχωρεῖ γὰρ ἢ αἰσθησις τῶ νοί, παρ' αὐτοῦ διδασχθεῖσα ὅσα συμβολικῶς ὑποδέχεται· οὐ γὰρ ἡ νύξ τοῦ βίου κεχώρηκε τὴν ἀλήθειαν· εἰεν.

Ζ'. Τὴν μὲν οὐ ὁδὸν ἅπασαν ἐξ ἀπαρχῆς ἀναλέγεσθαι ὑπὲρ τὸν παρόντα καιρὸν ἔστι, καὶ τὴν τοῦ λόγου σπουδὴν· ὅσα τε ὑπενεγκόντας ἡμᾶς τρίτος ἔταρακεν ἡλιος. Καὶ μὴν γε τούτων οὐ πολλοστὰ αἰτετικμένοις τισὶν ἐκδεδώκαμεν, ἐπιθρομάδην διεξέληθοντες ἐκ τοῦ παρήκοντος, εἰ μὴ καὶ τὴν ἡμετέραν φιλοπευστίαν παραδεδράμηκεν. Ὁ πρῶτος ὁδοστατήσας ἐξέθλιβέ με· κατέλαβέ με διώξας, διεμερίσατο σκύλα, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπέπλησεν. Ὁ δεῦτερος λυμῶν, εὐποριστότερος ἐν κα-

A fuimus, nunc certe postquam nobis unctionem largitus est. Num ergo felicius iter nacti simus, rectaque ad gregem nostrum venerimus? an in latrones delapsi, animæ retinendæ causa fugerimus? Qui status rerum sit, et num satis bene nobis evenerit? Num fortunæ impetus vix demum desiverit, an adhuc in cursu simus? Et horum duorum utrum teneamus? et num hactenus scopo prorsus aberraverimus? Hæc ergo vobis considerare contingit, et inter vos disquirere. Sane arbitrator grave esse negotium, et non minima cura dignum, si quis velit nostra diligentius inspicere. Quanquam, ut in his solet contingere, alia quælibet, nihilque publice satis probatum, popularis fama divulgat. Ego vero si certe tantum otii et commoditatis haberem, omnia dicerem ac scriberem: etsi præcipuam curam gererem meliora narrandi ob solatium mutuumque affectum audientium. Nunc id non licet, quia longo mihi sermone opus foret. Laborem autem scribendo impendere, perinde nunc esset, ac si quis ad nocturnam pugnam elegantè se armis exornaret, atque ita ornatus procederet. Sed et alioqui id minime possem, mente adhuc vaga, dum res barbaricas discere incipio. Jam quamvis hæc me ad silentium non compingerent, narratio tamen intolerabilem vertiginem crearet, veluti homini mediterraneo fit in mari nausea, et sicut delicatis et mollibus pharmaca accidunt.

αἰτησαίμην τῇ ἐνεργείᾳ τῆς ἀρετῆς· μέχρι τοῦ παν-
τὸς ἐπεκτείνεσθαι· οὐδ' εἰς ἐξηκοντάδα προκό-
πτειν τὸ ὅλως ἐργάσασθαι· ἰκανῶς δ' ἂν εἶχον B
κἂν τοῖς τριακόντα, εἰ τοῖς φυσικοῖς ὅροις τὸ ἴδιον
γεώργιον πορευέμεν τὸ ἐνεργῆς. Ἄλλ' ἐγὼ θείου-
κα, μὴ ποτε οὐδὲ τὴν χεῖρα θερίζων πληρώσασμαι,
μηδὲ τὸν κόλπον ὁ δραγματιζόμενος· ἔσθι ὀπισθιαί-
τερος, καίτοι γε ἦν ἂν οὐ πάντα δ' ὀπίσθις, ὁ δυσ-
κλετῆς ἐγὼ ποιμὴν καὶ γεωργὸς οὐκ εὐδαίμων·
ἀλλ' ὡς ἐπὶ δομάτων γούν ἐκαρπίζομεν μικρὰ, τοὺς
ὑπεραναδάντας ὀλίγου τὴν παμμητέρα πλάνην, καὶ
τὸν λόγου θερισαμένους ὡς ἐφικτὸν, εἰ μὴ καὶ τού-
ταις ἦσαν πάλιν οἱ τοῦ ἀέρος ὄρνεις ἐπιβουλοὶ. Οἴμοι,
ὅτι ἀκάνθας καὶ τριβόλους βρούει μοι τὸ γεώργιον!
τὴν καταάρισιν τῆς ἀπὸ Θεοῦ διαμαρτίας, ὡς ὀπίσω
τῆς κεντρώδους πλάνης τὸν διαμαρτόντα πορευέ-
σθαι· καὶ πορεύει μοι τὸ ποιμνιον οὐκ ἐν τῷ ξύλω
μόνον ὡς γέγραπται¹³, ἤδη δὲ καὶ λίθοις πᾶσι καὶ C
ἰδασι καὶ προσκυνοῦσι μὲν οὐ γλυπτοῖς, δαιμο-
νίοις δὲ τισιν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς.

κα'. Χριστιανοὶ δὲ μόνον ὀνόματι Ἄλανοι· εἰ δὲ
πού τις καὶ μερὶς Ἰακώβ, ὁ ἐχθρὸς ἐνέσπειρε τὰ ζι-
ζάνια· εἰ γὰρ καὶ πρὸς τῷ γῆρα τείως οὐν ἡ Σάρρα
γεγέννηται· πονηρεύεται δὲ κατὰ τοῦ Ἰσαάκ
Ἰσμαὴλ· καὶ τίς Ἀβραάμ, ἵνα τὴν θούλην Ἄγαρ,
καὶ τοῦ τῆς πλάνης ἀνελεύθερον σκότους, τῆς συνοι-
κίας ἀκώσασαι; Ἔστι τις ὀλίγη παρεμβολὴ καὶ ἐμοὶ
ἦν Θεὸς ἐξάγει τοῦ νοητοῦ Φαραῶν· καὶ διεξάγω
ταῦτα ἐγὼ κατὰ Μωσῆν μὲν οὐκέτι, πλὴν ὁμως·
ἀλλ' οἱ Αἰγύπτιοι τρισταταὶ καταδρομοῦσι, ἢ τῷ
θυμῷ φονῶσα ψυχῇ, καὶ τὸ πρὸς τὰ χαμαίζηλα λι-
χνον, ὁ κείθει τοῖς ἀλλοφύλοις συγχραίνεσθαι· καὶ τὸ
τοῦ λοξοῦ περίτρεπτον περὶ τινος ἀτόπου δόξας D
οὐκ ἀντιτίθειν ὡς διὰ πολλά. Καὶ ποῦ στῦλος νεφέ-
λης ἐν-σῦθα τὸ διεστάναι διδοῦς; ἢ τὼς ἂν τῶν
ἔθνων διέστη ἡ θάλασσα; Οἴμοι ὅτι ποιμαίνεις μὲν
ἀγέλης πεπίστευμαι ἀναβαινούσας ἀπὸ λουτροῦ τοῦ
βαπτίσματος! ποιμαίνει δὲ ταύτας μᾶλλον τῆς ἀπι-
στιᾶς ὁ θάνατος· σμῶματι μὲν γὰρ ὁμολογοῦσιν,
ἵνα δὲ λέγειν εἰς σωτηρίαν· ὅτι μὴ καὶ εἰς δι-
καιοσύνην πρώτον τῇ καρδίᾳ πιστεύουσιν. Ὁμοίω-
τι, Ἄπόλωλεν εὐλαθῆς ἀπὸ τῆς ἐμῆς ταύτης γῆς·
καὶ οὐκ ἔστι μοι ἀνάπαυσις αὐτῇ.

κα'. Ἄρα ἀναστάς πορεύσομαι; Δίδορα περὶ τῆ

¹³ Jerem. III, 9.

accidit, quod in ipsa seminatione vitium gliscit.
Tum et reliquæ congruunt parabolæ partes: in
spinis fit seminato quæ quidem olim evulsæ sunt;
at fidei verbum alicubi prorsus suffocatur: inter-
dum etiam cum ipsis spinis nascitur: item for-
tasse affectione quadam fit et ipsum spinosum.
Melius certo foret, si ab eo qui ignem venit mit-
tere in terram inflammati, statim spinas combure-
remus: si ope ejus, qui gladium pariter venit
mittere in terram, funditus hæc excideremus. Et
quidem pura terra, purum semen, custodes vigi-
les, aurea messis messor, robustus. U' tamen
nunc res se habent, haud equidem ad centuplicem
usque fructum postulem virtutis viribus extendi;
neque ad sexagesimum optem provehi, sed satis
habeam, si quatenus physicis regulis licet, trice-
simum fructum opera exæquet. Imo ego vereor,
ne forte manum, quidem metens impleam, neque
sinum qui manipulos colligo. Sim sane tardior
post alios, quanquam non omnino desperans, in-
felix ego pastor non beatus. Quippe qui super
tecta serentes parum fructus effecimus, nempe
illos lucrando qui matrem omnium malorum hæ-
resim vitaverunt, et verbum pro viribus messue-
runt; nisi forte et his pariter insidiati sunt aeris
aves. Heu mihi, quia spinas et tribulos campus
germinat! damnationem scilicet ob recessum a
Deo, dum spinosum errorem vagus grex sectatur;
dum fornicatur non in ligno solum, uti scriptum
est¹³, verum etiam in lapidibus cunctis et aquis;
dum non sculptilia adorant, sed quosdam demones
in locis excelsis.

24. Christiani nomine tenus sunt Alani. Quod si
alicubi est pars Jacob aliqua, inimicus homo
zizania superseminavit. Nam etsi in senectute,
Sara tamen peperit; sed insectatur Isaacum
Ismael. Et quis est Abraham qui famulam Agar et
hæreseos serviles tenebras, domo procul ableget?
Est mihi quoque pusillus exercitus, quem Deus ab
intellectuali Pharaone eripit. Hunc ego ducto, non
quidem ut alter Moyses, sed tamen ducto. Se!
Ægyptii tribuni persequuntur, nempe animus
furens cædi inhians, et terrenam rerum cupidi-
tas; quæ suadent ut cum alienigeni, commaculen-
tur; denique obliquæ mentis volubilitas ad absur-
das quasdam opinioniones, minime ut plerumque fit
renitens. Et ubinam est nebulae columna, quæ se-
parationem præstet? vel quomodo gentium recessit
mare? Heu mihi, cui pascere greges commissum
est de baptismatis lavacro ascendentes! Pascitau-
tem hos potius infidelitatis mors. Ore quidem,
ægre dico, confitentur ad salutem; neque tamen
antea credunt corde ad justitiam. Simile est illud:
Periit religiosus ab hac terra mea; neque hæc
mihi stationis requies est.

25. Num ergo surgens abibo? Vereor ne forte

hocmalum participem. Num enim sum ego Abdias? Hic quidem cum Achaabo famularetur, genua tamen Baali non flexit¹⁴. Metuo etiam pusillæ justorum sorti; nam virga impiorum commovetur. Quid faciam? Ubi Jesu flagellum, ut Patris domus purgetur? Odi ecclesiam malignantium: sed in hanc projectus fui, qui sacerdotium temere assumere ausus sum: « Nonne odientes te, Domine, oderam et super inimicos tuos tabescebam? » Cur maledictioni illi audacter me objeci? Cælum æneum reputatus ego sum, terra ferrea neque arata neque sata hæreditas mea. Quisnam Paulus rursus hos parturiat, donec formetur in eis Christus? Nothi adhuc et non filii, quia fascinavit eos Satanas, ne quis veritati forte credat, atque ut sint deinceps infidelitatis filii. Iram timeo, revera enim sunt vasa iræ ad perditionem formata. Heu! ferarum dentes video, cum furore rapientium super terram! Nam meorum insignia veluti sunt, homicidia in primis et alia mortium genera. Heu Dathan atque Abiron mihi inhiant: et quis adest Aaron, ut Deus miracula edat? Sacerdotii dignitas conculcata est, et quis adest Samuel, ut Deus injuriam ceu sibimet illatam reputet? « Invocabant enim illi Dominum, et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatureis. » Nempe ego sacrorum testimoniorum custodiam serio observo. Fortasse aliq̄is calvitiam quoque irridet, si forte pileo me exuam, ut cum fide haud velata sacro munere fungar. Quis aderit Elisæus ut culpam ultio mox subsequatur? Elisæi disipulum audacter me dicam: sed non idcirco Elisæus sum. Et gratiam quidem suscepi, sed non idcirco extra caducarum rerum impetum sum, neque in pacem extra omnem animi perturbationem ingressus sum. Et quid mirum, si rursus Moyses dux sit, et nihilominus itinerantium membra in deserto ceciderint? Nam ex vocatis pauci sunt electi.

26. Sed quousque in his dilatabo orationem, et non illum potius scopum attingam? nempe ut rogem pastorem meum, et fratres simul deprecari. Utique ex ventre inferi audient clamorem meum. Eleva ad Deum oculos, o pater: sanctas extende manus, unde mihi sacerdotii gratiam postulasti. Pete nunc ut cursum consummem, fidem servem, prævaricantes doceam vias Domini, irreligiosos convertam: si quando hæc nobis Dominus beneficia addat. Ferte in hoc opem patri vos quoque amatissimi fratres: communi ac principi pastori commendate me, qui regi potius quam regere indigeo. Fortasse recordabitur mirabilem suorum is qui parvulos custodit: fortasse memoriam faciet operum suorum, qui terram inaquosam in aquarum scaturiginem mutat. Nam si exsiccat fluvios Ethan, et terram fructiferam ponit in salsuginem, idem nihilominus dat mel sugere de petra,

¹⁴ III Reg. xviii, 3.

Α τοῦ κακοῦ μεταλήψαι· μὴ γὰρ ἐγὼ Ἄβδιδι ἱερῆσας δὲ ἀρα ἐκείνος τῷ Ἀχαάβ, γόνυ τῇ Βαάλ οὐκ ἔκαμψε. Δέδρα¹⁴ καὶ περὶ τῷ μικρῷ τῶν δικαίων κλήρω· ἡ ράβδος γὰρ τῶν ἀμαρτωλῶν ἐκίσταται. Τίς ἐγὼ γίνωμαι; Ποῦ τὸ φραγγέλιον Ἰησοῦ, ἵνα ὁ οἶκος τοῦ Πατρὸς ἐκαθαίροιο! Ἐίστησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων· ἀλλ' εἰς ταύτην ἀπέβριμμαι, ὅτι προπετῶς ἱερωσύνην ἐθάρρησα, « Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην; » Ἴνα τί τὰ τῆς ἀρεῆς ἐκείνης ἐθάρρησα; Καὶ χαλκοῦς μὲν οὐρανὸς ἐνομίσθη ἐγὼ, σιδηρᾶ δὲ γῆ, καὶ ἀσπαρτος καὶ ἀνήστος ἡ κληρονομία μου· Ὡς τίς Παῦλος καὶ πάλιν ὠδινε τούτους, ἄχρις οὗ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν αὐτοῖς; Νόθοι δὲ ἀρτι καὶ οὐχ υἱοὶ ὅτι ἐδάσκησεν αὐτοῖς ὁ Σατανᾶς, ἵνα μὴ, τῇ ἀληθείᾳ εἰ καὶ πείθονται, καὶ λοιπὸν τῆς ἀπειθείας υἱοὶ. Καὶ δέδοικα τὴν ὄργην· ὅπως γὰρ σκεῦη ὄργης καταρτισμένα εἰσὺ εἰς ἀπώλειαν. Οἶμοι! ὅτι θηρίων ὀδόντας ὄρω μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς· τὰ γὰρ ἐπίσημα τῶν ἐμῶν φόνος τὸ πρῶτον, καὶ ἄλλων ἔθνη κηρῶν. Οἶμοι, ὅτι Δαθὰν καὶ Ἀβειρών με περιεχθήνασαι· καὶ τίς Ἀαρὼν ἵνα τερατουργήσῃ Θεός; Καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης καταξουθενῆται· καὶ τίς Σαμωνὴλ, ἵνα τὸ γεγονός εἰς ἐαυτὸν Θεὸς ἀναδέξοιο; « Ἐπεκαλοῦντο γὰρ ἐκείνοι τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουσεν αὐτῶν· ἐν στόλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. » Ἄρ' οὖν ἐγὼ τῶν μαρτυρίων τὴν φυλακὴν ἐθέμην περὶ σπουδῆς. Τίχα τις καθυβρίζεται καὶ τῆς φιλίας, εἰ τῶν καλυμμάτων ἀπογυμνοῖτο, ἵν' ἀκαλυψῆται τῇ πίστει ἱερατεῖας. Καὶ τίς Ἐλισσαῖος, ἵν' ἡ δικαυὰρ κερτοίτο; Ἡλιοῦ μὲν γὰρ θαρρήσω λέγειν ὡς μαμαθῆσμαι· ἀλλ' οὐκ ἐντεύθεν Ἐλισσαῖος ἐγὼ καὶ χάριν μὲν ἐδεξάμην ἀλλ' οὐ ταύτη καὶ τὴν τῶν βρόντων παρελθόν φοράν. οὐδ' εἰς τὴν ἐρήνης εἰσῆλθον ἀπάθειαν. Καὶ τί καινόν, εἰ καὶ πάλιν Μωϋσῆς ὀδηγεῖ, τῶν ὀδηγουμένων δὲ τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ κατέπεσον; Τῶν γὰρ κλητῶν ὀλίγοι εἰ ἐκλεκτοί.

κς. Ἀλλὰ μέχρι τίνας τοῦτοις ἐμπλατυνθήσονται καὶ οὐκ ἐκείνου μᾶλλον γίνωμαι τοῦ σκοποῦ; αἰτήσονται τὸν ἐμὸν ποιμένα, δυσωπήσω τοὺς ἀδελφούς. Ἄρα ἐκ κοιλίας ἄδου κραυγῆς μου ἀκουσονται· Ἄρον πρὸς θεὸν ὀφθαλμούς, ὡς πᾶτερ· ἔκτεινε ὅσας χεῖρας, ὅθεν ἡμῖν τὴν χάριν ἤτησω· καὶ τὸν δρόμον ἐκτελέσει νῦν αἰτήσαι, τὴν πίστιν τηρῆσαι, διδάξαι ἀνόμους ὁδοῦ Κυρίου, ἁσθεῖς ἐπιστρέψαι. εἰ ποτε προσθῆται Κύριος ἐφ' ἡμᾶς. Συμπουνησατε τῷ πατρὶ καὶ ἐμοί, ἀδελφοὶ καὶ φιλάδελφοι· παραθέσθε με τῷ κοινῷ καὶ πρώτῳ ποιμένι τὸν ποιμαίνεσθαι μᾶλλον ἢ ποιμαίνειν δέόμενοι. Ἴσως μνησθήσεται τῶν θαυμασιῶν αὐτοῦ ὁ φυλάσσειν τὰ νήπια· Ἴσως μνείαν τῶν ἔργων αὐτοῦ ποιήσεται ὁ γῆν ἀνυδρον εἰς δεξιόθεν ὕδατων μεταποιῶν. Εἰ γὰρ καὶ ξηραίνει ποταμοὺς Ἡθὰν, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἄμην τιθῆσεν, ἀλλὰ καὶ μέλι θηγάξει ἐκ πέτρας δίδωσι, καὶ ἐκ στερεῆς πέτρας ἐλαίου· τίς οἶδεν εἰ ἀντὶ κούρας καὶ

στοιθεῖς μυρσίνη καὶ κυπαρίττος ἀναθήσεται; μό-
νον εἰ ὁ ξηρὰ συναρμολογῶν ὄσῃ καὶ ζωὴν ἐμπνέων
καὶ ἐν ἡμῖν δοξασθήσεται. Τοῦτο παρ' ὑμῶν ἐμὸν
αἷμα· τοῦτο μετὰ δακρύων αἰτούμενος, οὐδ' ἂν
ἀποκάμω. Δότε μοι τὴν χάριν ταύτην, χαρίσασθε
μοι τὴν αἴτησιν, ὧ σκεῦος ἐκλογῆς, ὧ στόμα Θεοῦ,
ὧ πρωτεύω ἐν πᾶσι μετὰ τὸν πρῶτον· ὧ λαμπτήρ-
σω ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντες.

et de lapide duro eleum. Quis scit, an pro urtica
et herba inutili, myrtus et cyparissus exurgat?
Modo ille qui arida ossa rursus compingit, vitam-
que inspirat, in nobis quoque glorificetur. Hæc
est mea a vobis postulatio: ita cum lacrymis de
precari non desinam. Date mihi hanc gratiam,
petitioni huic annuite, o vas electionis, o Dei os,
o prime omnium post primum, o luminaribus
mundi verbum vitæ præbentes.

*Diximus supra Theodorum sub patriarcha Germano II claruisse; quo videlicet tempore Constanti-
nopolis, pulsus Græcis, in Latinorum potestate erat. Reapse Theodorum in primo adhuc inedito opus-
culo, quod ad fratrem natu minorem scripsit, ait f. 1: 'Εὐλῶ μὲν ἡ πατρις, ἀλλ' ἀνδρὶ σοφῷ πᾶς τόπος
Ἑλλάς: Et f. 2: Τῆς πατρίδος ἡμεῖς ὑπὸ δυσσημρίας ἀπογενόμενοι, ὁ μὲν πατὴρ ἦδη πρίσθυς ἦν, καὶ πρεσβυτέρα
μήτηρ, ἐντιλαμβασομένη καὶ αὐτὴ βίου τελωτέρου, εἰς οὐπὲρ ἐν ἐπισκόποις ἐκείνος. Nimirum patre nostri Theo-
dori creato episcopo, uxor religiosam vitam sectata est. Adhuc Theodorus de patre suo: Σχολάσας δὲ
τε καὶ τῆς ἐπισκοπῆς παροικίας, ἐπειδὴ αὐτὴ περὶ Σαυρομάτους καὶ Σκύθας ἦν. Reuera in Alicano n. 9 indicium
est, Theodori patrem in borealibus illis regionibus episcopatum gessisse: quare et verba eius τὰ οἰκία
non tam patriam fortasse quam diocesim denotant. Illic etiam complura Theodorus dicit de suis
litterarum studiis, quarum minori fratri magister fuit, et de libris etiam poeticis lectis loquitur, nec
non de compositis. Et quidem dum in barbaricis regionibus versaretur, ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἦδη
βιούντων ἡμῶν, οὕτω τῆς ἀνάγκης κατεπευγούσης. Interim vero ait se ad insulas fuisse vocatum: Ἡ χάρις
εἰς ἐπισκοπὴν ἐκκαλεῖ ἰθῶν.*

ANNO DOMINI MCC... (?)

THEODORUS ANDIDENSIS

(Ang. Mai Biblioth. nova PP. tom. VI, p. 845.)

Postremum hunc reservaveram Theodorum Andidensem, quia verebar, ut huic forte capiendo tomus
sufficeret. Nunc moræ longioris impatiens, tot Theodororum agmen hoc Andidensi concludam: cujus
brevem oppido ac prope nullam geographicam notitiam tradidit Allatius in diatriba de Theodoris
n. XCVII. In libro autem Contra Creyhtonum p. 819, ubi locum ejus recitat, *auctorem dicit non recen-
tem, sed satis antiquum*. Hæc tantum Allatius. At Lequinus in *Or. Ch.* t. I, col. 1030, nomen hoc, apud
Allatium *De concensu* lib. III, cap. 13, a se lectum, ponit inter episcopos Andidorum, quæ fuit urbs se-
cundæ Pamphylie; neque tamen ætatem ejus definit. Dicit insuper scribendum esse *Σανδίδων*, ut est in
notitiis episcopatum, pro *Ἀνδίδων*; quod haud recte opinari videtur Lequinus; etenim in tribus hujus
operis codicibus Vaticanis, constanter *Ἀνδίδων* scribitur. Quin adeo Basilium quoque Phytie episcopum
(in Phrygia Salutari) cui suam hanc lucubrationem Theodorus mittit, ignorat prorsus Lequinus in *Phy-
tie episcopologio*, *Or. Ch.* t. I, col. 844. Quamobrem ne ex Basilii quidem utpote ignota ætate lumen ad
Theodori sæculum cognoscendum accedit. Sane Theodorus noster n. 5 ad magni Basilii tractatum quem-
dam liturgicum provocat; sed quia id scriptum non magno Basilio, sed Germano (primove an se-
cundo?) Byzantino patriarchæ bibliographi tribuunt; hinc saltem appareret Theodorum nostrum præ-
dicto certe opere esse recentiorum. Verumtamen, quia putatum Germani opus valde fuit interpolatum,
jam nescimus quid Basilii, quid Germani, quid aliorum antiquorum aut paulo recentiorum in eo cinno
supersit: ideoque ad ferendum de Theodori ætate judicium parum ea libri nominatio prodest. Igitur in
sola adhuc Allatii affirmatione acquiescendum est, quod haud recens auctor sed satis antiquus sit hic
Theodorus. Ne autem diu de ipso opere loquar, cujus dignitas et utilitas per se ipsa legentibus inno-
tescet, dicam tantum me id reperisse in tribus bibliothecæ Vaticanæ codicibus, nempe 1. in 856, bom-
bycino, sæculi ferme duodecimi. 2. in 430, chartaceo, sed bonæ nitidæque scripturæ, cujus textus ab
illo prioris codicis in paucis differt, 3. in codice 632, item chartaceo, sed antiquiore; in quo quidem
omittitur exordium, ut infra suo loco dicam, verumtamen in textu permultæ sunt additiones ac varia-
tates. Primum codicem ac tertium viderat Allatius (nam de secundo silet), laudatosque ab eo locos in-

fra nos adnotabimus. Titulus autem operis ille est, quem nos typis imprimimus : nisi quod mendose in secundo codice *Nicolaus* scribitur pro *Theodoro*, librarii nimirum ἀνεψία, qui tunc fortasse de Nicolao Cabasila cogitabat, cujus liturgicus commentarius jamdiu editus subsequitur in codice post illum Theodori.

Parergon de alia sacræ missæ expositione, et de canone 44 Nicæno.

Stephanus Aldoensis, anno 1670 factus patriarcha Antiochenus Maronitarum, et anno 1705 vita defunctus, ut tradit Assemanus in Catalogo codicum *Or. Vat.* t. III, p. 503, complura ingenii atque industriæ suæ monumenta reliquit, nempe Annales orientales ; de origine Maronitarum ; horum vindicias ; item de metro carminum ; nec non Orationale juxta ritum Maronitarum, ut videre est in nostro prædicti Catalogi supplemento *Script. vet.* t. V. codd. Syr. 392, 393, 394, 395, 396, 397, 411, 444. Quod vero ad rem præsentem attinet, in carsciunico apud nos codice 400 continetur ejusdem Aldoensis magnum opus de sacrificio missæ, duobus tomis comprehensum, quorum tamen primus deest. Sed ecce, fortunæ beneficio, desideratus hic carsciunicus tomus, suppletur ab ejusdem interpretatione Latina, quæ in codice Vaticano 7410 conservatur. Reapse cum totum opus in decem partes (seu candelabra, ut Orientales malunt dicere) distribuatur, sex quidem priores partes in Latino continentur, quatuor vero postremæ in carsciunico : quo fit ut ab utroque conjunctim codice liturgicum hoc Aldoensis opus nobis totum suppeditetur. Quisnam vero fuerit Latinus interpres, codex non docet ; sed suspicari licet de Petro Benedicto illo S. Ephræmii notissimo interprete. Namque Naironus apud Assemanum, loco supradicto, affirmabat Romæ se quædam Aldoensis exemplaria accepisse a Petro Benedicto Maronita commodata. Et nos quidem ab Aldoensis opere typis tradendo, moles, ipsa deterret ; nihil tamen vetat, quominus hujus tenuem saltem imaginem delineemus.

Etenim operis partium decem, ut diximus, in plures unaquæque tractatus subdividitur, hique rursus in sectiones, tantaque est argumenti abundantia, et tam copiosa tractatio, ut nihil hac super re indictum relinquatur. I. Pars de missa fere generatim, id est de ejus nominibus, definitione, partibus, etc. II. De loco conveniente celebrandæ missæ, id est de ecclesiis, earumque partibus, altaribus, suppellectile, etc. III. De sacerdote missæ ministro, et de sacerdotii gradibus, officiis, etc. IV. De præparatione sacerdotum ad missam, vestibus, etc. V. Singillatim de missæ partibus. VI. Adhuc de reliquis missæ partibus. Hactenus codex Latinus. In carsciunico autem, parte VII. Prosecutio est ordinis missæ, scilicet, de pace danda, et de altaris velamine, nec non apertione mysteriorum. VIII. De consecratione sacramenti, quod est secundum missæ segmentum. IX. De signaculo crucis super calicem, de Oratione Dominica, et sacramenti elevatione X. De fractione specierum panis, et aspersione sacratissimi sanguinis super illas, et de sacramenti distributione fidelibus.

Jam vero in tractatu tam ubere, multa esse bona et utilia, et quandoque etiam peregrina, quis dubitet ? Imprimis testimonia clarissima de Christi corpore in Eucharistia præsentem, et quod Christi ipsius institutoris verbis fiat consecratio. Item de Petri et Romani pontificis primatu, quem summis viribus propugnat, et ad universam Ecclesiam, prout in Florentino œcumenico definitum est, extendit. (Par erga Petri successorem proficitur obsequium etiam auctor libri ms. quem præ manibus habeo cærimoniarum Ecclesiæ Maroniticæ, ubi in prologo dicitur Deus fundasse Ecclesiam ac stabilivisse supra patrem fidei Petri). Deinde de patriarchatu Antiocheno agit Aldoensis ; de SS. imaginum veneratione ; de vestibus atque ornatibus pontificalibus, etc. Postremo copiose disseritur de trisagio, cujus etiam celebre additamentum *qui crucifixus est pro nobis*, in Ecclesiis Orientalibus vulgo usurpatum, Aldoensis tuetur ; non ad Trinitatem tamen relatam, sed ad Filium ; imo non additamentum tantummodo, sed trisagium totum, ad solum Filium ab Orientalibus referri narrat ; secus vero a Græcis et Occidentalibus, omisso semper additamento, id ad solam Trinitatem referri solere : qua distinctione adhibita, pacem Ecclesiarum circa hanc controversiam conciliari posse judicat. Interim pro illa ultima particula profert testimonia 1. Ephræmii, patriarchæ Antiocheni. 2. Joannis Maronis item patriarchæ Antiocheni. 3. Dionysii Barsalibi, Amidensis episcopi ; 4. concilii Armeniorum Tarsensis. 5. librorum liturgicorum. Concedit tamen Petrum Fullonem sensu hæretico illam clausulam usurpasse ; atque hinc ortum totum ejus rei odium et disceptationem. Hæc de patriarcha Maronitarum. Alium vero æque ingentem commentarium liturgicum Nersis Lamprunensis, Armeniorum sæculo duodecimo episcopi, Latine item Ecclesiæ reverentissimi, alio nos tempore fortasse exponemus.

Notissimus est canon 44 Nicænus Arabicus, cujus clausulam de Romani pontificis auctoritate supra omnes etiam patriarchas, ponam accurate translata ex Arabico textu, quem recitat Coptus *Ben-Assali*, sæculi XII Monophysita auctor, in codice Arabico Vaticano 151, ubi ejus tractatus cononicus legitur. Is ergo in parte 1, cap. 4, postquam dixit, primum, imo et caput, patriarcharum esse Romanum, diserte scribit : « Sicut patriarcha imperio et auctoritate erga sibi subjectos præditus est, ita Romæ Dominus

auctoritate erga omnes patriarchas pollet : quoniam ipse primus est, tanquam Petrus ; quatenus hic videlicet auctoritate super omnes Christianitatis præsules fruebatur, et erga multitudinem, ex qua illa conflatur : utpote Christi Domini nostri successor, populo ejus Ecclesiisque præpositus. » (Et sic Leo noster magnus, serm. IV, 2 : « Petrus cunctis Ecclesiæ Patribus præpositus. » Et Joan. Cæsariensis in inedito opere de conc. Chalc. dicit ipsum Leonem caput episcoporum). Quo canone post Coptum Ben Assali usus est etiam Naironus Maronita in *Evoplia*, p. 276 et 293. Præter illa quæ de primatu Romano disputavit alter clarus Maronita, Abrahamus Ecchellensis, in tractatu *De origine nominis papæ*. Adde, quæ S. Anselmus Lucencis amplissime de hac re scribit lib. I et II. in sua collectione canonica, cujus nos titulos edidimus. Adde item duo nova testimonia in nostris Augustini sermonibus Vaticanis LII, 1 et CXX, 13. Denique Casin. Parisiensis sermo XXIII, quia nobis in item cod. Vat. Ottob. 977, f. 262, legebatur, ita concluditur. « Communicet Petro, qui vult partem habere cum Christo. »

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΔΙΔΩΝ

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ Τῃ ΘΕΙᾳ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΣΥΜΒΟΛΩΝ ΚΑΙ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ

Πενθεΐα

ἐκ προτροπῆς καὶ ἀξιώσεως τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Φυτιᾶς Βασιλείου

THEODORI EPISCOPI ANDIDORUM

BREVIS COMMENTATIO

DE DIVINÆ LITURGIAE SYMBOLIS AC MYSTERIIS

Composita

hortante ac postulante Deo charissimo episcopo Phytiae Basilio.

α'. Πολλοὶ τῶν ἱερασθαι ἡξιωμένων ἴσασι μὲν Α καὶ ὁμολογοῦσι τὰ ἐν τῇ θεῖᾳ ἱεροουργίᾳ τελούμενα τύπον εἶναι τοῦ Σωτηρίου πάθους καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· ὅτι δὲ καὶ πάσης τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς σωτηριωδούς ἐπιδημίας τε καὶ οἰκονομίας σημαίνουσι τὰ παρηκολουθηκότα γνωρίσματα, ἀπ' αὐτῆς ἀρχῆς τῆς συλλέψεως τούτου, γεννήσεώς τε καὶ ἀνάληψης τῆς τριακονταετοῦς πρὸς δὲ καὶ τῆς τοῦ Προδρόμου αὐτοῦ λειτουργίας, καὶ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι αὐτοῦ ἀναδείξεως· ναὶ μὴν καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς, καὶ τοῦ τῶν θαυμασίων τριτοῦς χρόνου, ἐξ ὧν ὁ φθάνος (αἰ. cod. φόνος) καὶ ὁ στυγρὸς κατεσκευάστω οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιῖν, ὡς οἶμαι ἀγροῦσι. Καίτοι γε οὐδὲ σῶμα καλοῖτ' ἂν ποτε τὸ μόνον κεαλὴν ἔχον, ποδῶν δὲ καὶ χειρῶν καὶ τῶν ἄλλων μελῶν ἀπεστέρηται. Ὅτι δὲ σῶμα τέλειον τὸ θυόμενον, ἀκούων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· « Λάβετε, φάγετε τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.» Ἄλλ' οὐδὲ θῖον καὶ πολιτίαις εἰκῶν ἢ λογικῇ ἱστορίᾳ παρά τινος ὑπογράψαι, εἰ μὴ τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ γεννήσει παρηκολουθηκῆκα, καὶ τὰ ἐν μέσῳ γεγονότα, καὶ ἐν τῷ τέλει συμβεβηκότα, ἐνσημανθῶσιν. Εἰ οὖν παρὰ ἀνθρώπων γινόμενα οὕτω συμπλέκονται, ὡς εἶναι πάντη συμπλεγμένα καὶ ἀνιστόρητα, πῶς ἂν τὰ περὶ

1. Multi qui sacerdotii officio funguntur, sciunt equidem et confitentur, ea quæ in divina liturgia fiunt, figuram esse Salvatoris passionis, et sepulture ac resurrectionis Salvatoris Christi Deinostri. Quod autem ejusdem quoque salutaris adventus et incarnationis præ se ferant consequentem notitiam, jam inde ab initio, conceptionis ejus, et natiuitatis, actæque per triginta annos vitæ ; nec non et ipsius Præcursoris, et Christi in baptisate manifestationis ; præterea et electionis apostolorum, et triennalis patratorum miraculorum temporis quæ ipsi invidiæ et crucis causa exstiterunt ; id, inquam, haud scio cur isti, ut puto, ignorent. Atqui ne corpus quidem illud appellabitur quod caput tantummodo habens, pedibus ac manibus aliisque B membris careat. Sane quod corpus perfectum sit, quod immolatur, audi Christum ipsum dicentem : « Accipite, manducate, hoc est corpus meum !. » Sed nec actæ vitæ imago probabilis a quoquam describetur, nisi ab initio res quæ natiuitatem comitatæ sunt, et quæ in medio cursu evenerunt, et quæ in fine contigerunt, adnotentur. Si ergo rehumanæ ita conectuntur ut sint plane inter se copulatæ atque involutæ, quis ea, quæ divinus Spiritus figurat ac representat, tam imperfectam imagi-

¹ Matth. xxvi, 27.

nem habere dicat? Ergo ne hujus quidem vivifici corporis per omnia similis imago, manca ullatenus comperietur, neque ullo membro destituetur. Verumtamen quia adoperata sunt divini Spiritus oracula, et quia sub brevibus sæpe verbis atque figuris, multæ sensuum difficilesque intellectu divitiæ comprehenduntur; id, inquam, nostræ ætatis hominibus purgatam mentem minime habentibus, offendit nebulas, et imperfecta esse quæ sunt perfecta suadet.

2. Quod autem prolata hæc indubia veritate verba, maximis demonstrationibus firmissime fulciantur, inde fit exploratum, quia graphica sacrorum evangelistarum historia, tanquam ab ipso Christo Deo nostro inspirata, sic jam inde ab ejus conceptione, utitur imaginibus vocis et verbi, amici et sponsi, lucernæ et solis, usque ad postremam Christi in cœlos ascensionem, et ejusdem illinc novissimo reditu, non sparsim neque abrupte, sed simul omnia complectitur. Cui rei sapienter mentem intendentes ii, qui primitus pontificali munere digni fuerunt, et qui post eos sancti Patres exstiterunt, usque ad tempora quibus orta sunt magna luminaria, et ecclesiarum Dei œdificatores, Basilius, in quam, et Joannes Chrysostomus, primi pontificis circa ritum hunc mandata, sanoto Spiritu deducendo, exsecuti sunt. Quænam autem hæc mandata fuerunt? multa quidem et alia, sed præcipue quæ ad purgationem nostram et quasi reditum in vitam pertinent: » Accipite, manducate, ait, hoc est corpus meum. » Nihil enim vetat, quominus denuo necessaria hæc verba repetamus. Et paulo post: « Hoc facite in meam commemorationem. » Igitur tantopere cordi fuit his beatissimam commemorationem Christi facere, ut et corpus per divina symbola incolume perfectumque conficerent, mente atque anima præditum, injecto in massam fermento, et substantialiter deitate plenum; adeo ut qui digne participarent, sanctificatione et gratia donentur, magnarumque passionum medelam consequantur.

3. Sed enim tertia quoque accedit prædictarum rerum confirmatio, quæ cum sacra liturgia ecclesiis Dei præclare pieque tradita est. Quænam vero hæc? Sacrarum nimirum imaginum ope colorum exhibitio. In his enim incarnationis Christi Dei nostri mysteria omnia a religiosis hominibus cernuntur exposita, ab archangeli Gabrielis ad virginem adventu usque ad Domini in cœlos assumptionem ac novissimum reditum. Habes et alium

(1) Hoc dicit secundum constantem Græcorum sententiam ac ritum consecrandi fermentatum; quem ritum non improbat Latina Ecclesia, ita tamen ut a Græcis vicissim azymum nollet damnari. Itaque paulo vehementius loquitur S. Petrus Damiani in sua præclara et religiosissima canonis missæ expositione (n. 1.) a nobis edita *Script. vet. t. VI: Panis fermentatus non debet offerri in sacrificium, tum ratione facti, tum ratione mysterii. Græci tamen in suo pertinaces errore de fermento*

τοῦ θεοῦ Πνεύματος τυπούμενα καὶ εἰσθηγόμενα οὕτως ἔλλειπὴ τὴν εἰκόνα φαῖν' τις εὐ δέξασθαι; Οὐκοῦν οὐδὲ ἢ τοῦ ζωαρχικοῦ τούτου καὶ θεοῦ σώματος ἀπαρλλακτος εἰκὼν ἔλλειπὴς ὅλως εὐρεθήσεται, εἰ τῶν μελῶν τι ἔρει περιηρημενον· ἀλλ' ἐν τῷ εἶναι συγκαλυμμένα τὰ τοῦ θεοῦ Πνεύματος λόγια, καὶ ἐν βραχέσι πολλάκις ῥήμασι καὶ τύποις πολὺν περιχέσθαι νοημάτων πλοῦτον καὶ δυσθεώρητον, τούτου τοῖς κατ' ἐμὲ τῶν ἰουὴν μὴ καθαρούμενοις γνώσις καθίσταται, καὶ ἀτελὴν εἶναι τὰ τέλεια ὑποτίθεται.

β'. Ὅτι δὲ τὰ προβεβλημένα ταυτὶ ῥήματα ἀληθεῖα ἀναμφηρίστῳ μεγίστοις σταριζοῦται ὑποδείγμασι κραταιότατα, ἐντεῦθεν ἔστι δῆλον· ὁ γὰρ ζωγράφος τῶν θεῶν εὐαγγελιστῶν λόγος, ὡς ἐξ αὐτοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὑποσημασθεῖς, οὕτω τὰ ὑπὸ τῆς συλλήψεως, τῆς φωνῆς καὶ τοῦ λόγου, τοῦ φίλου καὶ τοῦ νυμφίου, τοῦ λύκνου καὶ τοῦ ἡλίου, ἄχρι τῆς τελευταίας ἀπόδοῦ Χριστοῦ τῆς εἰς οὐρανοῦς, καὶ τῆς ἐκείθεν αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἄριστα ἐξεκόνισεν, οὐ δισπαρμένως, οὐδ' ἀπερρηγμένως, ἀλλ' ὑφ' ἐν πρὸς πάντα καταρτισμένως. Ὡς δὲ καὶ νουνεχέστερον προσεχόντες οἱ πρῶτως ἀρχιερατικοῦ καταξιοθέντες χαρίσματος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ θεοὶ Πατέρες, ἄχρι τῶν χρόνων τῆς γεννήσεως τῶν μεγάλων φωστῆρων καὶ τεχνουργῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, Βασιλείου, φημί, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τὰς ἐν αὐτοῖς ἐντολὰς τοῦ πρώτου ἀρχιερατοῦ Πνεύματι θεῶν ποδηγούμενοι ἀνεπλήρωσαν. Τινες δὲ ἀρα αἱ ἐντολαί; Πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι, ἐξαιρέτως δὲ αἱ πρὸς τὴν ἡμετέραν κάθαρσιν καὶ οἰονεὶ ἀναζώωσιν. « Δάδετε φάγετε », φησὶ· « τοῦ ὅ ἐστι τὸ σῶμά μου· οὐδὲν γὰρ καλύβει καὶ αὐθις τοῖς ἀναγκαίοις τούτο ἐπαναλαμβάνειν· καὶ μετ' ὀλίγον· « Τούτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἡμῶν ἀνάμνησιν. » Οὐκοῦν οὕτως ἔσπευσαν οἱ μακάριοι ποιεῖσθαι τὴν ἐκείνων ἀνάμνησιν, ὡς καὶ τὸ σῶμα διὰ τῶν θεῶν συμβόλων σώσον καὶ ἄριον ἀποτελεῖν, ἔκνον καὶ ἐμψυχον, δια τῆς ζύμης ἐμβαλλομένης τῷ φυράματι (1), καὶ θεότητος κατ' οὐσίαν πεπληρωμενον· ὥστε τοὺς ἀξίως μεταλαμβάνοντας ἀγιασμοῦ καὶ χάριτος ἀξιοῦσθαι, καὶ μεγάλων καθῶν ἴασιν δέχισθαι.

γ'. Ἄλλ' ἔστι καὶ τρίτη βεβαίωσις τῶν προτεθειμένων, ἥτις μετὰ τῆς θείας ἱερουργίας ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καλῶς καὶ θεοφιλῶς παραδίδοται. Τίς δὲ αὕτη; Π τῶν ἱερῶν εἰκόνων διὰ χρωμάτων ἀναστήλωσις (2)· ἐν ταύταις γὰρ τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἅπαντα μυστήρια τοῖς εὐσεβέσιν ὁρῶνται καθιστορούμενα ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον ἀφίξιος μέχρι καὶ τῆς εἰς οὐρανοῦς ἀναλήψεως

conficiunt. Verumtamen idem Petrus semet emendat aut explicat in Collectaneis tom. cit. p. 243, cum nostra adnotatione.

(2) Græci prima Quadragesimæ Dominica festum venerationis imaginum celebrant, sub titulo ὀρθοδοξίας, ob eam dogmaticam disciplinam in septimo concilio definitam. De quo festo multæ extant homiliæ, quas inter memini me legere Marcii Chrysocephali, et aliam in collectione Agapi monachi Cretenais.

τοῦ Κυρίου καὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας (3). Ἐχεις καὶ ἄλλον ἀπαράγραπτον μάρτυρα ἐνάγοντά σε πρὸς τὴν τῶν θείων μυστηρίων τοῦ ὅλου σώματος ἕνωσιν καὶ συνάφειαν, τὸν μέγαν φημί ἐν θεολόγοις Γρηγόριον, ὃς ἐν τῷ τῶν Χριστοῦ γενεθλίων λόγῳ οὐ μόνον τὰ ἐν τῇ γεννήσει παρακολουθηκότα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ὅλης οἰκονομίας συντάζει· καὶ αὖθις ἐν τῷ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὰ ἐν τῇ γεννήσει εἰρημῶτα αὐτῷ, ἀμετάθετα εἶπεν· ὁ δὲ καὶ φανερώτερον ἀποδείκνυς, τοιοῦτόν φησι τὸ τοῦ γεννηθέντος γενέθλιον, καὶ τοῦ παθόντος ἐντάφιον. Διὰ ταῦτα προηγουμένως μὲν κατὰ τὸν πρόχειρον λόγον καὶ νῦν τοῦτο (4) πᾶς πιστὸς εἶδέναι ὀφείλει ὡς ἡ τῆς θείας ἱερωργίας ἀπικτα τολετὰ αὐτὴν ἐκείνην τὴν ὅλην οἰκονομίαν τῆς περὶ ἡμῶν σωτηριώδους συγκαταβάσεως τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς προείρηται, διὰ τῶν ἐν αὐτῇ τλουμένων μυστηρίων συμβολικῶς διηλοῖ (5)· εἰ καὶ χαλιπὸν ἐφ' ἐκάστῳ τῶν παρὰ Κυρίου γεγενημένων, καὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίους εἰς αὐτὸν πεπραγμένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀφαιρῆσαι πρᾶξιν ἐν τοῖς συμβόλοις· πολλὰ γὰρ τὸ ἐν τῶν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ τλουμένων ἐπὶ δὴσὶ καὶ τρισὶ τῶν τότε νοοῦνται καὶ ἀναφέρονται, ὡς προῖων ὁ λόγος δείξει σαφέστερον.

δ'. Αὐτίκα γοῦν ἡ θεία καὶ ἱερα τράπεζα, καὶ εἰς τὸ ἰσραυμένον ἀνώγειον [al. cod. ἀνώγειον] ἐκλαμβάνεται, καὶ φάτυα κατονομάζεται, καὶ τάφος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπικέκληται (6). Ταῦτα δὲ, εὐσεβῶς νοούμενά τε καὶ δεχόμενα, οὐδὲν τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας λυμάνεται, καὶ μᾶλλον ὅταν ὁ προκείμενος λέθος ζῆται τὸ οἰκίον καὶ πρόσφορον τῷ καιρῷ· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως· ὡστε εἰ τις τῶν ἐν τῷ τίλει τῷδε συντάγματι ἐντυγχάνων, εὐρήσει τινα ἑτέρως ὀνομασθέντα παρὰ τίνος, καὶ οὐ καὶ τὴν ἡμετέραν ἐξέγρησιν· μηδαμῶς ξενίζισθω, μόνον εἰ πρὸς εὐσεβείας λόγον καὶ ταῦτα ὀρᾷ· πολλὰ γὰρ καὶ τοῦ τότε καιροῦ τὰ θαυμάσια· καὶ ἴσως τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις ἀποστολαῖς, καὶ αὐτοῖς τοῖς θεοφόροις Πατράσιν ἴδοξε τὸ ἐν τῶν νῦν λεγομένων, ὡς εἴρηται, πρὸς πλείονα τῶν τότε ἐναποδίδοσθαι ἢ καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἀνεγκαίῳ νοούμεσται, ὥστε τὰ μείζονα καὶ συνεκτικωτέρα τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐντάξει τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, κατὰ τὴν τῶν θείων εὐαγγελιστῶν παρατῆρησιν· τούτων γὰρ ἡ σαφέστερα πραγματεία τε καὶ σπουδὴ οὐκ ἄλλο τι ἐναργέστερον δείκνυσιν ἄλλ' ἢ τὸ ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τε καὶ θεοτόκου συλληφθῆναι τε καὶ γεννηθῆναι τὸν τοῦ προανάρχου Πατρὸς ὁμοούσιον Υἱὸν καὶ Λόγον· εἴτα βαπτισθῆναι μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ὀνομασίου αὐτοῦ Πνεύματος· ἐπει-

(3) SS. imaginum venerationi addictissimi Græci sunt, eorumquæ ecclesiæ his passim ornantur. Sic etiam in Occidente toti templorum parietibus studiosius venustabantur Veteris Novique Testamenti et martyrum sanctorumque virorum pictis historiis; quem morem in hodiernæ ecclesiarum parietibus non ita frequentatum dolemus. Certe nullum decoriis ornamentum, aut populo Christiano edocendo aptius, adhiberi posse censemus.

sine exceptione testem, qui te ad illam totius corporis in divinis mysteriis unionem et conjunctionem deducit, magnum dico inter theologos Gregorium, qui in sermone de Christi natali, non solum ea quæ nativitate comitata sunt, verum etiam totius dispensationis res conexuit. Rursusque in sermone de Paschate et resurrectione, ea quæ in natali dixerat, loco suo non commovit. Quod ut apertius significet, talis, inquit, fuit geniti Christi nativitas, talis et ejusdem passi sepultura. Propterea principaliter juxta præsentem tractatum, nunc fidelis omnis scire debet a divinæ liturgiæ universo ritu, illam ipsam totam dispensationem salutaris condescensionis veri Dei ac salvatoris nostri Jesu Christi, uti dictum est, per ea quæ fiunt in eodem ritu mysteria, symbolice ostendi; quanquam difficile est, circa singula quæ Dominus egit, vel Judæi contra eum gesserunt, unum eundemque spectare in symbolis actum. Sæpe enim unum aliquid in divina nunc liturgia operatum, de duobus vel tribus tunc temporis actibus intelligitur, ad eosque refertur, sicut in sequentibus fiet clarius.

4. Ecce enim divina et sacra mensa et pro strato cœnaculo accipitur, et præsepe appellatur, et sepulcrum quoque Christi Dei nostri vocatur. Et tamen hæc pie cogitata et accepta, nullatenus rectæ religionis doctrinam lædunt, tunc præsertim cum propositus sermo temporis propria et accomodata requirit. Et similiter cætera. Quare si quis eorum qui sacra dignitate eluent, hunc meum legens commentarium, forte aliqua abs quovis aliter nominata comperiet, et non secundum nostram expositionem, ne, quæso, miretur, dummodo et ista rectæ religionis doctrinam respiciant. Multa enim illius quoque temporis admiranda fuerunt. Et fortasse sacris divisque apostolis, ipsisque a Deo inspiratis Patribus, quod nunc uno nomine comprehenditur, ut diximus, tunc ad plura referre placuit. Vel etiam hoc necessarium illis visum est nempe ut majora et summaria salutis nostræ documenta in divinam mystagogiam insererent, juxta sanctorum evangelistarum traditionem. Horum quippe manifestum præcipue negotium studiumque nihil aliud apertius demonstrat, quam quod de sancto Spiritu Maria semper Virgo et Deipara conceperit genueritque consubstantialem æterno Patri Filium ac Verbum; cui deinde baptizato testimonium dederit vivificus et consubstantialis ejusdem

(4) Hinc tantummodo incipit codex 632.

(5) Sic Algerus scholasticus in brevi opusculo *De sacrificio missæ*, quod nos edidimus in tomo IX *Script. vet.* ait: *Solemnia celebratio totius missæ hoc instituta est, ut memoriam exprimat Christi venientis in carnem*, etc.

(6) Concha sive lacunar Græci altaris denotat Bethleemi antrum seu præsepe. Ibidem autem modo cœnaculum pingi solet, modo sepulorum Domini.

Spiritus. Postea propter triennalem miraculorum A
cursum, Judæorum invidiam incurrisse, et a discipulo proditum, illustumque et crucifixum, sepulcro conditum, denique in vitam revocatum, in cælum conscendisse, et iudicem denuo venturum expectari. Quæ omnia perspicue divina liturgia sistit per ea quæ in ipsa fiunt, secundum Domini traditionem et mandata singula.

5. Verum hæc quidem tanquam adumbrata quædam futurarum rerum proponuntur descriptio. At nostra particulatim rituum Dei gratia statutorum explanatio, quantum infirmis ingenium nostrum valuerit, vim interim eorum palam faciet, quorum symbola intellexisse arbitramur. Neque enim mente talem tantumque conatum concepimus, utpote nimis contemplativum, ut fortasse in cunctis nostræ audaciam expositionis ostendamus. Imo et diserte veniam a legentibus imploramus, quos scire volumus, nos obediendi præcepto obsequentes, vel potius viro per omnia Deo amabili adhortanti cedentes, negotium ultra vires audacter aggredi; non autem scientia inflatos, res humano nisi intactas attingere. Quod si quid vel circa pontificalia indumenta, vel alia aliquot in ecclesiæ more posita, sermo noster præterierit, id, inquam, haud absque causa factum est. Cum enim harum rerum, scriptam quamdam sub magni Basilii nomine interpretationem invenerimus, de iis dicendum a nobis non iudicavimus. Quamobrem, circa illa etiam de quibus loqui jussi fuimus, si quando invenire nobis licuit præcedentium Patrum aliquam expositionem aut declarationem; ad hanc potius hortatorem nostrum episcopum ablegavimus: dum nos interim quietum tutumque silentium tenere maluimus. Sed agesis Dei benignitati propositum aggrediamur.

6. Initium doctrinæ arcanæ, et sanctissimorum symbolorum, illud ipsum spiritualis sermo proponit, quod tum humana natura ceu quamdam oblationem ex universa humana massa Domino Deo nostro offert; tum prophetica gratia divini Spiritus multis diversisque vocabulis significavit, congruas operato mysterio appellationes imponens, typis quibusdam ac symbolis præmonstratas. Sed congrua et connaturalia nomina rei gestæ modo

(7) Verissime Theodorus noster dicit inscriptum se vidisse divo Basilio opusculum de quo loquitur; D
etenim nos quoque in cod. Vat. 430, post Theodori tractatum legimus f. 131: titulum excerptorum ἐκ τῆς τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκοπῆς Καππαδοκίας μυσταγωγικῆς ἐκκλησιαστικῆς. Tum vero in cod. Vat. 662, f. 238, exstat idem opus plane integrum sub ejusdem Basilii nomine, cum titulo: Ἱστορία μυσταγωγικῆ ἐκκλησιαστικῆς. Attamen nihil aliud id est, nisi cum varietatibus, quam opusculum illud sub patriarchæ Germani nomine non semel vulgatum, imprimis autem in pulcherrima Parisiensi Morelii editione, Richardus quoque Simonius codicem hujus operis habuit sub Basilii nomine, ut ait in Catalogo p. 287, post notas ad Gabrielem Philadelphensem. Ejusdem generis aliud opusculum S. Sophronii edidimus nos

τα τὸ ἐπὶ τρισὶν ἑκαυτοῖς θαυματουργῶντα ἐπιφθονοῦ γενέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ὑπὸ μαθητοῦ προδοθῆναι, ἐμπαιχθῆναι τε καὶ σταυρωθῆναι· εἶτα καὶ ἀναστάντα ἀναληφθῆναι, καὶ ὡς κριτὴν προσδοκώμενον πάλιν ἐλεύσεσθαι· ἅ πάντα σαφῶς καὶ ἑθία ἱερουργία συνίστησι διὰ τῶν ἐν αὐτῇ τελομένων, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, καὶ τὰς διαρημένας ἐντολάς.

ε'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς σκιαγραφία τῶν μελλόντων προτίθεται ἢ δὲ κατὰ μέρος τῶν παρ' ἡμῶν Θεοῦ χάριτι νομοθετηθέντων ἐξηγήσεις, κατὰ γὰρ τὴν ἡμετέραν ἀσθενεστάτην διάνοιαν, θῆλωσι τίως τὴν δύναμιν, ὥστε συμβόλων ἐγκρίσθαι ῥήθημεν· οὐδὲ γὰρ εἰς νοῦν τοιαύτην ὁρμὴν ἐδεξάμεθα, ὡς ἄνω θεωρητικὴν τάχα ἐν πᾶσι τὴν τόλμαν τῆς ἐξῆγησεως ἐπιδειξάσθαι· ἐπεὶ καὶ τοῖς λόγοις συγγνωμῶν αἰτούμεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, εἰδῶσιν ὡς ἐντολῆ ὑπακοῆς πειθόμενοι, μᾶλλον δὲ τῷ πρὸς ταῦτα προτροφευμένῳ ἀνδρὶ τὰ πάντα ὅτι θεοφιλεῖ εἰκόντες, τῶν ὑπὲρ δύναμιν κατετολήσαμεν· ἀλλ' οὐχὶ γνώσει βρενθυόμενοι, τῶν καθ' ἡμᾶς ἀφάυστων ἡψάμεθα. Εἰ δὲ τίνα τῶν περὶ τῶν ἀρχιερατικῶν ἀφίρων καὶ ἰτέρων τινῶν τῆ ἐκκλησίᾳ δεδομένων ὁ λόγος παρήκεν, οὐκ ἀνευ λόγου πρότερος δίδρακε. Εὐρόντες γὰρ περὶ τούτων ἐπ' ὀνόματι τοῦ μεγάλου Βασιλείου (7) ἱερηνίαν τινὰ γεγραμμένην, οὐδὲ φθίγγασθαι περὶ τούτων διόν ἐλογισάμεθα· ὥστε εἰ καὶ περὶ ὧν εἶπε ἡ ἀναγκάσθημεν, εὐρεῖν ἠδυνάθημεν τίνα τῶν προειληφθέντων Πατέρων θῆλωσιν ἢ σαφῆναι, πρὸς ἐκείνην αὐτὸν ἡμᾶς συνοδοῦντα ἀρχιερίκα παρπεμφάμεθα· αὐτοὶ δὲ τὴν ἀπρακτικὴν καὶ ἀκίνδυνον εἰλόμην σιωπῆν ὁμοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία θαρρόντες, καὶ ταῖς εὐχαῖς τοῦ προτροφευμένου τῆς ὑποθέσεως ἀρχόμεθα ὡδε·
et hortatoris nostri precibus confisi susseptum

ζ'. Ἀρχὴν μὲν τῶν μυστικωτάτων λόγων καὶ θειοτάτων συμβόλων (8) αὐτὴν ἐκείνην ὁ πνευματικὸς ὑποτίθησι λόγος, ἦν εἴτε ἀνθρωπικῆ φύσεως οἶον τίνα προσφορὰν ἐξ ὅλου τοῦ ἀνθρωπίνου φραγματος Κυρίου τῷ Θεῷ ἡμῶν προσήγαγε· καὶ ἡ προφητικὴ χάρις τοῦ Θεοῦ Πνεύματος πολλοῖς καὶ ποικίλοις ὀνόμασι παρεδήλωσε, καταλλήλους τῇ ὑπουργίᾳ τοῦ μυστηρίου τὰς προσηγορίας ἐπισημίας, τύποις (9) τισὶ καὶ συμβόλοις προθεωρηθείσας. Ἄλ-

in *Spicilegio rom.* t. IV, quanquam fine multatum. Sed exstat in cod. Vat. 790. f. 36-40, scriptum aliud: Ἐξηγήσεις τῆς θείας λειτουργίας, quo Sophronii defectus suppleri utcumque videtur.

(8) Sacramenta, et res simul et symbolum sunt. Verbi gratia Eucharistia, res est propter veram Christi præsentiam: simulque, ut ait Critopulus in Confess. eccl. cap. 9, symbolum τῆς συσσωματώσεως καὶ ἐγκεντρίας ἡμῶν πρὸς τὸν ἐνανθρωπήσαντα Υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ.

(9) Præcludendo eorum ori qui panem eucharisticum typum tantum seu figuram corporis Christi blasphemant, adest antiquissimus quoque testis Cyrillus Hierosol, in *Myslag.* IV, 3: Ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοται σοι τὸ σῶμα ἐν τύπῳ (id est specie) panis datur tibi corpus. Itaque non corpus est figura, seu species, panis est; sed corpus sub spe-

λά τὰ πρόσφορα καὶ συμμυθὴ ὀνόματα τῆ οἰκονομίας ἅ
πρὸς λόγον φερωνυμίας τῶν συντελουμένων συμ-
βόλων τοῦ μυστηρίου τοῖς θεοκλήρυσιν ἀποστόλοις
καὶ ἱεροῖς Παπράσι περὶλακται, ἄρτον αὐτὸν ἑπι-
σημασάσιν, εὐλογίαν, πρόσφοραν, ἀπαρχὴν ἄρτον
μῖν (10), ὡς τὸν οὐράνιον ἄρτον, αὐτὸν, δηλαδὴ τὸν
Χριστὸν, σωματικώτερον ἐκ τῶν ἰδίων αἱμάτων αἰ-
σθητῶς ἀποποιήσασιν τῆς πανάχραντου Θεοτόκου
εὐλογίαν δὲ ὡς τῆ; ἀρᾶς τῶν πρωτοπλάστων ἀναι-
ρισαν πρόσφοραν δὲ, ὡς ἐξ ὄλου τοῦ ἀνθρώπινου
φραγμάτος οἶαν τινὰ φιλοτιμίαν τῷ Θεῷ καὶ κτίστη
εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων προσεσχεθεῖσαν ἀπαρχὴν δὲ,
ὡς πάντων ἀπαρχμάτων Θεῷ προσενηνεγμένων τυγ-
χάνουσαν ἱερωτέραν καὶ ἁγιωτέραν. Ταύτην τοίνυν
τὴν εὐλογίαν καὶ πρόσφοραν, καὶ τοῖς εἰρημένους
ἄλλοις ὀνόμασιν ὀνομαζομένην, εἰς τύπον τῆς παν-
μυθῆτου Θεοτόκου (11) πιστῶς δεχομεθα καὶ δοξά-
ζομεν.

ζ'. Πι πρόσθεσις δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας ἰσο-
δύναμος πεφυκε τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις τῆς σκιά-
δους λατρείας τῶν Ἰουδαίων· μᾶλλον δὲ πολὺ ταύ-
της μείζων· ἡ γὰρ θεία τράπεζα, ἐν ἣ θύεται ὁ
Ἄμνός ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀσυγκρι-
τως ἐστὶν ὑψηλότερα τῆς παλαιᾶς ἐκείνης τραπέζης
ὅση πρὸς ἁγιασμοῦ λόγον καὶ συγχώρησιν πταισ-
ματων τοῖς μετὰ πίστεως καὶ καθαρᾶς συνειδήσεως
προσερχομένοις· οὐ μὴν πρὸς σύγκρισιν ὕλης·
χρυσῷ γὰρ ἐκείνη διεκκόσμητο. Τὸ δὲ μίαν αὐτοῖς
ὠρίσθαι τράπεζαν, καὶ ἐπ' ἐπ' ἐν ταύτῃ τῷ τύπῳ περι-
γραπτῶς εἶναι νομοθετεῖσθαι, ἀλλοχοῦ δὲ μήτε
θυσιαστήριον πῆγνυσθαι ἀπαγορεύσαι, ἄρ' οὐχὶ
σαφές ἐστὶ γνώρισμα τοῦ καὶ ταύτην καὶ τὰς ἐν
αὐτῇ τελουμένης θυσίας καιρῷ τῷ προσήκοντι παν-
τελῶς ἀφανίσαι; Ἐν μὲν γὰρ ἀρχαῖς τῆ γνώμη
τῶν γαστριμάργων καὶ παχυτάτων Ἰουδαίων συγ-
κατων, Ἑλληνικῶς ἐθελόντων βιοῦν, συνεχώρησε
τὰς θυσίας ἐπ' ὀνόματι μόνῳ τῆς αὐτοῦ Θεοῦ ἀγα-
θότητος ταύτης καθιερούσιν, ἐν ἑν καιρῷ τῆς χριστο-
κτονίας ἐκείθεν ἀπελαθίντες οὐδαμῶς ἔχουεν πά-
ροδον ἐν ἑτέρῳ τῷ τῶν δρῶν, τῷ σφῶν καλυψ-
μενοὶ νόμῳ· κἀντεῦθεν ἐκποδῶν γίνεταί καὶ ἡ

cie panis. Pergit Cyrillus dicere: Μὴ πρόσθετε ὡς
ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα
Χριστοῦ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν.
Jam ut longinquiris quoque nationis testimonia
aliquot inaudita nobis accersamus, adest sapiens
ille Armeniorum episcopus Nerses Lamprunensis,
qui in sacrae liturgie explanatione, patrio ser-
mone conscripta, p. 161, disertè ait: *Panis fit
corpus Christi*. Similiter p. 389: *Spiritu sancto
operante, de pane fit corpus Christi*. Item p. 397:
*Materia exanimus (panis) vitam suscipit: anima-
tum id fuit, cui deerat spiritus; symbolum in rem
conversum est: species corporis Christi, substan-
tialiter omnino Christi corpus effecta est*. Deni-
que p. 468: *Per sacerdotis orationem descendit
Spiritus ad speciem (panis) vivificandam*. Quibus
in locis quomodo pars aliqua dubitationis restet,
prorsus non video. Et disertè alibi, ut per-
gunt dicere RR. PP. Mechitaristæ in Apologia
pro Nersete, venerabile dogma veraciter tra-
dit. Nimirum, p. 158, pluribus verbis assertit non
figuram Christi esse Eucharistiam, sed ipsum ejus

imponere, ita ut ipsum vocabulum peracta mysterii symbola proprie denotaret, id, inquam, divinis præconibus apostolis, sanctisque Patribus curæ fuit. Itaque appellarunt panem, benedictionem, oblationem, primitias: panem quidem, tanquam cælestem panem, ipsum videlicet Christum, solidum ex propriis sanguinibus sensibilibiter confectum ab immaculata Deipara; benedictionem, utpote maledictionis primis creatis hominibus impactæ extinctionem; oblationem, tanquam ex universa humana massa munus quoddam Deo creatori ad sancta sanctorum delatum; primitias denique, tanquam omnium primigeniorum Deo oblatorum rem sacratissimam et sanctissimam. Hanc igitur benedictionem dictam, atque oblationem, aliisque supradictis nominibus appellatam, augustis exhibitam templs, et prothesi, ut vocitamus impositam, ceu figuram laudatissimæ Deiparæ, fideliter suscipimus et honoramus.

7. Nostræ autem Ecclesiæ prothesis pari dignitate est atque sancta sanctorum umbratilis Judæorum cultus, imo vero his superior. Nam divina mensa, in qua immolatur Agnus, qui tollit peccatum mundi, incomparabiliter sublimior est mensa illa vetere, propter sanctitatis rationem, et peccatorum remissionem, quam iis confert qui cum fide puraque conscientia accedunt. Neque tamen materiæ facienda est comparatio; illa quippe auro tota exornata erat. Quod autem una illis præfinita fuerit mensa, et quidem uno in loco circumscribi jussa, alibi vero neque mensam neque altare statui permissum, nonne manifestum indicium erat, tum hanc, tum immolatas ibi victimas, congruo tempore prorsus antiquatum iri? Et olim quidem voluntati indulgens gulosorum crassiorumque Judæorum, ethnico more vivere volentium, sivit ut victimas nomini tantum bonitatis Dei ipsius sacrificarent; ut deicidii tempore patria expulsi, copiam minime haberent, alio in loco hos ritus peragendi, propria videlicet ipsorummet lege interdicti: atque ita talis cultus memoria quoque aboleretur. Certe nisi ex mera erga Judæorum

corpus et sanguinem. Et mox, p. 160, negat symbolum Dei esse panem (id est speciem panis) sed ibi corporis substantiam contineri propugnat. Rem perspicuis verbis adfirmat etiam pp. 130, 164, 351, 361 atque ut noster Hieronymus ep. 146. ad sacerdotum preces ait Christi corpus sanguinemque confici, sic et Nerses, p. 45, sacerdotum dignitatem suspicit, dirigendi Spiritum sanctum, et materiam in Deum consecrandi. Denique Armenii in hymno eucharistico canunt: *Hic panis est corpus Jesu Christi*. De hoc sacramento præclare etiam Stephanus Aldoensis patriarcha Maronitarum in Commentario de Missa, quem jam retro laudavimus.

(10) Petrus Damiani op. cit. n. 2: *Idea panem et vinum in sacrificium corporis et sanguinis sui Christus instituit, quod sicut præ cæteris cibis corporalibus panis et vinum reficiunt, ita corpus et sanguis Christi præ cæteris cibis et potibus spiritualibus interiorem hominem reficiunt et saginant*.

(11) Confer infra, n. 9.

infirmatam indulgentia Deus illis sacrificia indixisset, quid causæ erat, quominus in universum terrarum orbem diffundi ea decrevisset, æque ac illa, quæ per prædicationem apostolorum, jubente Deo instituta sunt, quæ soli et aeri, cæterisque mundi ornatibus assimilantur? Sed, ut diximus, Judæorum sacrificia condensatione Dei permessa fuerunt. Etenim dum hæc adhuc peragebantur, millies divino Spiritu per prophetas loquente, recusata sunt, quemadmodum Isaias ait: « Si affertis ad me similes, vana est oblatio, abominatio, iniquitas, mihi est. Quis enim hæc de manibus vestris exquisivit? » David autem: « Num manducabo carnes taurorum, et sanguinem hircorum potabo? » Et alibi: « Sacrificium et oblationem noluit. corpus autem aptasti mihi ». Quibus verbis Propheta, Christi Dei nostri, ante veteres generationes dispositum incarnationis mysterium denotat. Quomodo igitur post novæ gratiæ adventum, vestigium aliquod veterum sacrificiorum, quicumque mentis est compos, dicat superfuisse? Sed hæc hactenus de legalium sacrificiorum cessatione vel abjectione et vetito.

8. Sed fortasse dicet aliquis ex adversariis: Vos, ex quibus prophetarum indicationibus panem vinumque ceu typum corporis ac sanguinis Christi offerre didicistis? In primis igitur respondemus, Christi Dei, qui est ipsa veritas, facta et traditiones neminem posse scrutari: « Hoc enim facite, inquit (ut denuo dicam) in meam commemorationem. » Quod si propheticas de his prædictiones quaeris, audi virum prophetæ simul regis auctoritatem habentem; imo vero ipsum cœlestem Patrem, genito ab se ante luciferum ineffabiliter et impassibiliter Filio dicentem: « Juravit Dominus, et non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec ». Quid hic porro Deo offerebat? panem ac vinum, quibus Abrahamum divinitus muneratus est, post victoriam ab eo patratam. Si ergo oriundus ex alieno populo Melchisedec, figura Christi existimatur et creditur, utique expulsum est leviticum sacerdotium. Impossibile enim est Deum mentiri, postquam jurejurando promisit se excitaturum aliquem secundum ordinem Melchisedec, qui carnaliter esset de Davidis semine pontifex simul Deusque ante sæcula. Ejectis igitur qui de Levi tribu erant, ut suprascriptum est, necesse vicissim fuit ut veteris tum legis tum cultus immutatio fieret; sicut alicubi magnus quoque Paulus dicit: Universum enim Judæorum cultum per levitas et contribules exerceri, lege cautum erat; quibus cessantibus, lex quoque irrita evasit. Sed et per alium prophetam, de nostro sacrificio et cultu hæc Deus prædixit dicens: « Ecce thymiama mihi exhibetur in universa terra ». Atque hæc dicta sunt de abolitione Judaicorum sacrificiorum ac rituum et

λς. Μετὰ τὴν ἐκφώνησιν οὖν τῆς κεφαλοκλισίας καὶ τὴν ὑπόπτωσιν τοῦ ἀρχιερέως γίνεται ὑψώσις τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· ὡς διαμαρτυρόμενος λέγει ὁ ἱερεὺς, μονουχλί οὕτως εἰ φάσκων ὅτι ἐπειδὴ οἱ προφῆται πρὸ πολλῶν γενεῶν προετρέψαντο λέγοντες, « Ἔψουτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστιν· ἰδοὺ ὁ προῶρρηθεις ἅγιος Κύριος ὑψοῦται. Ὅστις οὖν ἅγιος, προσελθέτω. Τὰ γὰρ ἅγια τοῖς ἁγίοις πρέπει. » Οἱ δὲ ἀκροαταί, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἀσθένει ἀναλογιζόμενοι, λέγουσιν· « Εἰς μόνος ἅγιος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἁμαρτίας παντελῶς ἀνεπίδατος. » Καὶ εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θεοῦ τελεῖται σώματος. Ἄλλὰ κἂν μερίζεται, ἀμερίστος διαμένει καὶ ἀτμητος ὕψ' ἐνὶ ἐκάστῳ μέρει τεμονομένων ὁ αὐτὸς ὅλος θεάνθρωπος μερίζομενός τε καὶ εὐρισκόμενος· εἰ γὰρ καὶ φθορᾷ ὑπέστη καὶ θανάτῳ, ἀλλ' ἢ σὰρξ αὐτοῦ ἐν τῷ ᾄδῃ οὐκ εἶδε διαφθοράν. Ἡ δὲ ὑψώσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὑψώσιν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ θάνατον, καὶ αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν. Ἀλλοὶ δὲ καὶ ἡ μεταλήψις τὴν πρὸ τοῦ πάθους ἐπὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου μετάθεσιν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ κοινοῦ ποτηρίου· περὶ οὗ εἶπεν Σωτὴρ ἡμῶν, « Οὐκέτι ἐκ τούτου πίνω, ἄρχις οὗτο κἀνὸν αὐτὸ πίνω ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς μου. »

ὁ καὶ ἐπεὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ξένως ὁμοῦ καὶ A
καινοπρεπῶς· οὐ γὰρ ὡς χρεῖαν τανακάυτα τοῦ σώ-
ματος ἔχοντος τροφῆς, ἀλλ' εἰς πληροφορίαν τῶν
μαθητῶν τῆς ἀναστάσεως ἔνεκα.

λη'. Μετὰ ταῦτα ἡ εὐχὴ τῆς εὐχαριστίας, καὶ ἡ
ἄρσις τῶν καταλειφθέντων θεῶν λεψάνων, ἧτις τὴν
ἀναλήψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὑπαινίττεται·
λέγει γὰρ τότε ὁ ἱερεύς· « Ἰψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρα-
νοῦς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. »
Ἰψουμένου γὰρ ἐν τῇ ἀναλήψει, ἔλεγον οἱ ἄγγελοι
τοῖς ἀποστόλοις· Οὗτος ὁ ἀναληφθεὶς ἔφ' ὑμῶν
πάλιν ἀεῖσεται ὡς κριτής. Τότε δὲ πᾶν γένος κάμ-
ψει αὐτῷ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ ἔσται ἐπὶ
πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ νῦν εἰσὶ B
τινες τῶν μὴ ὁμολογούντων αὐτόν, ἀλλὰ τότε οὐδεὶς
ἄντιρός. Τότε γὰρ, ἡσὶν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος.
πιστεύουσιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτόν ἐξ οὐρανοῦ κατορ-
χόμενον, καὶ ὡς κριτὴν καθεζόμενον. Ὁ δὲ τελευ-
ταῖος θυμιατὸς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου δηλοῖ Πνεύ-
ματος τὴν δι' ἐμφυσήματος δοθείσαν τοῖς ἀποστό-
λοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν· ἡ δ' ὀπισθάμβωνος εὐχὴ
οἰοεὶ σφραγὶς ἐστὶ πάντων τῶν αἰτημάτων, καὶ
ἀνακεφαλαιώσις τακτικὴ, πρέπουσα τοῖς πρώτοις
καὶ τιμητέροις ἐπιλόγοις (42)· ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα
ἡ θεία ἱερωγία, προηγουμένως μὲν ὑπὲρ τῶν
προσσηγμένων, καὶ δι' οὓς προσήγαγον τελεῖται·
ἐπειτα δὲ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν καταλειφθέντων
κατὰ μόνον εὐχὴν· ἐπειδὴ γὰρ τινες τῶν ἔξω τοῦ
θυσιαστηρίου ἱερωτῶν εἰς ἀπορίαν πολλὰκις χω-
ροῦσι, γνωστικαχοῦντες καὶ λέγοντες, Τίς ἄρα ὁ C
σκοπός, καὶ ἡ τῶν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ὑποψιφουρι-
ζομένων εὐχῶν ἔνοιά τε καὶ δύναμις; καὶ ἐφίονται
τῶν εἰρησίων καὶ τούτων λαβεῖν· κατὰ τοῦτο οἱ θεοὶ
Πατέρις ὡς ἀνακεφαλαιώσιν πάντων τῶν διὰ τῶν
εὐχῶν αἰτουμένων τὸν χαρακτήρα ταύτης ἐποιή-
σαστα, διδάσκοντες τοὺς ἐπιζητούντας ἐκ τοῦ
κρᾶσπίδου τὸ ὕφασμα. Τί δ' ἄλλο ἐστὶ τὸ λειπόμε-
νον ἢ ὁ τοῦ παρθενικοῦ σώματος τύπος, ὁ μερισμὸς
τῆς εὐλογίας καὶ προσφορᾶς (43); Κλᾶται γὰρ ὁ
ἄρτος, διατέμνεται δὲ ὡς ἀρόρητος εὐλογίας μετὰ-
ληψίς τοῖς μεταλαμβάνουσι μετὰ πίστεως· ὡς
προσφορὰ δὲ τοῖς ἐνηνοχῶσι πλήρης ἁγιωσύνης ἐκ
τῶν ἁγίων ἀντιπροσφέρεται· καὶ οὕτως ἀπὸ μὲν
τῆς μεταλήψεως τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ ἐξ αὐ-
τῆς τεχθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ εὐλογία τοῖς πιστοῖς
περιγίνεται.

λη'. Ἐν ἐτι προσθεῖς, τέλος ἐπιθήσω τῷ λόγῳ· D
Ἐπειδὴ τινες τῶν ἱερέων, οἱ μὲν πεινίας προφάσει,
οἱ δὲ ἀκαρίστῳ πλεονεξίᾳ δύο ποιεῖν λειτουργίας οὐ
φείδονται, ἀλλὰ τολμηρῶς σταυροῦσι τὸν Χριστόν,
καὶ αὐτὴς ἀνασταυροῦσι πολλὰκις καὶ ἐφ' ἐνὶ ταῦτα
θρόνῳ θυσιαστηρίῳ, τὸ φρικωδέστατον καὶ κατὰ
τοῦτο σπουδαζόντες· πολλὰκις δὲ καὶ κατὰ περιπί-
τειαν βίου ἢ ῥαθυμίαν ἀφίᾳσι τὰ δῶρα ἀτέλεστα,

(42) Hæc oratio respondet quodammodo postremæ Latinorum orationi, *Libera nos, quæsumus, Domine*, quam S. Petrus Damiani, n. 17, appellat *embolismum*.

tunc corpus esca egeret, sed ut discipulis resurrectionem suam suaderet.

38. Exin fit oratio gratiarum actionis, et sublatio divinatorum quæ relicta sunt fragmentorum, quo actu assumptio Domini Dei nostri innuitur. Tunc enim dicit: « Exaltare super cœlos, Deus; et in universa terra gloria tua. » Namque eo, dum assumeretur, exaltato aiebant angeli apostolis: Hic qui assumptus est a vobis, sic denuo veniet tanquam iudex. Tunc autem omne genu flectetur ei cœlestium et terrestrium, eritque in universa terra gloria ejus. Quanquam enim nunc sunt nonnulli qui eum non confitentur, tunc tamen nemo contradicet. Tunc sane, inquit Gregorius Theologus, credent cum eum videbunt de cœlo venientem, et iudicis more sedentem. Jam postremus suffitus gratiam sancti Spiritus significat, quam flando dedit apostolis post resurrectionem. Denique oratio post ambonem, sigillum veluti est omnium precum, et ordinata recapitulatio, quæ primis et æstimabilioribus epilogis æquiparatur. Nam quia tota divina liturgia, præcipue pro offerentibus, et propter quos ii obtulerunt perficitur, postremo et pro reliquis omnibus, una hac oratione suppletur. Quippe quia nonnulli extra altare consistentes, in perplexitate sæpe versantur fluctuantes animis dicentesque: Quinam scopus est, et quinam susurratarum secreto ab episcopo precum sensus ac vis? optantque harum quoque notitiam percipere; propterea divi Patres, tanquam recapitulationem omnium per preces postulationum, talem hujus orationis formam excogitarunt, edocentes, tanquam ex fimbria contextum, rei curiosos. Quid autem reliquum est, nisi virginalis corporis typus, diribitio nimirum eulogiæ atque oblationis? Frangitur enim panis, dividiturque tanquam ineffabilis eulogiæ participatio sumentibus cum fide: ut oblatio autem, iis qui attulerunt, plena sanctitatis ex sacro ritu redhibetur. Atque ita a participatione immaculati corporis ex Virgine nati Chriti Dei nostri, et pretiosi sanguinis, sanctificatio et benedictio fidelibus contingit.

39. Uno adhuc addito, finem sermoni imponam. Quoniam nonnulli sacerdotes, partim inopiæ prætextu, partim insatiabili avaritia, duas celebrare missas non dubitant, audacterque Christum semel et iterum crucifigunt, sæpe id in uno etiam peragentes altari, rem tremendam hac quoque ratione attentantes; nec raro propter vitæ fortuitos casus, vel ob negligentiam, imperfectum opus derelin-

(43) Legesis Christophorum Angelum cap. 14. Armenii quoque more Græcorum dispensant, sed probuccellis fermentatis, asymi tenues formas cum typo agni.

quentes; acciditque ut post triduum vel ultra etiam A comperiantur sacra dona madore aut fuligine plena, ideoque a nemine possint absumi; propterea, inquam, necesse est hæc igne consumere, et reliquos ex iis cineres, in loco nobili collocare. Sic enim etiam relicta agni illius veteris ossa igne eomburebantur. Neque vero qui hæc neglexerit sacerdos, pœnas a canonibus impositas vitabit: namque Agni nostri nihil non edule est, nihil durum aut osseum. Quippe est enhypostaticum Verbum. Suscipitur autem Verbum ab omni anima semet digne parante ut sit habitaculum ejus: ad quam non ipsum solum Verbum, sed et Patrem sæcum dixit esse venturum, nec non Spiritum sanctum, et mansionem apud ipsam facturos.

40. Hæc pro nostra imbecillitate raptim conscripsimus, propter assiduam jubentis hominis ferventissimam deprecationem. Qui vero hæc leget, nondum plenam sacrorum mysteriorum explanationem hoc scripto factam existimet. Sed hoc sibi evenisse putet, ceu si quis spectare cupiens urbis pulchritudinem eximiam et incognitam, ducem aliquem nanciscatur, a quo manuductus, tanquam ex aliqua fenestra videre queat radiorum velut inde missorum lucem atque splendorem, non tamen ipsam naturam honorum illic reconditorum. Nam secreta mea, inquit Dominus, mihi meisque ³⁰. Quomodo autem ego, qui non solum a Deo me elongavi, sed etiam appropinquantibus ei procul absum, dignum aliquid Deo cogitare aut eloqui queam? Attamen gratum est, quidquid pro viribus fit, dummodo id ab illius dogmatibus atque præceptis haud videatur discedere. Quod si quis utile aliquid in his scriptis deprehendet, is pro me qui elaboravi, precem pro venia impetranda Deo offerat, errorum meorum causa. Deinde etiam gratiarum actionem, propterea quod ille solet eos illuminare a montibus æternis, qui digni habitu fuerint intellectualiter contemplari. Quia ipsum decet omnis gloria, honor, et adoratio, Patrem scilicet, et Filium, et sanctum Spiritum, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

³⁰ Isa. xiv 16.

(44) Sic omnino solebat S. Petrus Damiani op. cit. n. 4. *Ego quod residuum est, igne comburo:*

και συμβαίνει μετὰ περὶ τριῶν ἡμερῶν τριῶν ἢ και πλείονων εὐρεθῆναι ταῦτα πεπληρωμένα νοτίθοις και λιγύοις, και διὰ τοῦτο ἀδύνατον, τινὰ προσίσθαι, δῖον ἐστὶ ταῦτα περὶ ἀναλωθῆναι (44), και τὴν ἐκ τούτων καταλειφθεῖσαν σποδὸν, ἐν τύπῳ ἐπιστήμῳ ἐγκαταθεῖναι· οὕτως γὰρ και τὰ καταλειφθέντα ὅσα τοῦ ἀμνοῦ ἐκείνου τοῦ καλαιοῦ πυρὶ κατακαίντο· οὐ μὴν ὁ ταῦτα καταλειπόμενον ἱεραῖς, τῶν ἐκ τῶν κανόνων ὀρισθέντων ἐπιτιμίων ἐλεύθερος ἐστὶ· ὅτι περ τοῦ ἡμετέρου Ἄμνοῦ ἀβρωτοῦ οὐδὲν οὐδὲ τραχὺ και ὀσπῆδες· ὅτι και Λόγος ἐνυπόστατος οὗτος· και χωρητὸς ἐστὶν ὁ Ἄσχος εἰς πᾶσαν ψυχὴν τὴν ἀξίως ἐτοιμάσασαν ἑαυτὴν εἰς κατοικίαν αὐτοῦ· πρὸς ἣν οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ και τὸν Πατέρα ἔφησε σὺν αὐτῷ ἀλύσεισθαι και τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, και μόνην παρ' αὐτῷ ποιήσεισθαι.

μ'. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐσχιδίασται, διὰ τὴν ἐπίμονον τοῦ ἐντεταλαμένου ἀνδρὸς θερμότητην ἀξίωσιν· ὁ δὲ γε τούτοις ἐντυγχάνων, μήπω πάσης ἐξηγήσεως τῶν σιπτῶν μυστηρίων ἐν τούτοις τελείσθαι νομίσῃ· ἀλλὰ τοιοῦτη τινὶ οἰίσθῳ ἐντετυχηκέναι, ὡς ἐάν τις τῶν ποθεινῶν ἰδεῖν κάλλη πόλεως ὑπερφυῆ και ἀθέατα, τύχοι τινὸς ὀδηγοῦντος, ὑφ' οὗ χειραγωγούμενος, ὡς διὰ τινος θυρίδος ἰσχύσει κκτιδεῖν τὴν ἐκείθεν ἐκπεμπομένων ἀκτινῶν αἴγλην τε και λαμπρότητα· οὐ μὴν αὐτὴν τὴν φύσιν τῶν ἔσθῳ ἀποκειμένων ἀγαθῶν. Τὰ γὰρ μυστήριά μου, φησὶν ὁ Κύριος, ἐμοὶ και τοῖς ἐμοῖς. Πῶς δὲ αὐτὸς ἐγώ. ὁ μὴ μόνον ἐξ αὐτοῦ μακρύνας ἑμαυτὸν, ἀλλὰ και τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ μακρῶν ἀπεσχισμένος. ἐπαξιόν τι τῶν ἐκείνου νοῆσαι ἢ φθῆξασθαι δυνήθειν; Ἄλλ' ὁμως φίλον κάκεινῳ τὸ κατὰ δύναμιν, εἰ μόνον μὴ πόβρω τῶν ἐκείνου δογμάτων και ἐντολῶν εἶη τὸ θεωρούμενον· εἰ δὲ τις ὀνησιφόρον τι εὔροι τοῖς γεγραμμένοις, ὑπὲρ ἐμοῦ μὲν τοῦ πεπονηκότος, εὐχὴν συγχώρησεως Θεῷ ἀποδοῦ τῶν ἐπταισμένων μοι ἔνεκα· ἔπειτα δὲ και εὐχαριστίαν, ἀνθ' ὧν ἀνωθεν εἰώθε φωτίζειν ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων, τοὺς νοερώς ἀξιοθέντας ὀρᾶν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, και προσκύνησις τῷ Πατρὶ και τῷ Υἱῷ και τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν και ἀεὶ και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

D

nam credere jubemur, distinguere prohibemur. Vide ibi cætera quæ sunt præclara,



CIRCA ANNUM DOMINI MCCXI.

MANUEL

MAGNUS RHETOR CONSTANTINOPOLITANUS.

ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ ·

ΤΟΥ ΦΡΑΡ ΦΡΑΤΖΗΣΚΟΥ

Καθώς ἐκείνος ἔγραψε

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΡΗΤΟΡΑ

FRATRIS FRANCISCI QUÆSITA

PER EPISTOLAM

AD MAGNUM RHETOREM (a)

Ταῦτα τὰ κεφάλαια καὶ δόγματα τῆς εὐσεβείας Ἀκρατῆ, καὶ παρὰ σοῦ, μέγα ῥήτωρ καὶ διδάσκαλε, ποῦ σφάλω διδασχθῆναι ἐπιζητήσιον.

Συμπεράσματα θεολογικῶν καὶ ὀρθόδοξα τοῦ φράρ Φρατζήσκου Πορδικατόρου.

Πρῶτον. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται.

Δεύτερον. Εὐλόγως τὴν ἀναπτύξιν τῶν ῥημάτων, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, προστεθῆναι χρῆ.

Τρίτον. Ἐν ἀζύμῳ καὶ ἐν ζύμῳ ἄρτων σιτηνῶν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τελειοῦται.

Τέταρτον. Καθαρικὸν πῦρ πρὸ τῆς κρίσεως πιστευτόν.

Πέμπτον. Τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ εἰς τὸν οὐρανὸν εὐθὺς, εἰς τὸν οὐρανὸν προσλαμβάνεσθαι καὶ καθαρῶς τὸν Θεὸν θεωρεῖν δεῖ.

Ἑκτον. Πρῶτός ἐστι τῆς ἱερωσύνης θρόνος ὁ τῆς Ρώμης πάππας.

Ἑβδομον. Ἐν βάπτισμα φράγγων καὶ Γραικῶν.

Ὁγδοον. Ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ ἢ γυμῆσας ἄλλην, καὶ μετὰ λόγου πορνείας ἀπὸ τῆς πρώτης ἀποστᾶς, μοιχᾶται.

Ἐνατον. Ὁ Χριστὸς ἄρτον ἀζύμων ἔδωκεν ἐν τῷ Δείπνῳ.

Δέκατον. Μόνον ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, « Ἀβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, » τέλειον σῶμα ποιεῖ, καὶ οὐδαμῶς τοῦ Χρυσσοστόμου ἢ εὐχῆ ἢ λέγουσα, Καὶ ποιήσων τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον.

Hæc capita et religionis dogmata credo et profiteor. et quæro a te, rhetor magne, ut ubi me errare contigerit, docere non dedigneris.

Conclusiones theologicæ et orthodoxæ fratris Francisci Prædicatoris

Prima. Spiritus sanctus a Patre et Filio procedit.

Secunda. Recte voces istæ, et *ex Filio*, addi debuerunt. Nimirum Symbolo Constantinopolitano.

Tertia. In azymo, et in fermentato pane triticeo conficitur corpus Christi.

Quarta. Ignis purgatorius credendus et admitendus ante ultimum iudicium.

Quinta. Animæ sanctorum recta tendunt in cælum, et in cælum receptæ, debent Deum pure videre.

Sexta. Primus hierarchiæ thronus est papa Romanus.

Septima. Baptisma Francorum, seu Latinorum, et Græcorum, est unum et idem.

Octava. Qui uxorem repudiat propter aliam causam quam propter fornicationem, vel qui repudiata uxore propter fornicationem, aliam sibi matrimonio jungit, ille mœchatur.

Nona. Christus in Cæna dedit panem azymum sine fermento.

Decima. Sola verba Christi : « Accipite, comedite, hoc est corpus meum, » conficiunt corpus Christi, nusquam vero oratio et liturgia Chrysostomi, in qua dicitur, Et fac hunc panem, etc.

(a) Lemoine, *Varia sacra*, tom. I.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ
ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ
ΤΟΥ ΦΡΑΡ ΦΡΑΤΖΗΣΚΟΥ
—
ΑΡΟΛΟΓΙΑ ΕΤ REFUTATIO
CAPITUM
FRATRIS FRANCISCI

Manuel magnus rhetor Magnæ ecclesiæ, fratri A Francisco prædicatori veteris Romæ, salutem.

Scripta tua epistola ad nos pervenit et simul ubique tuæ mentis exiguitatem prodidit, tam circa alia, quam circa grammaticam Græcam; erras enim in dictionibus, litteris, et accentibus, et declaras id quod est longe a vera theologia constitutum. In scripto quippe tuo capita continentur, et quædam problemata multoties jam agitata, et explorata, illa vero inscribis Conclusiones theologicas, cum sint potius cacodoxæ et pessimæ, et a veritate et recta doctrina penitus alienæ. Conclusio enim, ut hoc obiter dicam, est rei determinatæ et demonstratæ probatio. Istæ vero tuæ questiones sunt potius assertiones, theses iniquæ, et B propositiones mentis non sibi cohærentis et decipientis, quæ sufficienter tractatæ sunt, multoties, et variis diversisque temporibus, tam a veteribus quam recentioribus divinis hominibus, perfecta sapientia et sanctitate ornatis et præstantibus; et ut blasphemata, contraria et opposita ipsi veritati, nimirum Christo Deo nostro, reprobata sunt et rejecta. Quapropter nos armati luce veritatis et veræ theologiæ.

Tuam primam questionem quæ asserit Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio blasphemam et hæreticam declaramus (1). Non enim in Evangeliiis Dominus sic loquitur, sed illum ex Patre tantum C procedere, ubi dicit: « Cum venerit Paracletus quem ego vobis mittam a Patre, Spiritus veritatis qui a Patre procedit, ille de me testabitur¹; » missio vero et processio non sunt idem. Processio enim importat modum et conceptum existentie, missio vero legationem et apostolatam nota. Et secundum processionem Spiritus sanctus ex persona Patris tanquam ex causa immediate habet esse, secundum missionem vero Filius et Pater una mittunt Spiritum sanctissimum in fideles et eos

¹ Joan. xv, 26.

(1) Vides Græcorum insaniam.

Μανουὴλ ὁ μέγας ῥήτωρ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας φράρ Φρατζήσκου τῷ Πρεδικατορῷ παλαιᾷς Ῥώμης χαίρειν.

Τὸ ἐπιστολαῖόν σου πρὸς ἡμᾶς ἔλθον γράμμα δίδειχεν ἀμωσγέπως γε τὸ τε βραχυτάτον τῆς διανοίας τῆς σῆς πρὸς τε τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς τὴν καθ' Ἑλληνας γραμματικὴν· ἔν τε γὰρ λέξεις καὶ ἀντιστοιχείοις καὶ προσωδίας ἐσφαλμένον ἐστὶ, καὶ τὸ πόρρω δηλῶν καθιστάται τῆς ἀληθοῦς θεολογίας. Τὰ γὰρ ἐν αὐτῷ κεφάλαια, ζητήματα, καὶ προβλήματα ὄντα, καὶ τῶν ζητημάτων πολλάκις διακωδωνισθέντα, ἐπιγράψεις αὐτὰ συμπεράσματα, καὶ ὀρθόδοξα, κακὸδοξα μᾶλλον ὄντα, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ ἀληθείας ἀποπεπτωκότα. Καὶ τοὶ γε συμπεράσμα ἐστὶν, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, ἀποφασίς διωρισμένου καὶ ἀποδεδειγμένου πράγματος. Ταῦτα δὲ τὰ ζητήματα ὄντα, μᾶλλον δὲ θέσεις ἢ προθέσεις ἀθεσμοὶ, καὶ προτάσεις διανοίας ἀσυλλογιστοῦ καὶ κακόφρονος, ἀρκούντως ἐτραχταίσθησαν πολλάκις καὶ πολλαχοῦ ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων ἑτῶν ὑπὸ τε παλαιῶν καὶ νέων θείων ἀνδρῶν, τελεία σοφία τε καὶ ἀγιωσύνη κεκοσμημένων, καὶ ὡς βλάβη καὶ τὴν ἐναντίωσιν εἰσάγοντα προφανῶς καὶ τῆ αὐτοαληθείᾳ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀντιφερόμενα, ἀπεδοκιμάσθησαν τε καὶ ἀπερρίφησαν, διὸ καὶ ἡμεῖς καθωπλισμένοι ὄντες τῷ τῆς ἀληθείας καὶ ἀληθοῦς θεολογίας φωτι.

Τὸ πρῶτόν σου ζήτημα, λέγον ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, βλάσφημον καὶ αἰρετικὸν ἀποφανόμεθα. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις οὐκ οὕτω φησὶν, ἀλλ' ἐκ πόνου τοῦ Πατρὸς ἐν οἷς λέγει· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει, περὶ ἐμοῦ. » Πέμψεις δὲ καὶ ἐκπόρευσις οὐ ταῦτόν· ἢ μὲν γὰρ ἐκπόρευσις ἔνοιαν ὑπάρξεως εἰσάγει, ἢ δὲ πέμψεις ἀποστολῆς καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐκπόρευσιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ὡς ἀπ' αἰτίας ἀμέσως ἔχει τὸ εἶναι· κατὰ δὲ τὴν πέμψιν ὁ Υἱὸς συναποστέλλει τῷ Πατρὶ τὸ παναγιον Πνεῦμα πρὸς τοὺς

πιστοὺς καὶ τοὺς τῆς χάριτος αὐτοῦ ἄξιους. Ἐπὶ Α ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι μία ἐστὶ βουλὴ καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια, ὡς μία οὐσία τῷ ἀριθμῷ καὶ μία θεότης. Ὅθεν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποστέλλει τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν χρονικὴν γέννησιν, ὡς ἐν Ἡσαΐα γέγραπται τῷ προφῆτῃ « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὐ εἶνεκεν ἐχρῆσέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπίσταλκέ με » ὥστε μόνου ἢ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις οὐκ ἀποστέλλεται, ὡς ρίζα καὶ πηγὴ τῆς θεότητος· ἢ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἄλλήλοις ἀποστέλλονται τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ, ὁ μὲν Υἱὸς κατὰ τὴν χρονικὴν γέννησιν, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν χρονικὴν πρόοδον, καὶ τὴν εἰς τοὺς πιστοὺς ἐπιφοίτησιν· οὐ μὴν κατὰ τὴν ἄχρονον ἐκείνην ἐκπόρευσιν, τὴν ἀμέσως ἐκ τῆς πατρικῆς ὑπόστασις οὐσαν, καθ' ἣν ἔχει τὸ εἶναι ἐκπορευτῶς, ὡς καὶ ὁ Β Υἱὸς αἰδίως ἔχει τὸ εἶναι ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπόστασις ἀμέσως γεννητῶς. Ὅθεν καὶ ὁ θεὸς ἀπόστολος Παῦλος, τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος χρονικὴν καὶ μεταδοτικὴν δηλῶν πρόοδον, φησιν· « Ἔσωσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δὴλονότε διὰ λουτροῦ καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου οὐ ἐξέχεν ἐπ' ἡμᾶς πλουσιῶς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Εἰ τοίνυν γνωριμώτερα εἶναι δεῖ καὶ δηλᾶ τε καὶ σαφῆ, ὅσα εἰσὶν ἐγγυτέρω τῶν ἀρχῶν φύσει φανερωτάτων οὐσῶν, ἀρχαὶ δὲ εἰσὶν ἡμῖν τῆς πίστεως οἱ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγοι, οἷς οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ διδασκαλοὶ ἀσφαλῶς ἐπόμενοι συμφωνοῦσιν· εὐδελον ὅτι καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ὁρθότης τῶν δογμάτων τῆς πίστεως ἐν ἡμῖν ἐστὶ καὶ ἐν τῇ ἡμετέρα καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς καθηγηταῖς καὶ διδασκάλου C ἡμῶν, καὶ προστάταις αὐτῆς· Ὡν πρῶτος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν δευτέρῳ κεφαλαίῳ περὶ ἡνωμένης θεολογίας καὶ διακεκριμένης φησὶ πως· Ἄκουσον τοῦ, Τάδε λέγει Κύριος, ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, καὶ ὁ παντοκράτωρ, καὶ σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ὄν, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σαραπίωνα αὐτοῦ ἐπιστολῇ· Οὐκ οὐκ καλῶς φρονούντες περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐδὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ καλῶς φρονοῦσιν· εἰ γὰρ ἐγγρόνου ὁρθῶς περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐγγρόνου ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἰδίον ἐστὶν, ὁ παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῖς μαθηταῖς, καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Ὅρα τίς δύο D προόδους τοῦ παναγίου καλῶς θεολογήσαντος Πνεύματος, τὴν μὲν ἐκ μόνης τῆς πατρικῆς ὑπόστασις τὴν αἰδίον ἐκείνην καὶ ἀόρητον, καὶ ὑπαρτικὴν, καθάπερ καὶ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις εἰρήκει, καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον καὶ μεταδοτικὴν, τὴν δι' Υἱοῦ. Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν τῷ περὶ Τριᾶδος αὐτοῦ λόγῳ· Θεὸς ἐστὶν ἡ πάντων ἀρχὴ κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· Εἰς Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ γὰρ ὁ Ἄλογος ἐξ αὐτοῦ γεννητῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευτῶς. Καὶ ὁ θεὸς καὶ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἰδίον ἀδελφὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ αὐτοῦ οὕτω φησίν· Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ

qui sunt digni gratia sua. In tribus personis unica est voluntas, unica virtus, unica est operatio, sicut unica numero essentia, et unica divinitas. Unde fit ut Spiritus sanctus mittat Filium secundum temporalem suam generationem, sicut hoc scribitur apud Isaiam prophetam : « Spiritus Domini est super me, ideo me unxit, et misit me ad Evangelium annuntiandum pauperibus » ; adeo ut sola Patris persona non mittatur, cum sit radix et fons divinitatis ; persona vero Filii et persona Spiritus sancti alternatim et a se invicem mittuntur secundum Patris beneplacitum ; Filius quidem secundum temporalem generationem, Spiritus sanctus vero, secundum temporalem processum, et in fideles accessum et adventum, non vero secundum æternam illius processionem, quæ immediate originem trahit a persona Patris, et secundum quam habet esse processionaliter seu per processionem, sicut Filius ab æterno habet esse immediate ab eadem persona Patris per generationem. Quapropter divus apostolus Paulus, ostendens temporalem et gratiosam missionem Spiritus a Patre per Filium, dicit : « Servavit nos Deus et Pater per lavacrum, et renovationem Spiritus quem super nos abundanter diffudit per Jesum Christum » . Si notiora clariora, manifestiora ea debent esse, qua viciniora sunt, et propius accedunt ad ipsa prima principia et initia, cum ipsa principia sint per se clariora et magis perspicua, principium vero fidei nostræ sit verbum Domini Jesu Christi, cui sine ulla aberratione adhærent et consentiunt apostoli et doctores ; manifestum est veritatem et recta fidei dogmata obtinere apud nos, et apud catholicam Ecclesiam nostram, et apud ejus informatores doctores et præsules. Horum vero primus fuit Dionysius Areopagita qui in secundo capite de unita et separata theologia sic inquit : Audi illud : Hæc dicit Dominus qui est qui erat, et qui venturus est et omnipotens, et tu ipse es, et Spiritus veritatis qui est, qui procedit a Patre. Et magnus Athanasius in sua ad Serapionem epistola : Non bene sentiunt de Spiritu sancto, nec bene sentiunt de Filio ; si enim rectam de Filio haberent sententiam, utique et sanam sententiam foverent de Spiritu sancto, qui procedit a Patre, et proprius est Filii, qui ab illo datur discipulis suis, et iis qui in illum credunt. Vide duas processiones sanctissimi Spiritus quas docet optima et recta theologia. Unam ex sola persona Patris, illamque æternam, invisibilem, ineffabilem, personalem, sicut Dominus loquitur in Evangeliiis ; aliam vero temporalem et gratiosam quæ fit per Filium. Idem Athanasius in suo de Trinitate tractatu, Deus, inquit, est rerum omnium principium, secundum apostolum dicentem : Unicus Deus, scilicet Pater a quo sunt omnia ; nam Filius ipse est ab illo per generationem, et ipse Spiritus per processionem.

² Isa. Lxi, 1 ; Luc. iv, 18. ³ Tit. iii, 5.

Et divinus et magnus Basilius in sua ad Gregorium germanum suum epistola : Quoniam igitur Spiritus a quo omnis velut ex fonte ad creaturas promanat bonorum suppediatio, a Filio quidem dependet quocum una sine ulla distantia concipitur mente, causæ vero Patris insertam habet essentiam, unde et procedit, hanc notionem, et cognoscibile signum ejus quæ secundum personam est proprietatis habet, quo cum Filio simul et ipse se facit internosci, et quo ex Patre subsistit ; Filius vero qui ex Patre procedentem Spiritum per seipsum et cum seipso notum facit, solus Unigenitus ex ingenito lumine reluxit, nullamque prorsus notionem communicationem secundum proprietatem suam tam cum Patre, quam cum Spiritu sancto habet ; sed ex dictis jam signis solus agnoscitur.

Et Gregorius Theologus in tractatu De Spiritu sancto, Dic mihi, inquit, ubinam constitues processum seu id quod procedit? quod interjectum patet inter duas divisionis tuæ partes et ab theologo te multo præstantiori, Servatore nimirum nostro, est introductum. Nisi propter tuum tertium Testamentum, ex Evangeliiis tuis, existimaveris hæc removenda verba. « Spiritus sanctus qui a Patre procedit, » qui quatenus illinc procedit non est creatus, quatenus vero ingenitus est, non est Filius. Et in suo de Filio sermone primo idem dicit : Propter ea nostris decretis inherentes, introducimus et asserimus, ingeneratum, generatum, et procedentem a Patre, ut alicubi loquitur Verbum ipsum. Et in suo contra Sabellianos sermone dicit magnus Basilius : Pater habet esse perfectum et nullius rei indigum, et est radix et fons Filii et Spiritus sancti. Tria vero nomina fontis declarant, esse principium, esse plenum et esse indesinens. Ille ergo qui vere et principaliter est fons, ista tria in se complectitur. Est principium illius naturale quia ab eo procedit, existit, et habet suum esse ; illo etiam plenus est : nam totum comprehendit suum coexistentem, et indesinenter ab ipso emittitur, et infinito quodam et æterno invisibilique generandi modo illum producit, et ab illo secundum naturam non potest discedere, licet secundum existentiam et personam ab illo supernaturaliter distinguatur.

Insuper divus Cyrillus in sua ad Evangelium secundum Lucam enarratione dicit : Sicut digitus insertus est manui, non diversus ab illa, sed in illa naturaliter existit, sic Spiritus sanctus conjungitur Filio et ratione consubstantialitatis unitur cum Filio, procedit vero a Deo Patre. Idem asserit sanctus Damascenus. Dicimus, inquit, Spiritum Filii, non vero Spiritum ex Filio Et sanctissimus Gregorius Nyssenus in libro suo de theonymia : Est una persona Patris a quo Filius generatur et a quo Spiritus sanctus procedit. Et sanctus Nilus in suo de sancta Trinitate sermone : Ecclesia catholica docet unum Patrem qui sit ingenitus, unum Filium genitum a Patre, et unum Spiritum sanctum procedentem a solo Patre, non vero ex Filio. Et omnes magnæ catholicæ noetræ Ecclesiæ doctores et

ἅγιον, ἀφ' οὗ πᾶσα ἐπὶ τὴν κτίσιν ἡμῶν ἀγαθῶν χορηγία πηγάζει, τοῦ Υἱοῦ μὲν εἶραται, ὡς ἀδιστακτικῶς συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξηγημένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται τούτο γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει, τὸ μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑφίσταται· ὁ δὲ Υἱός, ὁ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ Πνεῦμα δι' ἑαυτοῦ γνωρίζων μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτός ἐκλάμψας, οὐδεμίαν κατὰ τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων τὴν κοινότητα ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ τοῖς εἰρημένοις σημεῖοις γνωρίζεται.

Καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ· Ποῦ γὰρ θῆσεις τὸ ἐκπορευτὸν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανέν τῆς σῆς διακρίσεως καὶ παρὰ κρίσιν ἢ κατὰ σὲ θεολόγου τοῦ Σωτῆρος, εἰσαγόμενον, εἰ μὴ τὴν φωνὴν ἐκείνην τῶν σῶν ἐξήλθεις Εὐαγγελίων, διὰ τὴν τρίτην σου Διαθήκην, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Καθόσον μὲν ἐκείθεν ἐκπορεύεται, οὐ κτίσμα, καθόσον δὲ οὐ γεννητὸν, οὐχ Υἱός. Καὶ ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ πρώτῳ αὐτοῦ λόγῳ ὁ αὐτὸς φησὶ· Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὄρων ἰστάμενοι, τὸ ἀγεννήτου εἰσάγωμεν, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὡς ποῦ φησιν αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος· Καὶ ἐν τῷ κατὰ Σαβελικῶν λόγῳ αὐτοῦ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει· Ἔστι γὰρ ὁ Πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ ἀνευθείας, ρίζα καὶ πηγὴ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Τρία δὲ τὰ τῆς πηγῆς ὀνόματα συνεφαίνεται· τὸ ἀρχικόν, τὸ πλήρες, καὶ τὸ ἀνεκλείπτου. Ἦτις οὖν ἐστὶ κυρίως πηγὴ, καὶ τὰ τρία ταῦτ' ἔχει, Ἀρχὴ τε γὰρ ἐστὶν αὐτοῦ φυσικῶς, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ὑφίσταται, ἦγουν τὸ εἶναι ἔχει, καὶ πλήρες ἐστὶν αὐτοῦ· ὅλος γὰρ ὅλου ἔχει τὸ συνόν, καὶ ἀνεκλείπτως αὐτῷ προβάλλεται. Ἀπειρῶ γὰρ τι καὶ αἰδίῳ γονιμότητι τοῦτο προάγει, καὶ ἀνεκφροίτητος ἐστὶν ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν, εἰ καὶ καθ' ὑπόστασιν ὑπερφωδῶς διακρίνεται.

Ἔτι δὲ καὶ ὁ Θεὸς Κύριλλος ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου ἐξηγήσει λέγει· Ὅσπερ ὁ δάκτυλος ἀπῆρτηται τῆς χειρὸς, οὐκ ἄλλοτριος ὢν αὐτῆς· ἀλλ' ἐν αὐτῇ φυσικῶς οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ τῆς ὁμοουσιότητος λόγῳ συνῆπται μὲν πρὸς ἐνωσιν τῷ Υἱῷ, ἐκ τοῦ Θεοῦ δὲ καὶ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τὸ αὐτὸ φησὶ καὶ ὁ ἱερός Δαμασκηνός· Πνεῦμα Υἱοῦ μὲν λεγόμεν, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐ λεγόμεν. Καὶ ὁ ἱερώτατος δὲ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ Θεωνυμίας· Ἐν γὰρ πρόσωπον καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς γεννᾶται καὶ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται Πνεῦμα. Καὶ ὁ ἅγιος Νεῖλος ἐν τῷ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος αὐτοῦ λόγῳ, Ἡ ἁγία, φησὶ, καθολικὴ Ἐκκλησία τὸν μὲν Πατέρα δογματικῶς ἀγέννητον, τὸν Υἱὸν δὲ γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλ'

οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς μεγάλης καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀγιώτατοι καθήγούμενοι καὶ διδάσκαλοι τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν τε καὶ κηρύττουσιν, ὡς Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ ἱεροῖς προσεχῶς ἐπεπόμνοι μαθηταῖς. Ἀλλὰ καὶ Δάμασος ὁ ἀγιώτατος πάππας Ῥώμης, πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον γράφων, φησὶν· Εἴ τις μὴ εἰποι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν Υἱὸν καὶ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, ἀνάθεμα ἴστω. Καὶ ἡ ἐβδόμη δὲ σύνοδος καὶ αὐτὴ φησιν· Ἡμεῖς τῇ ἀρχαίᾳ θειομοσίᾳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς ἐπακολουθοῦμεν, ἡμεῖς τοὺς θεσμούς τῶν ἀποστόλων καὶ Πατέρων φυλάττομεν, ἡμεῖς τοὺς προστιθέντας ἢ ἀφαιρούντας· τι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἀναθεματίζομεν. Ἀκούεις τὰς ἀποφάσεις τῶν ἁγίων καὶ τῶν συνόδων, τί ἀποφαίνονται, ὅτι ἐκ μόνης τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἀμέσως τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, δὲ Υἱοῦ δὲ τοῖς υἱοθετουμένοις ἐκλάμπου καὶ χορηγούμενον διὰ τὴν συναφῆς τῆς οὐσίας καὶ τὴν ὁμοουσίαν. Καὶ ὁ θεὸς δὲ καὶ μέγας ἀπόστολος Παῦλος τῷ ἀναθέματι παραπέμπων φαίνεται τοὺς προστεθέντας τὴν τολμήσαντας τοῖς τῆς πίστεως δόγμασι, παρ' ὃ παρέλαβον ἐξ αὐτοῦ πρώτον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἔπειτα ἐκ τούτου τε καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις καὶ διδασκάλους. Καίτοι γε αὐτοὶ ἴστε ὑμεῖς οἱ προστιθέντες, καὶ προσθήκην ἐσφαλμένην ἄραν τε καὶ αἰρετικὴν καὶ ἀντίθετον. Μὴ τοίνυν τοῦ λοιποῦ ἀμαθῶς τολμήσης σοφίζεσθαι, καὶ ψευδοδοξεῖν ἐφ' ὧν καὶ ὑποθέσει, ἥς ἢ ἀλήθεια ἡμῖν ἐκλάμπει ὡς μέγας ἥλιος ἐπ' αὐτῶν πρώτων τῶν θεῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ σοφῶν θεολόγων, οἱ γεγόνασι φωσφῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπελογησάμεθά σοι πρὸς τε τὸ πρῶτον σου ζήτημα καὶ τὸ δεύτερον.

γ'. Πρὸς δὲ τὸ τρίτον σου ζήτημα, ἐν ᾧ λέγεις ὅτι ἐν ἄζυμον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τελειούται, πόρρω τῆς ἀληθείας ἄραν καὶ τοῦτο κατέστηκεν. Οὐκ οἶδας γὰρ ὅτι τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἐνθα ἦν ἄζυμα, καθαρῶς αὐτὰ ἄζυμα ἐπονομάζει, ἐνθα δὲ ἦν ἄρτος, ἔχον ἐνζυμον φύραμα, ἐμφανῶς ἄρτος φησὶ. Διὸ καὶ λέγεται, Ἦν δὲ τὸ Πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα. Τὸ γὰρ τριηκῆντα Πάσχα, ὅτι αὐτὸ οἱ Ἰουδαῖοι ἐτέλουν, ὁ Χριστὸς ἀπηώρητο τῷ σαυρῷ· καὶ σύνεσ τὸ λέγον εὐαγγελικὸν ῥητόν, Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν. ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. Καὶ τὸ μὲν Πάσχα οἱ Ἰουδαῖοι ὀρθοστάδην ἐσθίειν νομοθετήνται· ὁ δὲ Κύριος προλαβὼν ἐν τῷ μυστικῷ δεῖπνῳ τὸ ἀληθινὸν Πάσχα τοῖς μαθηταῖς μυσταγωγῶν καὶ παραδιδοῦς ἀνακειμένος μετ' αὐτῶν ἐσθιε, καθὼς τὸ ἱερὸν διεξέειπεν Εὐαγγέλιον. Ὁφίας δὲ γενομένης ἀνέικαιτο μετὰ τῶν δώδεκα· ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, καὶ εὐλόγησας ἐκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Καὶ δῆλον ἐπιθεῖν ὅτι τὸ Ἰουδαϊκὸν οὐκ ἦν Πάσχα, ἐνθα ἔσαν τὰ ἄζυμα, ἀλλὰ τὸ μυστικὸν καὶ ἀληθινόν. « Ἐπιθυμία γὰρ ἐπέθύμησα, » φησὶν, « τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν, » δεικτικῶς τοῦτο ἀποφανόμενος. Διὸ ἄρτος ἐν ἀληθείᾳ ἦν, ἔχον ἐνζυμον φύραμα, καὶ μωρίας λόγων ματαίας συμφέροντε λεσχηνείας καὶ φλυαρίας.

A magi-tri ilem sentiunt et annuntiant, Christi et discipulorum suorum jure vestigia prementes. Quod et ipse Damasus sanctissimus papa Romanus, epistola ad Paulinum episcopum dicit: Si quis non asserat Spiritum sanctum a Patre, sicut Filius Dei et Verbum Deus, esse, sit anathema. Denique ipsa synodus septima idem asserit dicens: Nos decreta apostolorum et Patrum observantes, nos antiquis legibus Ecclesie catholice insistentes, nos addentes aliquid, aut tollentes, ex Ecclesia removemus, et anathematis vinculo innodamus. Audis declarationes sanctorum, et synodorum, quid declarent et asserant, ex sola nimirum persona Patris divini Spiritum immediate procedere, per Filium vero, efulgentem et suppeditam filiis adoptionis, propter conjunctionem essentiae et unitatem voluntatis. Et divus magnus apostolus Paulus videbitur anathemati tradere eos qui eo temeritatis abripiuntur, ut aliquid addant fidei dogmatibus quae primo accepta sunt et tradita a Christo Deo nostro, et postea ab illo et caeteris apostolis et doctoribus. Vos vero ipsi estis qui additis, et quidem additionem vehementer erroneam, haereticam, et Deo contrariam. Ne ergo in posterum audeas sophisticum agere, et falsa dogmata cudere in materia et hypothesi, cujus veritas nos illustrat sicut sol magnus, quae lumen suum mutuatur primo a verbis ipsis Domini nostri, deinde ex verbis sanctorum apostolorum, et theologorum saniorum et sapientiorum, qui ut sidera in mundo radiarunt, servantis verbum vitae.

Et haec sunt vindiciae nostrae ad primam et secundam tuam quaestionem.

3. Accedimus vero ad tertium quaesitum tuum in quo dicis quod corpus Christi conficitur in azymo, quod certe a veritate tam est alienum quam quod maxime. Nescis enim quod sanctum Evangelium, ubi azymorum occurrit mentio facienda, ea azyma clare et rotunde pronuntiat. Ubi vero est panis et fermentata massa, manifeste panem memorat et notat. Ideo dicitur. Erat Pascha et solemnitas azymorum. Eo vero quo Judaei Pascha celebrabant tempore, Christus in crucem raptus et elatus fuit, et animadvertenda sunt verba evangelica. Illi non ingressi sunt praetorium, ne polluerentur, sed comederent Pascha; et Judaeis lex erat posita qua stantes festum Paschatis debebant celebrare. Dominus vero antevergens, et quasi anticipans, in mystica cena, verum Pascha mystice peragens et tradens discipulis cum illis mensae *accumbens* comedit, sicut hoc declarat sanctum Evangelium. Vespertino tempore accubuit cum duodecim Apostolis, illis vero comedentibus, cum Jesus panem accepisset, illum benedixit, et fregit, et dedit discipulis, hinc manifeste ostendens, quod non erat Judaicum Pascha, in quo azyma solebant usurpari, sed verum et mysticum Pascha « Desiderio, inquit, desideravi comedere vobiscum hoc Pascha antequam patiar », hoc ipsum manifeste

et demonstrative declarans. Ideo constat vere panem fuisse, seu massam fermento maceratam, etiamsi contra innumeras congeratis verborum ineptias, nugas et futilitates.

4-5. Quod ad ignem purgatorium, nullus existit post mortem, seu hinc migrationem et exitum. Est quippe fetus hæreseos Origenianæ, ideoque illum ut blasphemum rejicit et divinæ veritati contrarium Ecclesia nostra sancta et orthodoxa, et eos qui istam sententiam tuentur jure anathemati subjicimus. « In inferis quippe quis tibi confitebitur? » inquit Psalmographus², id est, nullus. Tentationes vero iis qui præsentī vita fruuntur illatas a Deo propter quædam peccata, et cum patientia toleratas, et ad Deum cum gratiarum actione relatas, eas dicimus esse speciem quamdam ignis purgatorii; probatione quippe istarum tentationum ad instructionem infictarum contingit quosdam emendari et a peccatis purgari. Ut cum dicitur: « Transivimus per ignem, et per aquam, » et, « Nos tandem deduxisti ad locum refrigerii⁴. » Et si post mortem talis daretur ignis qui purgaret animas ante diem judicii, ut male existimatis, omnes animæ purgarentur tam longo et infinito temporis intervallo, et nulla reperiretur tempore judicii, quæ adhuc pœnis et supplicii esset obnoxia. Adeo ut frustra dictum fuisset a Domino: « Et isti ad æternum supplicium abibunt, justi vero ad vitam æternam⁷. » Ævum vero est particeps æternitatis. Æternitas vero nec est tempus, nec pars temporis, nam non est mensurabilis. Unde dicitur sine fine et termino. Vides ergo quod in eo etiam Domino manifeste contradicitis.

δ'-ε'. Ἐτε καθαρτήριον πῦρ οὐδ' ὅλως ὑπάρχει μετὰ θάνατον καὶ τὴν ἐνθίδε ἀπαλλαγὴν καὶ ἀποβίωσιν. Τοῦτο γὰρ τῆς Ὀριγίνου ἀιρίσεως ἐστὶν ἀποκύημα, διὸ ὡς βλάσφημον καὶ ἀντίθετον τῇ θείᾳ ἀληθείᾳ μακρὰν ἀπερίφρη τῆς καθ' ἡμᾶς ὀρθοδόξου ἀγίας Ἐκκλησίας, καὶ τοὺς οὕτω φρονούντας τῷ ἀναθέματι ἐνδικῶς ὑποβάλλομεν. « Ἐν γὰρ τῷ ᾄδῃ τίς ἐξομολογήσεται σοι, » φησὶν ὁ Ψαλμοδότης, ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. Τοὺς ἔτι δὲ τῷ παρόντι περιοῦσι βίῳ ἐπιφερομένους πειρασμοὺς τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος διὰ τινὰς ἀμαρτίας, καὶ μεθ' ὑπομονῆς ἀνεχομένοις, καὶ εὐχαρίστως πρὸς Θεὸν ἀνακαίμενοις, τούτους φημὶν ἡμεῖς εἶναι ὡσπερ τι καθαρτήριον πῦρ. Τῇ γὰρ χρονίᾳ πείρᾳ τῶν τοιούτων πειρασμῶν παιδευτικῶς ἐπιφερομένων, καθάρσθαι συμβαίνει τινὰς ἐξ ἀμαρτιῶν ὡς τὸ « Διήλθον μεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, » καὶ, « Ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. » Εἰ δ' ἦν τοιοῦτόν τι πῦρ καθαρτήριον μετὰ θάνατον τῶν ψυχῶν πρὸ τῆς κρίσεως, ὡς φρονεῖτε ὑμεῖς κακῶς, αἱ ψυχὰι δὲ πᾶσαι τῷ τοῦ χρόνου ἀπέτρω μῆκει ἐκαθάρθσαν ἂν, καὶ οὐδεμία ἐν τῷ τῆς κρίσεως εὐρέθῃ καιρῷ κολάσει ὑπόδικος. Ὡστε μάτῃν λείπεται τῷ Κυρίῳ τὸ, « Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Αἰώνιον δὲ τὸ μετέχον αἰῶνος. Αἰῶν δὲ οὔτε χρόνος οὔτε χρόνον τι μέρος ὁὐδὲ γὰρ μετρητόν ὡσεὶ ἔλεγεν ἀτελεύτητον καὶ ἀπέροντον. Ὅρας ὅτι καὶ τούτῳ προφανῶς ἀντιφθεγγόμενοι ἴστε τῷ Κυρίῳ.

Responsum ad quintam interrogationem, quæ est *De primatu papæ*, consulto omittimus.

6. Baptisma vero in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, cum tribus immersionibus administratum, secundum morem apostolorum et Patrum, admittimus, quod non est idem cum eo quod apud vos usurpatur. Nos quippe dicimus in formula administrandi baptismi: « Baptizatur servus Dei, » ista ratione ostendentes spontaneum, liberum, et voluntarium motum baptizandi, accedentis ad sacrum baptismum. Vos vero cum vanitate et superbia dicitis: « Ego te, N., baptizo, » quod certe non in eundem scopum et consilium nobiscum collineat. Quomodo ergo unum et idem esset baptismum, quandoquidem certissime hæc facitis et dicitis?

8. Insuper autem quod cum contumelia ac injuria nobis objicis, nos scilicet a viro separare uxorem quæ in adulterium et fornicationem incidit, est indicium te nescire quid dicas. Nam hoc facimus recte, et secundum leges, et erga Deum charitate et reverentia ducti. Sic enim loquitur Dominus ipse in Evangeliiis: « Qui uxorem suam dimiserit et repudiaverit alia ratione quam propter fornicationem

ζ'. Βάπτισμα δὲ τὸ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐν τρισὶ γινόμενον καταδύσεις, καὶ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν καὶ πατρικὴν ἱεροτυπίαν ἀπεκδεχόμεθα, ὅπερ οὐκ ἐστὶ ταῦτόν τῳ γενομένῳ ὑφ' ἡμῶν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ λέγομεν, « Βαπτίζεται ὁ δούλος τοῦ Θεοῦ, » δεικνύντες ἐντεῦθεν τὴν αὐθαίρετον καὶ ἐξ ἰδίας θελήσεως κίνησιν τοῦ βαπτιζομένου πρὸς τὸ θεῖον βάπτισμα· ὑμεῖς δὲ ἀλαζόνως πως καὶ ὑπερηφάνως φάτε· « Βαπτίζω ἐγὼ τὸν δεῖνα· » ὅπερ οὐ τὸν αὐτὸν τῳ ἡμετέρῳ ἔχει σκοπόν. Πῶς οὖν ἐν γένει' ἂν; Ἐπισηφῶς γὰρ τοῦτο καὶ ποιεῖτε καὶ λέγετε.

η'. Ἐτε ὅπερ ὀνειδιστικῶς προσφέρετε ἡμῖν, ὅτι χωρίζομεν τοῦ ἀνδρὸς γυναῖκα, τὴν πορνείαν περιπεσοῦσαν, ἴσκειν ὅτι οὐκ εἶδας τί λέγεις. Καὶ τοῦτο γὰρ καλῶς μάλιστα, καὶ θεοφιλῶς, καὶ νομίμως ποιοῦμεν. Οὕτω γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν, « Ὅς ἂν ἀπολύσει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μετὰ ἐπιπορνείαν, καὶ γαμήσει ἄλλην, μοιχᾶται. » Ὡστε δίκαιόν ἐστιν αὐτὴν ἀπολύσει, ἰὰν περ πορνεία πε-

¹ Luc. xxii, 15. ² Psal. vi, 6. ³ Psal. lxxv, 12. ⁴ Matth. xxv, 46.

ρικίση, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν· ἢ κατα-
 κολουθοῦντες ἡμεῖς, τὴν περιπεσούσαν γυναῖκα πορ-
 νείας μολυσμῶν, τοῦ ἀνδρός ἀποθυστάθμεν καὶ χω-
 ρίζομεν. Ὑμεῖς δὲ οἱ κατ' ἐκ' πολλῆς δικαιοσύνης
 ἐνοῦσης ὑμῖν, ἢ μᾶλλον εἰπέτεν παρανοίας καὶ ὑπο-
 κρίσεως, καὶ αὐτῶ ἀντιφρονησάμενοι ἔστε ἀναιδῶς
 τῷ Κυρίῳ· διὸ δὴ καὶ μετὰ λόγου πορνείας οὐ
 διαχωρίζετε, ἔωντες τὸν ἄνδρα ἀμαρτάνειν εἰς τὸ
 ἴδιον αἰεὶ σῶμα, ὅπερ ὁ θεὸς ἀπαίρει Παῦλος.

impudenter et invereconde contradicistis, ideo quia uxorem propter rationem fornicationis a viro non separatis, permittentes virum in suum proprium corpus peccare, quod ipse D. Paulus arguit et prohibet. ².

γ'. Ἐτι περὶ τῶν θείων καὶ μυστικῶν λέγει
 συμβόλων, τοῦ θείου καὶ Διοποτικῆς δηλαδὴ σώμα-
 τος, ὅτι μόνον τὰ ῥήματα τοῦ Κυρίου, « Λάβετε,
 φάγετε, καὶ πίετε, » μεταβάλλουσι καὶ τελειοῦσιν
 αὐτὰ, οὐ μὴν καὶ αἱ θεῖαι τῶν ἁγίων εἰχαί, καὶ
 ἱεραὶ ἐπιφασαί. Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα καὶ
 Διοποτικὰ ῥήματα πρὸς τελείωσιν φάμεν αὐτῶν,
 καὶ ἡ τῆς ἱερωσύνης δύναμις διὰ τῶν θείων εἰχῶν
 καὶ ἐπιφασῶν τοῦ ἱεροῦ τυχὸν Χρυσσοστόμου ἢ τοῦ
 μεγάλου Βασιλείου. Τὸ γὰρ θεῖον τῆς ἱερωσύνης
 χάρισμα διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ δίδεται τοῖς
 ἀποστόλοις, καὶ εἰς, ἐκείνων ἀλληλοδιαδόχως, καὶ
 πρὸς ἡμῶν τοῖς ἱεροῖς εἰς τὸ τελειοῦν κατὰ τὰ θεῖα
 δῶρα, διὰ τῆς ἐπικλησέως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ
 παναγίου Πνεύματος. Οὕτως ἡμεῖς περὶ τούτων
 φρονούμεν καὶ λέγομεν ὀρθοδόξως, καὶ ἀποστολικο-
 πατροπαράδοτως, οὐ καθάπερ ὑμεῖς φρονεῖτε καὶ
 λέγετε ὡσάν ἢ ἐν ὑμῖν δοξέειν ἢ ὑπερόφρους ἀλαζο-
 νεία καὶ εἰησις. Ἀλλὰ περὶ τούτων τσαυτὰ ὑμῖν
 ἀποχωρῶντως σχεδόν τι εἴρηται· Καίρος δὲ ἔστι ὡς
 εἰπέτεν ἤδη καὶ περὶ τῶν ψυχῶν τίνα γε ἡμεῖς
 περὶ φῶτων δόξαν ἔχομεν.

tionem, et aliam uxorem matrimonio sibi junxe-
 rit, fornicatur et adulteratur. » Quapropter ju-
 stum et æquum est illam repudiare, si in fornica-
 tionem inciderit, secundum Domini nostri senten-
 tiam et declarationem. Cui nos adherentes,
 fornicationis labe et impuritate contaminatam ux-
 orem a viro segregamus et separamus. Vos vero
 qua estis insigni æquitate, sanctitate, et justitia,
 imo insipientia, et hypocrisi, ipsi Domino nostro

8. Quod vero dicis de divinis et mysticis symbolis
 divini et Dominici scilicet corporis et sanguinis,
 quod sola verba Domini: « Accipite, comedite,
 bibite, » illa symbola transmutent et perficiant,
 non vero divinarum sanctorum preces, et sacræ ora-
 tiones et cantilenæ, nos vero etiam dicimus ipsa
 divina et Dominica verba ad eorum perfectionem ;
 sacerdotii vero virtus exseritur per divinas preces
 et liturgias sancti videlicet Chrysostomi, aut
 magni Basilii. Nam divinum sacerdotii donum
 propterea a Christo communicatum est apostolis,
 et eorum successoribus, et sacerdotibus nostris,
 ad perficienda divina dona, per invocationem et
 adventum sanctissimi Spiritus. Sic de rebus istis
 loquimur et sentimus orthodoxe et secundum tra-
 ditionem apostolorum et Patrum, non vero sicut
 vos sentitis et loquimini, secundum placita ve-
 stræ superciliosæ superbiam et opinionis et præ-
 sumptionis. Sed de istis forsitan abunde et suffi-
 cienter. Nunc jam tempus est disserendi de statu
 animarum, et quam de illis post mortem senten-
 tiam foveamus, tandem significare.

Cætera desunt.

² Matth. xix, 9. ³ I Cor. vi, 16.



ANNO DOMINI MGGI.

PANTALEONIS

CP. DIACONI *

TRACTATUS CONTRA GRÆCORUM ERRORES

Ex manuscripto codice bibliothecæ Bavaricæ, in lucem prolatus studio Petri Stevartii Leodii, SS. theologiæ professoris, et in tomo IV *Lectionum antiquarum* Canisii edit. Basnagii repetitus

LECTORI STEVARTIUS.

Reprimus tractatum istum in bibliotheca Bavarica absque speciali auctoris nomine. Itaque neque nos de auctore divinabimus. Codex Bavaricus perquam vitiosus erat. Quocirca ne mireris, si et liber iste inemendatus in manus tuas veniat. Satius et aliquid, quam nihil. Forsan alius in exemplar correctius incidet, præstabitque, quæ a nobis præstari nequiverunt. Interea his qualibuscumque frui, et studium nostrum illustrandæ orthodoxæ antiquitatis favore tuo juva. Cum enim novatores hujus temporis studiose in lucem extrahant quidquid olim chartarum seu a Græcis, seu a Latinis a versus cathedram Petri a male sanis ingenis conscriptum est; nihil laborantes de sermonis elegantia vel inelegantia, par non est ut ea que pro S. Petri successore Romano pontifice etiam rudi stylo exarata sunt, a blattis et tineis absuni sinamus, quisquillisque hæreticis et schismaticis solidas refutationes, licet cultu styli carentes, non opponamus. Vale.

* De hoc Pantaleone vel homonymo seniore vide Fabricium cum Harlesii notis in tomo nostro XCVIII, col. 1239. Ibi exstant Pantaleonis, quisquis sit, *Homilia de luminibus sanctis*, ex Ducæo; item in *Jesu Christi Transfigurationem* homiliæ duæ, ex Combefisio; *Encomium Michaelis archangeli*, ex eodem; *homilia in Exaltationem crucis*, ex Gretsero. Scripta sequentia seriem absolvunt eorum quæ Pantaleoni tribuuntur quæque fortasse præstabat in unum fasciculum colligere. EDIT. PATR.

JACOBI BASNAGII IN TRACTATUM CONTRA GRÆCOS OBSERVATIO.

Pantaleoni tribuitur hic tractatus; id sensisse videntur novissimæ Bibliothecæ Patrum editores in admonitione ad lectorem tom. XXVI, ubi de Joanne Caleca agitur. Id sensit etiam Ciampinus, quanquam alias dubius hæreat, utpote qui tractatum ut anonymum citaverit. Revera hæc leguntur ad finem operis, auctorem, ut prima fronte videtur, indicantia: *Ego Pantaleon cum essem ibi, Constantinopoli, ubi hoc actum est, hoc idcirco Memorabile feci.*

Fuit autem Pantaleon diaconus et chartophylax Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et ex eo quod dicatur apud Gretserum, qui ipsius tractatum in *exaltationem crucis* edidit, presbyter monasterii *Byzantinorum*, ex diacono presbyterum alicujus monasterii factum conjicit Combefisius. Ipsi tribuit idem Combefisius *Orationes in transfigurationem Domini*. Quanquam ei sit aliqua suspicio, eas orationes stylo discrepantes binos habere parentes. Denique eidem Pantaleoni asseruit opusculum *de miraculis Michaelis*, quod legitur apud Surium, indeque concludit, Pantaleonem vixisse diu post Theodoram, cum miracula longo tempore post imperatricis obitum patrata narraverit.

Quæ Combefisii conjectura satis indicat, ipsi fuisse incertam Pantaleonis ætatem, ideoque non ipsi vindicasse *Tractatum contra Græcos* cujus parens procul dubio an. 1252 vixisse debuit; aliter tamen alii, ut superius observatum.

Nos hunc tractatum, in quo multa occurrunt observatione digna, in tres partes distinguimus, quæ tot habeant auctores.

Prior pars, quæ quatuor dissertationes adversus Græcos continet, non modo edita est *Constantinopoli in ædibus Fratrum Prædicatorum an. 1232*, ut fert titulus; sed ab ipsis Fratribus Dominicanis fuit consignata. Sic enim ipsi loquuntur: *Hæc scripta sunt anno 1252, in civitate Constantinopoli a Fratribus Prædicatoribus ad ædificationem et profectum animarum, ad laudem et gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.*

Duo sunt notanda: 1º. Hic desinere opus illud, quod tentaverant Fratres; illi quippe quatuor capitula adversus Græcos probaverant, deinde clausulam *Amen*, qua finis operis indicatur, adjecerunt: denique, ut patebit inferius, quæ sequuntur ex aliis scriptis sunt excerpta. 2º. Inde patet Pantaleonem non esse hujus scripti auctorem, utpote qui diaconus aut aliquando monasterii presbyter, non vero monachus dicatur. At indubium est, illum tractatum a monachis confectum fuisse, et anonymum remanere debuisse, ut solent quæ jussu et opera congregationis alicujus scripta sunt: ideo plurimos auctores præfert et semper plurali numero sese indicant auctores: *In proemio hujus opusculi testati sumus.*

Secunda pars non fuit Dominicanorum, sed Hugonis Ætheriani, qui sæculo præterito Græcos confutaverat. Miror hoc non vidisse viros eruditos, quippe, 3º. sic loquuntur Fratres Prædicatores: *Quod licet jam quatuor dictis articulis demonstratur, tamen adhuc in his quæ subjecta sunt ostenditur, quæ ex dictis magistri Hugonis Ætheriani nuper extracta huic operi duximus inserenda. Dicunt enim et scribunt*, etc. Vides hic finito opere, quædam ex Hugonis Ætherii scriptis adjici. Quid evidentius? Unum tamen addi potest, multa ibi dici quæ Fratribus Prædicatoribus non conveniant. Asserit auctor, sese velut singularem personam indicans, vidisse sacerdotes sacris manibus *qui viri sanguinum essent*, dum sequerentur imperatorem per *Cappadociam Persarumque regiones*. Subjicit deinde se vidisse clericos fustigatos et verberatos. sublata prius *τιματίω*, hoc est *veste clericali*, idque ipsi evenisse in *Nicæa civitate*. An credas Fratrum gregem vestigiis imperatoris adhæsisse, dum Orientales peragraret regiones? Deinde, quis imperator ille? An Balduinus II, qui e parte Latinorum præerat? Sed hic adversus Persas bellum nunquam gessit. Verum quidem est, Joannem Vatatzem, quem *Ducam* appellant plurimi, Nicææ sedem imperialem habuisse. Sed verisimile non fit Prædicatores eo tempore in ejus aulam admissos itinera cum ipso varia confecisse. Hæc non modo verisimilia, sed vera sunt de Ætherio, qui, cum gratia summa polleret apud Manuelem Comnenum, Latinis faventem et sæpius adversus Turcas Saracenosque belligerantem, ipsum per varios casus et discrimina rerum sequebatur. Unum objici potest, quæ leguntur in *Tractatu contra Græcos* non reperiri apud Ætherium; sed inde nova oriri potest conjectura, plurima edidisse Ætherium opuscula adversus Græcos, ex quibus quæ hic proferuntur fuerint excerpta.

Tertia denique pars hujus scripti, ab aliis plane diversa, continet tantum narrationem portentis cujusdam quod temporibus Michaelis Cerularii debuit evenisse. Sed non potuit habere Fratres Prædicatores auctores, qui prius fuse egerant de schismate Michaelis, et ne verbum quidem de illo portento dixerant, quodque huic operi sine fibula fuit affixum. Illa brevis narratio potest esse Pantaleonis, cui male totum opus adscribitur.

TRACTATUS CONTRA ERRORES GRÆCORUM,

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI. DE ANIMABUS DEFUNCTORUM.

DE AZYMIS ET FERMENTATO,

DE OBEDIENTIA ROMANÆ ECCLESIÆ,

Editus Constantinopoli, in œdibus Fratrum Prædicatorum, anno Domini 1252.

Licet Græcorum Ecclesiam virtutum floribus et A philosophiæ studiis olim decoratam noverimus, nec non et sanctorum Patrum, prophetarum, et apostolorum veloci cursu calcans vestigia, quam plures ex se vivos et ignitos lapides in ædificium supernæ Jerusalem dudum transmiserit construendum, nunc tamen in fine temporum, quod sine gravi mœrore proferre non possumus, innumeris et diversis errorum obfusata turbinibus, in eadem caligine suarum opinionum, diversa a sancta Romana Ecclesia perseverat. Et quamvis infinita hæresium germina a trecentis octoginta annis, et circa, id est, a tempore Photii, vel Photini (1), primi hujus schismatis inventoris, in diversis suis partibus, propter defectum scientiæ, et invidiæ amaritudinem, manifeste pullulaverint: præcipue B tamen in quatuor articulis generaliter, seu communiter dignoscitur deviare a nobis. Quorum primus, quia ab ipsa divina majestate inchoans, ore polluto affirmat contra opinionem, imo fidem catholicam, tertiam personam in Trinitate, id est, Spiritum sanctum « a Filio minime procedere, » vel spirari, aut existentiam habere.

Secundus autem, secundum theologos, virtutem numero secundam, id est spem fidelium, virulento conanime interimere studens. asserit, « defunctorum animas nec Paradisi gaudiis perfrui, nec infernorum suppliciiis, vel igne purgatorio, » citra diem judicii, aut ante latam sententiam extremam, judicii posse subjacere.

Tertius vero ipsam omnipotentis Dei potentiam

creaturæ fermenti termino volens coarctare, voce blasphema prædicat, non nisi in fermentati panis materia perfici posse mysterium sacramenti. His itaque fidei, et charitatis, speique virtutibus, a cordibus fidelium dicto studio et ordine deletis: ultimo, in totius consummationem nequitiae, quartum eam (ad quam horum et similium errorum spectat correctio), id est, sanctam Romanam Ecclesiam, aggreditur; nec ei obediendum communiter asserendo prædicat, moribus affirmat, et factis dicit.

Contra quos errores pestiferos quamvis multorum jam fidelium desudavit labor, et plurima scripta ad defensionem veræ fidei catholicæ dimiserint perlegenda: quia tamen moderni Græci, novi pariter, et antiqui schismatici, nec argumentis vel rationibus, nec sacræ Scripturæ testimoniis, nisi suorum scriptis sanctorum, quibus plurimum innituntur tam apocryphis, quam veris, nolunt superari: fraternis quoque precibus inclinatus, qualiter ex suis libris eorum vincatur pertinacia, virtute, qua potero, ostendere laborabo.

Si quid ergo vobis, frater charissime, in his gratum fuerit, ad fontem bonorum omnium Deum referentes, ei, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, orationum frequentia me sedulo commendate. Si qua vero, præter intentionem meam, minus veritati consona forsan apparebunt, vestræ correctionis lima depuretis, ad lumen veritatis charitatisve reducentes, meæ imperitiæ et brevitatis inopiæ veniam concedatis.

SEQUUNTUR OPINIONES GRÆCORUM.

Rationes Græcorum ad primum articulum: quod Spiritus sanctus non procedat a Filio.

Igitur Græci primum articulum suis rationibus, et auctoritatum testimoniis defendere volentes, ita procedunt.

Primo: Si Spiritus sanctus, inquit, procedit a Patre, secundum Evangelium, aut procedit perfecte; sive, illa processio perfecta est, aut non: si perfecta, ut concedetis, quare necesse est, ut a Filio

procedat Spiritus sanctus? Ergo superfluit secunda processio, quod est superfluum, aut inconveniens in Divinitate. Ergo, etc.

Item, cum una sit causa et fons in Divinitate, scilicet Pater, tam Filius quam Spiritus sanctus existunt a Patre, ille per generationem, iste per processionem. Sed si a Filio existit aut procedit Spiritus sanctus, etiam Filius erit causa Spiritus sancti, et ita duæ causæ: et per consequens, duæ

(1) Male; Photius enim a Photino fuit plane diversus. BAS.

principia in Divinitate. Sed hoc est inconueniens. A igitur, etc.

Tertio : Item in Joanne dicit Veritas discipulis suis : *Omnia quæcunque audiui a Patre meo, nota feci vobis* ¹. Ubi dicit Glossa : « Omnia necessaria ad salutem scripta sunt in Evangelio. » Sed illud non est scriptum in Evangelio ; ergo non est de necessariis ad salutem. Ergo non tenemur credere. Sed quæ vera sunt tenemur credere, et venerari, maxime quæ divinam essentiam videntur prædicare. Sed istud non tenemur credere. Ergo non est verum.

Quarto : cum Veritas faceret mentionem de processione Spiritus sancti ait : *Qui a Patre procedit* ², non dixit : Et a Filio. Quod si Veritas aliud intellexisset, aliud dixisset ; ego autem verbis ejus addere non audeo, nec præsumo.

Item : Non solum Christus hoc tacuit, sed nec aliquis apostolorum tale aliquid dixit ; nullus sanctorum hoc prædicavit. Imo, quod plus est, in editione veræ fidei, sancta concilia nihil super hoc definierunt ; sed ponentes in Symbolo, quæ necessaria sunt ad salutem, omnem additionem, expositionem, declarationem sub anathematis vinculo concluserunt et rejecerunt.

Item multi nostrorum doctorum quorum antiquissima scripta apud nos usque hodie perseverant, ut Theodorus, et quidam alii, contrarium hujus opinionis vestræ scripserunt et mandaverunt. Damascenus quoque, cujus scriptis certe contradicere non potestis, volens ostendere, quod tam Filius quam Spiritus sanctus existunt a Patre, et quod Spiritus sanctus non procedit a Filio, metaphoram vocis et intellectus adducens in medium, ait : » Primo est intellectus, deinde verbum exterius, scilicet vox ; spiritus autem vehiculum est verbi. Intellectus igitur format vocem, et in ipsa spirata ostenditur intellectus. Et intellectus Patri, et verbum Filio, spiritus Spiritui sancto attribuitur. Sicut ergo videmus, quod ab intellectu procedit spiritus et vox et non spiritus a voce ; sic a Patre procedit Filius et Spiritus sanctus, et non Spiritus sanctus a Filio. »

Epiphanius sanctus, episcopus Cypri, in libro *De una Deitate*, de Spiritu sancto sic testatur : « Spiritus sanctus Deus est, et Spiritus Christi est, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus et anima : scilicet in medio Patris et Filii. » Non ergo mediante Filio, ut vos deliratis, procedit Spiritus sanctus a Patre ; cum secundum Patris hujus vocem, medius inter Patrem et Filium ordinetur Spiritus sanctus.

Item, quis vobis hoc revelavit ? Unde habuistis ? Quare etiam nobis hoc non fuit revelatum ? Quare in Symbolo tale quiddam inseruistis, quod nusquam positum fuit a sanctis Patribus ? Si vero quorundam verborum occasione divinæ Scripturæ, dicentium

Spiritum Filii, vel quod Spiritus mittatur a Filio hoc habuistis : sciatis, vos vel non intelligere Scripturas, vel intellectas studiose pervertere, aut certe per ignorantiam multum a veritate et sanctorum expositionibus deviare. Quare ad nos, qui fontes sumus, redeuntes, audire poteritis veritatem. Dicitur igitur Spiritus Filii, non quia procedit ab eo, sed quoniam ratione divinæ essentiæ, est ei consubstantialis.

Item, dicitur mitti, vel dari a Filio Spiritus sanctus, quia ab ipso mittitur, ad sanctificandum creaturas, sicut in Joanne ipse testatur dicens : *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos si autem abiero, mittam eum ad vos* ³. Quod vero alibi dicit ipse Filius : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet* ⁴, intelligendum est, de meo Patre. Omnia enim, quæ Patris sunt, exceptis proprietatibus personalibus, communia sunt utrique : proprium dicimus esse Patri, ut ab ipso tantum, et non ab alio procedat Spiritus sanctus.

Responsio contra prima duo objecta.

His aliisque quam plurimis conaminibus, quæ causa brevitatis non sunt posita (illa autem quæ magis usitata sunt, posita sunt), sanctam Romanam Ecclesiam errasse, et in canonem latæ sententiæ incidisse, mendaciter fatentes Græci, debitam obedientiam et reverentiam devotam eidem Ecclesiæ juste se subtraxisse, hominibus simplicibus persuadere laborant. Nos vero Latini, his et aliis contumeliis loco suo dimissis,

Ad primum et secundum objectum unam dantes responsionem sic solvimus : Concedimus quod plena et perfecta processione procedit a Filio : nec tamen sequitur quod sint duæ processiones, et una earum superflua, quia in illa simplicissima Divinitatis natura, nec numerus vicissitudinum, nec temporis varietas, nec localis positio, nec fluxus, nec incisio, nec interstitium, aut spatium temporis cadere potest. Inde est, quod illa processio qua Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio nec intervallo temporis, nec spatio loci, cum non sit prius vel posterius, alias perficitur : sed simul et semel est a Patre et Filio ; a Patre tamen procedens, mediante Filio, secundum testimonia inferius posita, procedit : id est, hoc habet Filius a Patre, ut ab ipso procedat et spiretur Spiritus sanctus, mittatur et detur. Unde et ad ipsum Patrem, de quo etiam habet Filius omne quod suum est, referens, et ei totum attribuens, dicit apud Joannem : *Mea doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me* ⁵. Et iterum : *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit* ⁶ ; ac si diceret Filius : Patrem tantum in processione Spiritus nomino : quia omne quod habeo, ratione esse et principii, ab ipso Patre, qui est causa et principium in di-

¹ Joan. xv, 15. ² ibid. 26. ³ Joan. xvi, 7. ⁴ Ibid. 14. ⁵ Joan. vii, 16. ⁶ Joan. xv, 26.

vinitate, me habere cognosco. Nam ut a Filio procedat Spiritus sanctus, hoc habet Filius a Patre; Pater vero non ab alio, sed a se tantum.

Istam itaque differentiam sacri doctores, fidei oculo interioris hominis et sane discernentes, in multis locis inveniuntur dixisse, quod Spiritus sanctus procedit a Patre *principaliter*. Alii dixerunt, quod *proprie* a Patre: alii quod a Patre per Filium, vel Filio *mediante*. Et licet verum sit quod sancti asserunt, et contradici non possit: non tamen sequitur, quod Græcus intelligit, scilicet, quod idem Spiritus prius a Patre, postmodum a Filio, vel quod magis a Patre quam a Filio procedat: aut quod sint duæ processiones, et una earum superflua; sed quia Pater gignendo ab æterno Filium, dedit ei totum esse suum, est enim verus Deus de Deo: et quod idem Filius, æternaliter existens, a Patre nascendo accepit omne quod habet, et ut Spiritus sit et procedat ab eo. Quam essentiam Spiritus a Filio sancti doctores, maxime Græci, considerantes, Filium causam et fontem Spiritus sancti nominant, nec non et ipsum Spiritum imaginem Filii. Quemadmodum utique Filius imago est Patris, et talem numerum et ordinem Spiritus ad Filium assignant, qualem habet Filius ad Patrem: secundum quod in sequentibus plenius apparebit.

Diximus ergo, quod procedit Spiritus sanctus pariter et æqualiter a Patre et Filio, tanquam donum amborum, et amor utriusque: sed procedit a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut diximus: aut certe principaliter et proprie a Patre, quia ut ab eo procedat, Pater a nullo habuit: Filius vero non a se, sed a Patre accepit. A quo enim habet, ut sit, ab eodem etiam habet ut Spiritus sanctus sit ab eo, et procedat, detur, et mittatur, ut ab eo esse accipiat. Quæ cuncta vocabula sane intelligentibus unum et idem, id est, essentiam Spiritus a Filio prædicant et manifestant. Quod tamen, sicut diximus, Græcus non confitetur.

Assertio catholicæ veritatis. Et primum ex Græcorum Patrum auctoritatibus.

Quod Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium, vel mediante Filio, ut dictum est; vel quod idem Filius dicatur fons, et causa Spiritus sancti: et etiam quod idem Spiritus sanctus vocetur imago Filii, et esse accipiat ab eo: omissis argumentationibus multis, quas nec recipiunt, nec plane intelligunt, sanctorum suorum testimoniis insistentes, sic probamus:

Gregorius Nazianzenus in sermone, qui incipit *Odibiles*, etc., ita dicit: « Spiritus ex essentia Patris per Filium æternaliter missus sanctificat omnem creaturam, » etc.

In Epistol. Dionysii: « Credo in Spiritum san-

ctum, Deum et vivificantem, ex Patre per Filium procedentem. »

Basiliius in sermone de Trinit. qui sic incipit: *Cognitio Patris*, etc.: « Antiquitus Divinitatis non ignorabatur mysterium. Verbo enim Domini, inquit Psalmista, *cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum*⁷; sed nec alio Verbo, quam Filio, nec alio Spiritu, quam Spiritu sancto. Unus est enim Spiritus. Et sicut ex ore Dei proveniens Filius, sic Trinitatem Verbo unit, et antiquitus, et nunc. »

Item in eodem, ante finem: « Via Dei cognitionis est ab uno Spiritu per Filium unum ad unum Patrem. Naturalis bonitas, et quæ secundum naturam sanctificatio, et regalis dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum pervenit. »

Item Athanasius in editione fidei, cujus est initium: *Credimus in unum unigenitum Deum*, etc., parum ante finem: « Spiritus autem sanctus processivum ens Patris, et ferentis Filii, per quem implevit omnia. »

Item in Epistola Athanasius de Spiritu sancto, ad Serapionem, cujus est, initium: *Litteræ tuæ devotionis*, etc.: « Uno existente Filio viventi unam oportet esse plenam, perfectam, et sanctificativam vitam: quæ est operatio ejus, et donum, quod ex Patre dicitur procedere: quia ex Verbo, quod ex Patre est, manifeste resplendet, et mittitur et donatur. »

Gregorius Nyssenus in Epistola ad Eulalinum, quæ sic incipit: *Vos quod justum*, etc., parum ante finem: « Immutabilem vere confitentem eum, qui secundum causativum et causatum est, differentiam non negamus; in quo solum discerni alterum ab altero comprehendimus, hoc quoddam causativum credentes; hoc autem ex causativo et ejus quod ex causativo est; alteram iterum differentiam intelligimus, hoc enim proxime de primo: hoc autem per proximum de primo. »

Item, idem libro contra Eunomium, quasi in fine, ibi loquitur: « Sicut enim copulatur Patri Filius, et ex ipso esse habens, non est posterior secundum existentiam: sic iterum et ab Unigenito habetur Spiritus sanctus, intellectu solo secundum causæ rationem præspeculata Spiritus hypostasi. »

Item Athanasius in sermone contra Aerios cujus initium est: *Qui malitiose*, in fine loquens de aqua saliente in vitam æternam, sic ait: « Propter hoc David psallens Deo sic ait: *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen*⁸. Sciebat enim apud Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti; sicut per prophetam Filius dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ*⁹, » etc.

Item Cyrillus in sermone septimo, cujus initium est: *De humanatione Unigeniti*, quasi post duas partes sermonis: « Solvens enim a peccato eum qui sibi consentit, proprio jungit de cætero Spi-

⁷ Psal. xxxii, 6. ⁸ Psal. xxxv, 10. ⁹ Jerem. ii, 13.

ritu, quem immittit ipse : ut sicut ex Deo Patre A *pimus*¹². Et ipse inquit Dominus : *Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* »

est Verbum, ita ex propria nobis natura refundit Spiritum. »
 Quod autem hic *refundi* dicimus, in Græco dicitur ἀναρρῆζω, et a fontis nomine secundum ἀνα præpositionem derivatur. Ex quo liquide apparet, sanctum Patrem intellexisse Filium esse fontem Spiritus sancti.

Beatus Gregorius, cognomento Thaumaturgus, in suæ editione Fidei, quæ in Vita ejus legitur, sic ait : « Unus Spiritus sanctus ex Deo esse essentiam habens, et per Filium lucens liquide hominibus, imago Filii perfecta. »

Item Magnus Athanasius, in ea quæ ad Serapionem est de Spiritu sancto, Epistola, cujus est initium : *Litteræ tuæ sacræ affectionis*, etc., sic dicit : B « Sicut in propria imagine est Filius in Spiritu : sic et Pater in Filio. » Et post modicum : « Imago Filii dicitur et est Spiritus sanctus, dicente Paulo : *Quos præcivit, inquam, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei*¹⁰. » Item in eadem : « Manifestum enim erit, quod neque creatura Spiritus, neque angelorum essentia, in eo quod illi convertibiles sunt, sed imago Verbi et Patris propria est. » Item in ejusdem Epistolæ abbreviato sermone : « Si autem bonus odor et forma Filii est, manifestum est quod non erit Spiritus creatura. »

Item Basilius in quarto sermone contra Eunomium, qui sic incipit : *Si natura Deus Filius*, etc. : « Imago quædam Dei Christus est : *Qui est, inquam, imago Dei invisibilis*¹¹, imago autem Filii C *Spiritus.* »

Item in eodem libro cap. cujus titulus : *Quod sicut Filius ad Patrem se habet, sic Spiritus ad Filium* ; in ipso initio capituli, sic ait : « Propter hoc et Dei quoddam verbum Filius ; verbum autem Filii Spiritus : *Portans, inquam, omnia verbo virtutis suæ*¹².

Item beatus Cyrillus in libro Dialogorum cum Hermia (2), de Spiritu sancto loquens, cujus est initium, *Labor beatorum fructus gloriosus*, etc. : « Character verus et naturalis ad summum certitudinis, quæ secundum similitudinem intelligitur, ipse est Filius ; similitudo pura et naturalis Filii Spiritus est ; scribente audies beato Paulo : *Quia quos præcivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii Dei, quos autem prædestinavit, hos et vocavit.* »

Athanasius ad Serapionem in Epistola de Spiritu sancto, ut supra adnotatum est : « Et Filius inquit, *Quæ audiivi a Patre, hæc loquor in mundo*¹³. *Spiritus autem a Filio accipiet, et annuntiabit vobis*¹⁴. »

Item Basilius ad Amphiloichium, cap. 5 : « Scribens ad Ephesios Paulus ait : *Veritatem autem facientes*, etc. *Ex plenitudine ejus nos omnes acce-*

Item Gregorius Nyssenus in sermone contra Arium et Sabellium, qui sic incipit : *Quid dico ? Dic mihi : Spiritus sanctus immortalis est*, etc. « Sanctus, principalis, justus, verus, profunda scrutans Dei, ex Patre procedens, ex Filio esse accipiens, » etc.

Item Epiphanius in libro qui *Ancyrotus* seu *Ancoratus* dicitur, sic dicit : « Spiritus autem sanctus, Spiritus Dei ens cum Patre et Filio, non est alius Deus a Deo ; a Deo autem ens a Patre procedit, a Filio accipit, et in eodem Filius revelat Patrem. Nullus enim novit Patrem nisi Filius, a quo procedit, a quo accipit. »

Ecce patet ex præmissis, qualiter Spiritus sanctus sit ex Filio, sive, quomodo precedit æqualiter ab utroque : quia nil aliud est Spiritum sanctum a Patre esse, vel a Filio, quam procedere ab eis. Quia cum non sit alius modus, quo persona sit ab alia, nisi generationis, aut processions, necesse est ut, si est a Filio Spiritus sanctus, quod negare Græcus non potest, sit etiam ab eo per modum processions : nisi forte novam velint fingere hæresim, ut dicant, quod idem Spiritus sanctus generetur a Filio, et sint in Divinitate duo Filii, et unus eorum nepos.

Ostensum est insuper, quod Spiritus sanctus, ut sit a Filio, hoc habet Filius a Patre : propter quod a Patre per Filium, vel mediante Filio, vel certe principaliter et proprie dicitur Spiritus pro edere vel spirari a Patre. Terminatum est enim, quomodo idem Spiritus a Filio, qui est ejus causa et fons, propter modum essendi a Filio, catholice dicitur esse ratio et forma Filii. Unde et verbum et imago Filii propter eandem rationem Spiritus nuncupatur. Quæ prudens lector si consideret diligenter, multa quæ a Græcis objiciebantur, soluta inveniet ; et licet breviter, tamen et catholice, et vere terminata.

Solutio ad tertium objectum.

Ad tertium autem objectum, quod dicit : *Omnia quæcunque audiivi a Patre meo, nota faciam*¹⁶. Concedimus sicut et ipsi glossant, omnia necessaria ad salutem. Hoc tamen necessario addimus in glossa, quod, aut implicite, aut explicite nota facit eis omnia. Nam cum verba sint Veritatis, Veritas mentiri non potest. Dicit enim : *Multa alia habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*¹⁶, quasi dicat : Horum et aliorum verborum meorum intelligentiam relinquo magisterio Spiritus sancti, qui docebit vos, et suggeret omnia, quæcunque dixero vobis¹⁷.

Item, quamvis non inveniatur secundum vocem

¹⁰ Rom. viii, 20. ¹¹ Coloss. i, 15. ¹² Hebr. i, 3. ¹³ Joan. viii, 26. ¹⁴ Joan. xvi, 14. ¹⁵ Joan. i, 16. ¹⁶ Joan. xv, 15. ¹⁷ Joan. xvi, 13. ¹⁸ ibid.

in Evangelio, quod Spiritus procedit a Filio - A
venitur tamen secundum veritatem intellectus, in pluribus locis. Dicitur enim Spiritus Veritatis, id est Filii, quia de se Veritas increata loquebatur tunc, Christus. Si ergo est Spiritus Veritatis, aut quia Spiritus est a Veritate, aut quia Veritas est a Spiritu. Sed quod Veritas sit a Spiritu error est, quia Filius a Patre solo est et non a Spiritu: confiteri necesse est, quod sit Spiritus Veritatis, id est Filii, hoc est, a Filio. Si autem a Filio, aut generatione, aut processione, ut supra. Quia vero [id] est bonæ expositionis, patebit in sequentibus.

Spiritum sanctum esse Spiritum Veritatis, hoc est Filii, ex Græcorum Patrum expositionibus comprobatur.

Beatus Cyrillus, in recapitulatione de Spiritu sancto, dimembrationibus sexaginta sex, demonstratione sic ait: « In Evangelis quidem Salvator sic ait de se: *Ego sum veritas* ¹⁸. Beatus autem Joannes ex Patris essentia, et Filii Spiritum ostendens, in Evangelis quidem ait: *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit.* »

Idem sanctus, in quarta epistola ad Nestorium, cujus est initium: *Salvatore nostro dicente, etc.*, parum ante finem: « Et si in hypostasi Spiritus sanctus propria, et intelligitur secundum se, vel quod Spiritus est, et non Filius, tamen non est alienus ab ipso Filio. Spiritus enim Veritatis nominatus est. Est autem Christus Veritas, et profunditur ab ipso, quemadmodum utique et ex Patre. Quid autem sit profundere, exponit idem Cyrillus in expositione Symboli Nicæni, tractans verbum illud, *Qui ex patre procedit*, dicens: « Transacto de Christo ipso sermone, cum beati Patres sancti Spiritus memoriam facerent: Credo, dixerunt, in eum, quemadmodum in Patrem, et Filium; consubstantialis enim eis, et funditur Spiritus, et procedit tanquam a fonte Deo et Patre. »

Beatus quoque Basilius, in libro *De Spiritu sancto*, ad Amphilochem, cap. 18: « *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Unde solus glorificat Deum. *Ille me clarescabit*, inquam, *quia de meo accipiet et annuntiabit vobis* non sicut creatura, sed sicut Spiritus sapientiæ, Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, in sua magnitudine revelans: et sicut Paracletus Spiritus characterizat ejus, quæ promisit per Spiritum, Paracleti bonitatem, et in sui dignitate majestatem demonstrat ejus. » Unde et *provenit*; quod idem est, quod *procedit*.

Idem sanctus Epiphanius in libro *De Anconato*: « Pater veri Filii est Pater, lumen totus Filius, Patris Verbum, lumen ex lumine, non utique facta vel creata applicatione sola; et Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, lumen tertium ex Patre et Filio. »

Item, alia auctoritas Evangelii, Spiritum ex Filio procedere comperte clamat. Dicit enim Filius: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura: flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit* (ait evangelista) *de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* ¹⁹. Audisti, Græce, quod Spiritus procedit ab eo qui credit in eum? Nonne etiam fluit a Filio Spiritus? Imo. Quomodo a credentium mentibus fluere dicit Spiritum, nisi quia fluit ab eo, quem habet in se credens in eum, hoc est, a Filio? Quid est vero, Spiritum a Filio fluere, nisi procedere ab ipso? Quod autem flumina Spiritus sancti procedunt, monstratur manifeste in libro Jesu filii Sirach: *Ego, inquit, Sapientia effudi flumina* ²⁰. Quid enim in hoc loco per Sapientiam, nisi Filium, et quid per flumina, nisi Spiritum sanctum intelligimus? Effudit ergo Sapientia flumina, quia Filius ex se emittit Spiritum, qui procedit ab ipso.

Item dicit de eodem Filio in Evangelio: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso* ²¹. Quid aliud in hoc loco per vitam, nisi Spiritum sanctum intelligimus, quem Pater habet in se, et dedit Filio: ut ipse Spiritum habeat in se ipso, sicut habet Pater? Ergo Filius non solum habet Spiritum, quem habet Pater, sed etiam ita habet Spiritum, sicut habet Pater. Videamus itaque, quomodo Pater habet Spiritum in semetipso. Pater autem sic habet Spiritum ut semper sit in Patre, et semper procedat a Patre: et ita semper procedit a Patre, ut semper in Patre maneat, et ita semper in Patre manet, ut tamen semper a Patre procedat. Si Filius isto modo habet Spiritum in semetipso, verum est, quod ipse dicit: *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso.* Si autem isto modo non habet, quomodo erit verum, quod dicit: *Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in seipso?* Sed falsum esse non potest, quod a Veritate est dictum. Ergo verum est quod Veritas dixit.

Item: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificavit* ²². Vivificare Spiritus sancti est, etc., sicut Veritas dicit: *Spiritus est qui vivificat* ²³, etc. Quando ergo Pater mortuos vivificat, de Spiritu sancto, quem mittit in eos, vivificat. Spiritus sanctus enim est, qui mortuos vivificat vitam dando mortuis operatione sua, et etiam vitam gratiæ mortuis in peccatis inspiratione sua. Si igitur Filius ita de Spiritu sancto vivificat, sicut Pater, sequitur quod sicut ad Patrem pertinet Spiritus, etiam illo modo pertinet ad Filium. Sed ad Patrem pertinet, ut ab ipso procedendo det vitam mundo, sicut alias scriptum est. Ita ergo et ad Filium.

Sed dicit Græcus: « Non ita pertinet Spiritus ad Filium, sicut ad Patrem, quia Pater dedit Fi-

¹⁸ Joan. xiv, 6. ¹⁹ Joan. vii, 38. ²⁰ Eccli. xxiv, 40. ²¹ Joan. v, 26. ²² Ibid. 21. ²³ Joan. vi, 64.

lio, ut possit mittere; sibi autem retinuit, ut procedat ab eo. » Absit ab animis fidelium hoc deliramentum, ut Spiritus sanctus cœterus et consubstantialis Patri et Filio, aliter et aliter detur et sit: vel quod aliquid aliud temporaliter accepit vel aliud æternaliter existat. Ista enim varietas non cadit in Deum, sed in creaturas. Nunquam etiã Filius ad mensuram accepit Spiritum, sicut et nos, et uti est scriptum. Legimus enim: *Non ad mensuram dat Deus Spiritum*²⁴; supple, Filio suo. Si verum est, quod Pater ita dedit Filio Spiritum, ut aliquam gratiam dominationis in se Filius (Pater) retinuisset, tunc revera dedisset Filio Spiritum ad mensuram, ita ut nos possemus illum donationem mensurare dicentes: Hoc quidem dedit Pater Filio, hoc autem non dedit; sic dedit, etsi non dedit. Nonne Græcus mensurat Filio Spiritum, quando dicit: Filius sic habet Spiritum ut mittat, et donet illum; sed non sic habet, ut procedat ab ipso.

Item Filius de Spiritu sancto ait: *Novi de me virtutem exisse*²⁵. Et Evangelium similiter: *Virtus de illo exibat et sanabat omnes*²⁶. Quæ autem erat illa virtus, quæ sanabat omnes? De qua virtute iterum scriptum est: *Vos autem sedete in civitate Jerusalem, quousque induamini virtute ex alto*²⁷. Qui ergo negat Spiritum a Filio procedere, negat pariter verba sua ab ipso esse. Verumtamen evangelista: *Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant ore ejus*²⁸.

Quid plura? Ipsa namque Veritas, Salvator noster, volens omnem ambiguitatem istam de medio removere, post gloriam resurrectionis suæ jam immortalis factus et impassibilis, Spiritum sanctum ex se procedentem ostendit, cum inspirans discipulis ait: *Accipite Spiritum sanctum*²⁹, etc. Quam auctoritatem beatus Athanasius exponens in sermone de ea, quæ in carne, dispensatione Verbi Dei, et de Trinitate contra Arianos, cujus initium est: *Qui malitiose*, etc., sic dicit: «Propter hoc insufflat in faciem apostolorum dicens: *Accipite Spiritum sanctum*, ut discamus, quod de plenitudine Divinitatis est, qua datur Spiritus sanctus discipulis: *In Christo* enim, inquit, hoc est, in carne ejus, *habitat omnis plenitudo Divinitatis*³⁰. Sicut Joannes Baptista dicit: *Nos autem omnes de plenitudine ejus accepimus*³¹, » etc. Corporalietiam specie visus est Spiritus sanctus sicut columba descendens, et manens super eum. In nobis autem pignus et primitiæ Divinitatis habitant, in illo autem plenitudo Divinitatis, ne quis putet, quod non habens Spiritum, ipsum tunc accepit. Ipse enim ipsum desursum mittebat ut Deus, et ipse ipsum deorsum recipiebat ut homo. Ex ipso ergo in ipsum descendebat, ex divinitate ejus in humanitatem. » Et hoc quidem Athanasius.

²⁴ Joan. III, 34. ²⁵ Luc. VIII, 46. ²⁶ Luc. VI, 19. ²⁷ Coloss. II, 9. ²⁸ Joan. I, 16. ²⁹ Matth. X, 20. ³⁰ Rom. VII, 9. ³¹ Joan. VI, 64.

A Beatus Cyrillus de eodem Spiritu, quod Spiritus sanctus sit ex Filio, et quod ipse Filius dederat tunc Spiritum sanctum apostolis cum insufflavit, et dixit: *Accipite Spiritum sanctum*, super Genesim sic testatur: « Sicut beatus Moyses ostendit hominem a Deo accepisse spiraculum vitæ, hoc Christus innovans in nobis post resurrectionem a mortuis, insufflavit discipulis dicens: *Accipite Spiritum sanctum*, ut iterum reformati ad pristinam imaginem, conformes appareamus Creatori per participationem Spiritus. »

Quando ergo Spiritus sanctus in nobis factus, conformes nos Dei ostendit, procedit autem a patre et Filio, manifestum, quia de eadem essentia est essentialiter in ipsa, et ex ipsa procedens, velut ex humano ore excurrit insufflatio: etsi parvum et non dignum sit exemplum. Omnia enim superabit Deus.

Item Anastasius patriarcha Antiochenus, in sermone de recta veritate dogmatum, qui sic incipit: *Dominus Deus meus fortitudo mea*, etc., de Spiritu sancto sic testatur: « Etenim Dominus ipsum Spiritum ex se ostendens existere, insufflans aiebat: *Accipite Spiritum sanctum*. »

Ecce, ut diximus, omnia quæ necessaria sunt ad salutem, aut explicite, aut implicite scripta sunt in Evangelio: quod ex dictis, et subsecutis sanctorum testimoniis probavimus, et in sequenti capitulo manifestius apparebit.

Ad quartum solutio

C Ad quartum objectum, quo dicitur: « A Patre tantum dixit Filius procedere Spiritum, et non addidit, a Filio, » dicimus quod non est necesse, quod ubicunque subiectetur una persona, excludatur ipsa, et non intelligatur; quod isto modo in multos errores præcipitasset nos ipsa Veritas, Filius Dei. Verbi gratia, in Evangelio Scriptum legimus: *Von enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*³². Item: *Ego et Pater unum sumus*³³, dixit Filius, et nullam mentionem fecit de Spiritu sancto. Et iterum: *De die autem et hora illa nemo scit nisi Pater*³⁴. Item Paulus: *Misit Deus Spiritum Filii sui*³⁵, non dicit, suum. Et iterum: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*³⁶. Item Filius in Evangelio: *Spiritus est, qui vivificat*³⁷. Si igitur illa sola persona intelligitur in his auctoritatibus, de qua fit mentio, et non alia: ergo Spiritus, Patris tantum est Spiritus, et non Filii, quia de Filio non fit mentio, nisi de Patre. Item solus Spiritus loquitur, et non pater, vel Filius. Item sic Pater novit quæ ventura sunt novissimis diebus, et non Sapientia ejus, id est, Filius, vel Spiritus sanctus.

Item: Quis est iste Spiritus Filii, quem immittit Pater in corda credentium? numquid alius erit ab

³² Luc. XXIV, 49. ³³ Luc. IV, 22. ³⁴ Joan. XX, 21. ³⁵ Joan. X, 30. ³⁶ Matth. XXIV, 36. ³⁷ Galat. IV, 6.

ipso, de quo scriptum est : *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* ³⁸ ? Item de persona Patris Dominus in Evangelio loquens ait : *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, Pater vester dimittet vobis peccata vestra* ³⁹ ; et iterum : *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est* ⁴⁰ . Nunquid et in his persona Filii, non intelligitur ; quare excluditur, cum dicitur, *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* ? præsertim cum de se Veritate loquatur Filius, prout in præcedentibus demonstratum est. Nulla est ratio, nisi quia sic placuit Græcis adversari volentibus. Verumtamen firmiter credimus, et catholice tenemus, quod aliquando solius Patris nomen ponitur in locutione, et ipsius Filii nomen intelligitur : et aliquando nomen Filii in his non intelligitur, vel Spiritus sancti, et ipsis tantum personis convenit, et non Patri. Sed tunc considerare oportet, si id quod de una persona dicitur, possit convenire aliis, servatis proprietatibus uniuscujusque personæ sine confusione. Unde dicimus quod quædam conveniunt soli Patri, quædam soli Filio, quædam soli spiritui sancto. Quædam Patri et Filio, et Spiritui sancto, et quædam simul tribus personis. Patri tantum convenit hoc nomen *inginitus, inprincipiatus et genitor* ; Filio, *genitus, et principiatus* ; Spiritui sancto *procedens* ; et hoc nomen, Spiritus sanctus, appropriato vocabulo Patri et Filio est commune, tam secundum Græcos sanctos, quam secundum Latinos ; *dare, mittere, et habere*, et *spirare*, sancto Spiritui vero et Filio commune est, quod ambo existunt æternaliter a Patre : hic per processionem, ille autem per generationem. Omnia vero alia communiter conveniunt tribus personis. Ea ergo, quæ non auferunt proprietatem, nec confundunt distinctionem, non est necesse, si dicantur de una tantum, quod alia propter hoc excludatur. Quia in talibus licet non nominetur, tamen semper subintelligitur, etsi non specificetur, ut in præmissis est ostensum.

Quod Spiritus sanctus procedit a Filio, secundum apostolos, et Græcos.

Ostendo igitur quod Spiritus procedit a Filio secundum Evangelium, secundum quod sacri doctores nobis exposuerunt : restat, et necesse est, ut in pluribus mendaciis adversari veritatis deprehensi, eorum assertionibus nulla de cætero fides adhibeatnr.

Cyrillus ita exponens istud verbum, quod in Actibus apostolorum positum est : *Ministrantibus autem Domino, et jejnantibus, dixit Spiritus sanctus : Segretate mihi Bernabam et Saulum* ⁴¹, ita dicit : « Si igitur vocante ipsos in apostolatu Spiritu, a Jesu vocatos eos dicunt, ostenditur manifeste,

A quod non alienus est ab essentia Filii Spiritus sanctus, sed in ipso, et ex ipso, quasi operatio quædam naturalis omnia potens explere, quæcunque et vult. »

Et post pauca, verbis respondens hæreticorum, dicentium, Spiritum imperfectum esse, et nihil habentem ex se, sed ex participatione existentem, propter hoc, quod de ipso dicit Dominus : *Non enim loquetur a semetipso* ⁴², etc., sic ait : « Non enim imperfectum Spiritum ostendens hoc de ipso ait Salvator, sed ut magis certificet audientes, quod essentiæ existens ejus, non aliud quid loquitur, quam quod ipse vult, et sensus existens ejus juxta B. Paulum dicentem de Spiritu : *Nos sensum Christi habemus* ⁴³ : ille prorsus rationabitur et ordinabit, quæ et ipse, ejus est sensus. Propter hoc nihil ex se ipso Spiritum locutum affirmavit, quasi dicat : Ego sum iterum qui loquor ; velut si et qui in homine est sensus, dicat de procedente ex se ipso ratione : Non loquetur a se ipso aliquid, sed quæcunque audiet loquetur. »

Et statim post aliqua verba interposita ait sanctus Cyrillus : « Talem quemdam intellectum oportet accipere de Spiritu sancto. Cum enim existat Spiritus sanctus Christi, omnia quæ ipse loquitur discipulis, non inseparata quadam voluntate ab eo, in quo est, loquitur : sed tanquam ex essentia illius naturaliter procedens, et totam voluntatem ejus habens, sicut et operationem. » Quod autem hic transtulimus *procedens*, in Græco dicitur *προϊόν* et ex dictis sanctorum, et vi grammaticæ *æquipollens* dignoscitur τῷ ἐκπορευόμενον participio. Cujus participii verbum legitur in Evangelio, ubi ex Patre dicit Spiritum procedere.

Idem sanctus exponens aliam autoritatem beati Pauli, idem repetit dicens : « Scribit Paulus quibusdam dicens taliter : *Notifico autem vobis quod nemo loquens in Spiritu Dei dicit anathema Jesu : et nemo potest dicere : Dominus Jesus nisi in Spiritu sancto* ⁴⁴. Manifestum est ergo, quod qui participat Spiritum sanctum, novit esse Dominum Jesum : qui autem non participat, ignorat. Qualiter qui participat Spiritum, novit esse Dominum Jesum : sicut qui de melle gustaverit, scit quod dulce est mel : sic et Spiritus participes. Ergo ex essentia Filii Spiritus sanctus qualitas quædam, ut ita dicamus, *Dominationis* omnis Dei. »

Cyrillus in serm. 2, ad Hermiam (3). parum ante medium super id, *Ecce ego vobiscum sum* ⁴⁵, etc., dicit : « Misit nobis Filius de cælo Paracletum, per quem et in quem nobiscum, et in nobis moratur : non alienum sive extraneum nobis effundens, sed essentiæ suæ, et Patris personæ Spiritum. »

³⁸ Joan. xv, 26. ³⁹ Matth. vi, 14. ⁴⁰ Matth. xii, 50. ⁴¹ Act. xiii, 2. ⁴² Joan. xvi, 10. ⁴³ I Cor. ii, 16. ⁴⁴ I Cor. xii, 3. ⁴⁵ Matth. xxviii.

(3) Dial. vii de Trinit. in quo probatur divinitatis Spiritus sancti, sicut in sex prioribus dialogis divinitas Filii.

Item Anastasius Antiochenus patriarcha in præfato sermone de recta veritate dogmatum sic ait : « De sana nostra fide, et rectis Ecclesiæ documentis diligenti et subtili ratione corporis et proprietatis assumptis, tanquam exemplum distinctionum divinarum personarum, statuimus per membrorum proportionem et proprietatem comparare. Etenim Spiritus oris ejus, scilicet Dei, dicitur Spiritus sanctus, ore existente Unigenito. Et Spiritus iterum ex ipso procedens, et missus non solum a Patre, sed etiam a Filio. »

Epiphanius Cypri in memorato libro *Ancorato* de processione Spiritus a Filio talia testatur : « Spiritus enim Deus est, et Spiritus Patris, et Spiritus Christi, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus et anima : sed in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio. »

Idem sanctus in libro *De una Deitate* : « Ait ergo Petrus his, qui circa Ananiam erant : Ut quid tentat vos Satanas mentiri Spiritui sancto ? Non estis mentiti hominibus, sed Deo. » Ergo : « Deus ex Patre et Filio Spiritus, cui mentiti sunt, qui de pretio fraudaverunt. »

Item in eodem opere : « Vita tota Deus, ergo vita ex vita Filius : *Ego enim, inquit, sum via, veritas et vita.* Spiritus enim sanctus ab ambobus Spiritus et vita. Nam Spiritus Deus est. »

Et iterum. « Numquid dicimus duos esse Filios ? Et quomodo Unigenitus ? Imo, tu quis es, qui respondeas Deo ? Si Filium quidem vocat, id est, procedit ex se, Spiritum vero sanctum ex ambobus ? »

Quid ergo dicemus ? Adhuc egemus testibus ? Audivimus Græcorum blasphemias dicentium : Spiritus sanctus non procedit a Filio, quia perfecte procedit a Patre : quasi etiam non perfecte mittatur et detur a Filio ?

Item, Non procedit, inquit, a Filio, quia duo essent causæ, et duo principia. Ergo cum Scripturæ sacræ et Evangelium Filium principium scilicet de principio nominent, ut illud : *Ego principium, qui et loquor vobis* ⁴⁵. Et Psalmista : *Et tu in principio, Domine, terram fundasti* ⁴⁶.

Idem, non procedunt quæ dicunt, quod Christus hæc tacuit, apostoli non dixerunt, sancti etiam de hoc nil prædicaverunt. Sed ex præmissis auctoritatibus, mendaciis eorum jam patefactis, restat nunc ostendere qualiter et in his quæ sequuntur, suis rationibus mentiantur.

Dicunt enim : « Sancti Patres in conciliis super hoc nil definierunt : sed ponentes in Symbolo, ea quæ sunt necessaria ad salutem, eos qui aliud adderent excommunicaverunt ; sed vos addidistis : ergo estis excommunicati. »

Responsio Latinorum.

Ad quod respondententes breviter sic dicimus :

⁴⁵ Joan. VIII, 25. ⁴⁶ Psal CI, 26.

(4) Fuit synodus secunda Constantinopolitana.

A Sancti hoc in Symbolo non posuerunt, quia minime dubitaverunt. Non enim proponebant in Symbolo, vel definiebant in synodis, nisi ea quæ in quæstionem ab hæreticis vertebantur, et mundum vel universalem Ecclesiam in errorem ducebant. Unde nec Symbolum tunc temporis exposuissent, nisi eos ad hæc hæreticorum pravitas compulisset. Unde in prima et sancta universali synodo, quæ sub sanctissimo papa Sylvestro, tempore Constantini principis, a trecentis octodecim Patribus sanctis in provincia Bithyniæ, civitate Nicæa, contra impiissimum dogma Arii, dicentis Filium Dei factum et creatum, est celebrata, nil aliud definierunt de Spiritu sancto, nisi quod in ipso credi debeat, et quod sit Dominus, et vivificans.

B In secunda vero synodo, quæ sub beato papa Damaso, tempore Theodosii principis, a centum quinquaginta Patribus in urbe Constantinopolitana contra Macedonium, præfatæ urbis episcopum, dicentem Spiritum sanctum minorem Patre et Filio, vel certe ministrum Trinitatis, celebrata est, definierunt prædicti Patres, Spiritum non factum nec creatum, sed potius creatorem, ab ipso fonte in Divinitate, Patre, tanquam a primaria vena procedentem. Et hoc in secundo Symbolo, quod Constantinopolitanum dicitur, diligentius notaverunt. Quia vero non fuit quæstio, sive dubium : Utrum Spiritus a Filio procederet, vel non ? sancti Patres, sicut et multa alia quæ postmodum in aliis conciliis catholice definita sunt, sub silentio transierunt. Processu vero temporis, increscente quorundam malitia, in Occidentalibus partibus, dicentium Spiritum sanctum non procedere a Filio, pro eo quod in Symbolo non ponatur, aggregati in unum episcopi illarum partium, de licentia et auctoritate summi pontificis, veritatem fidei, quam tenemus in Symbolo declarantes, cantari etiam hoc in Ecclesia ab omnibus mandaverunt. Græci vero et cæteri Orientales vocati non sunt, aut quia nimis distabant, aut quia non dubitabant etiam hoc adducere in quæstionem.

C Quod autem eis tunc licuerit, et liceat hodie nobis aliquid scribere, prædicare, et cantare, quod in Symbolo non est expressum, docemur ex quarto, quinto, sexto, septimo conciliis, quorum quædam definiunt, quod non est expressum in Symbolo : ut de sacris imaginibus, super quibus septima fuit synodus, nihil in Symbolo continetur. Sic nec de duabus voluntatibus et operationibus in Christo Symbolum manifeste determinat, de quibus sexta synodus definivit ; sic nec Theodorus Mopsuestiæ, nec Theodoriti scripta, quæ contra beatum Cyrillum composuit, condemnat Symbolum, quamvis secunda universali synodo (4) condemnentur. Sic nec duas naturas inconfusas et impermixtas in

Christo in unitate personæ, sine omni conversione A per Symbolum habemus expressum, cum sic esse definierit quarta universalis synodus, Leonem papam primum secuta: epistolam quoque ejus quem prædiximus, fidei orthodoxæ columnam usque hodie Græcus appellat: et quod forsitan aliquis miretur, sancta et universalis synodus prohibet, ne alicui liceat proferre, vel scribere, vel componere alteram fidem ab ea quæ definita est a sanctis Patribus Nicææ congregatis, quamvis secunda synodus Symbolum ediderit, ut supra ostensum est, in quo aliqua continentur, quæ in Nicæno concilio non habentur: quod ex collatione utriusque synodi manifestum est lectori. Ipsam vero prohibitionem ad verbum sic continet, tertie synodi cap. ult.: Iis igitur lectis definit sancta B synodus, alteram fidem nemini licere proferre, vel scribere, vel componere, præter eam, quæ definita est a sanctis Patribus Nicææ cum sancto Spiritu; præsumentes alteram fidem, proferre, vel offerre, converti nolentes ad agnitionem veritatis ex judaismo, vel hæresi qualicumque, hos, si quidem fuerint, anathematizari. »

Sed dicit Græcus: Quid ultra quæritur? Ecce habemus propositum ex definitione.

Responsio Latinorum.

Ad quod respondentes sic dicimus: Prohibitio sancti concilii sicut sancta et vera esse ostenditur. ita nil contra veritatem dignoscitur continere. Dicit enim: Si quis aliam fidem a veritate prædicaverit, scripserit, anathema sit. Sed Latinus scribit C et prædicat illud, quod sanctorum auctoritatibus et sacræ Scripturæ testimoniis probat esse verum. Ergo non aliam, sed eandem minus expressam olim in Symbolo, tam fidelibus quam infidelibus, prædicat fidem.

Quod autem vera sit expositio, probatur per auctoritatem Apostoli, et per ipsos tractatores sacræ fidei, qui in dictis conciliis personaliter interesse meruerunt. Dicit ergo Paulus quibusdam sic: *Quicumque vobis aliud prædicaverit, præter id quod accepistis*, hoc est, si quis vobis aliud, id est, contrarium evangelizaverit, vel contrario modo docuerit, *anathema sit*⁴⁷. Non dicit: Si quis vobis addiderit. Nam si illud dixisset, sibi ipsi præjudicasset, qui cupiebat venire ut suppleret, quæ D eorum fidei deerant. Sed qui supplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit.

Qui prætergreditur fidei regulam, non addit ad omnia, sed recedit a via. *Aliud* ergo positum est pro opposito. Nam, quæ de Deo est, veritatem nullus hominum prohibere potest, quin possit cantari, legi, et prædicari in ecclesiis. Unde idem Apostolus ait: *Nihil possumus adversus veritatem*⁴⁸. Cum igitur Romana Ecclesia aliud, aut contrarium

sanctorum definitionibus non scribat, vel prædicet, sed quod verum est, et ejus oppositum facti hæresim, nec non et ejus veritas periculoso silentio petentibus denegatur: patet quod, si propter pietatis naufragium, quod imminebat, addidit veritatem fidei, in Symbolo non expressam, non est excommunicata.

Si vero propter declarationem fidei talem, ut Græci asserunt, additionem factam in Symbolo, excommunicationis sententiam Latini incurrerunt, confiteri necesse est omnes qui in secundo, quarto, quinto, sexto, septimo, conciliis fuerunt, pro eo quod præter ea quæ in Symbolo Nicææ continebantur, aliqua imo multa de fide definierunt, anathematis gladio fuisse percussos. Sed quæ major dementia, et major cæcitas, quam dicere, aut proferre, aut prorsus cogitare, quod tertium concilium excommunicaverit præteritos, et futuros, qui aliquid plus, quamvis verum, definierunt in Ecclesia, quam illud, quod definitum est a sanctis Patribus in sancta Nicæna synodo constitutis?

Item, numquid Nicænum, aut Constantinopolitanum Symbolum omnia continet, quæ necessaria sunt ad salutem, ubi nullum de septem sacramentis Ecclesiæ, excepto baptismo, aliud expressum ibidem continetur? Cui ergo dubium videtur, quædam vera esse de Deo, quæ in libris non continentur? Et ut de his nunc taceamus, (5) qui non lecta expletis sequuntur: Patrem et Spiritum, Filio incarnato, incarnatos non esse, aut passos, ubi in Scriptura poteris invenire? quod tamen ita verum est, ut oppositum vel mente concipere, sit absurdum.

Item, quomodo tertium concilium excommunicat primum et quartum, quintum, et sextum, et septimum? cum in fine cujuslibet concilii hanc eandem prohibitionem factam ab eis recipiat, scilicet: Si quis alteram fidem, etc. Si vero excommunicati quomodo sancti, si autem sancti non excommunicati. Quomodo tamen non excommunicati, nisi prohibitionis juxta sententiam, alteram fidem, id est, contrariam rectæ fidei præsumpserunt prædicare? Quod vero tam studiose et sollicitè in omni concilio hoc ipsum prohibuerunt, contra hæreticos, non in præjudicium veritatis factum esse D aperte probant quæ in sequentibus continentur.

Dicit enim beatus Cyrillus in Epistola ad Nestorium: « Non tibi sufficiet confiteri Symbolum fidei solum editum pro tempore in Spiritu, a magna synodo pro tempore congregata Nicææ. Intellexisti enim non recte: sed interpretatus es non recte: sed perverse contra hæreticorum importunitates dictum est, plus vel minus aliam fidem affirmare conscribere, componere, docere, vel sapere: quæ aliquid superinducere, vel subtrahere moliuntur

⁴⁷ II Cor. XI, 4, ⁴⁸ II Cor. XIII, 8.

(5) Locus mendosus.

sanæ mentis intellectui eorum qui in Nicææ Syn- A
botum conscripserunt. »

Item de eodem Athanasius : « Nil amplius de-
bere scribi de fide, sed contentos esse ea quam
in Nicæa sancti Patres conscripserunt, fide, propter
hæreticorum cautum est cavillationes : » non ut
pietati præjudicium inferretur ; alias omnes san-
ctos, qui postea aliquid de fide dixerunt, et sex
venerabiles synodos in contemptum egisse pone-
mus.

Item Cyrillus in Epistola, cujus est initium : *Legi
commonitorium* : « Athanasius dixit, sanctam syno-
dum non fecisse memoriam dictionis Genitricis :
ego autem scripsi, quod et si non fecit synodus
memoriam, bene fecit. Neque enim erat motum B
aliquid hujuscemodi tunc temporis, propter quod
non erat necessitas quæ non quærebantur ferre in
medium. »

Item Basilius in Epistola quam scripsit Epipha-
nio, ita dixit : « Nihil possumus addere fidei nos,
neque præter eam quæ in Spiritum sanctum, glo-
rificationem, quam in transcurso Patres nostri
hujus memoriam fecerunt nondum de ipso tunc
mota questione. »

Patet igitur ex præmissis, quod contra hæreti-
corum importunitates, quæ veritatem pervertere
nituntur, facta fuit hæc pro his, non ut pietati præ-
judicium inferretur. Et quod ea quæ in transcurso
dicta sunt, declarare licet etiam cum additionibus,
nec non et veritatem tacitam pro tempore in ma-
nifestum prodire, scribere, et cantare licet. Quod, B
cum negare Græci non possunt, nisi forsân scripta
sua et Patres suos sanctos velint condemnare, ne-
cesse habent nobiscum et ipsi fatendo dare, Ro-
manum pontificem propter additionem factam in
Synbolo (quam veram esse nullus sanctorum dubi-
tavit) non esse excommunicatum, vel hæreticum,
sed pium doctorem, et catholicum et fidelem di-
spensatorem ⁴⁹ quem Dominus super familiam
suam, id est, universalem Ecclesiam constituit, ut
det illis cibum in tempore opportuno ⁵⁰.

Opinio Græcorum.

Dicunt igitur Græci iterum : Multorum docto-
rum nostrorum hactenus, quorum scripta apud nos
usque hodie perseverant, ut Theodoritus et cæteri,
vestræ opinioni erroneæ contraria scripserunt. D

Responsio Latinorum.

Quibus responsum reddentes dicimus : Quod si
omnes quos doctores nominant, tales sunt, quales
Theodoritus fuisse probatur ; eos tanquam pestem
fugimus, et tanquam hæreticos reprobamus. In quin-
to (6) namque concilio, cum dictus Theodoritus
nisu temerario ausus erat se opponere (7). B. Cy-

⁴⁹ Luc. xii, 42. ⁵⁰ Psal. cxxiv, 15.

(6) Imo in tertio, hoc est. in Ephesino. STEW.

(7) Non fuit hæc controversia inter Cyrillum et
Theodoretum, sed utrum Christus una, an duæ

rillo, pro eo quod in pluribus scriptis suis
Spiritus sanctum ex Filio esse fateatur ; excom-
municationis sententiam in pleno concilio susti-
nuisse meruit : donec ea quæ contra prædictum
Patrem dixerat et scripserat, publice retractaret.

Auctoritatem ergo hujus (8) Theodoriti tanquam
blasphemam respuentes, ad illam Damasceni, quæ
sic incipit : « Primo est intellectus, deinde verbum
exterius, spiritus autem est verbi vehiculum, »
accedamus.

Item solutio ad verbum Damasceni.

Sciendum est Græcis, quod est verbum exterius,
et verbum interius. Verbum interius, sicut sancti
doctores dicunt, est intellectus, vel cogitatio. Ver-
bum exterius, sermo est. Similiter est spiritus du-
plex : interior spiritus, et exterior. Interior spi-
ritus amor est ; exterior vero, aer. Jam ergo do-
ctores, sicut sanctus Augustinus et alii, exemplifi-
cantes de Verbo incarnato et Spiritu increato, com-
parant spiritum interiorem ad verbum exterius,
de quibus dicit sanctus Augustinus : « Prius est
mens : dictum est verbum, sive cogitatio, quia co-
gitatio in mente concepta, verbum dicitur. » Con-
sequenter sequitur, quod ex utroque spiretur affe-
ctus sive amor. Mens namque Patri attribuitur ;
verbum Filio ; amor Spiritui sancto. Ex hoc ergo
dicimus spiritum ab utroque procedere, sicut amo-
rem ex mente et verbo interiori, sive cogitatione.

Auctoritas Damasceni aliter ista accipit, et ideo
in errorem multos induxit. Aliam vero auctori-
tatem Damasceni, quæ dicit : « Nos Spiritum san-
ctum ex Filio esse non dicimus, » si tanquam
authenticam per concilia recipere vellemus (quam-
vis non sit) sicut sanctorum, de quibus su-
pra memoriam fecimus, sic exponemus : « Nos
dicimus, » id est, « Non cantamus. » Quod quidem
verum est. Illud enim : *Filioque procedit* : om-
nino in Ecclesiis subticetur ab eis. Si autem fiat
vis in præpositione, *ex*, secundum quod importat
aliquando universalem auctoritatem principii, aut
principalem causam, potest sustineri. Nam quod
Spiritus procedata Filio, hoc habet a Patre ; secun-
dum quod in præcedentibus testificati sumus.

Ad aliam autem auctoritatem Epiphani, quæ
fatetur Spiritum medium inter Patrem et Filium,
dicimus id intelligendum, quod Spiritus est con-
nexio et amor utriusque. Nam ipse Epiphanius, et
omnes alii cum eo, Spiritum sanctum ex ambobus,
sicut supra notatum est, et ordine mediante confi-
tentur. Unde cum dixisset Epiphanius in auctori-
tate præallegata, « non secundum aliquam com-
positionem, quemadmodum in nobis anima et cor-
pus, sed in medio Patris et Filii, » statim sub-

persona esset. ID.

(8) Resipuit Theodoretus, et a concilio Chalce-
donensi receptus est. ID.

junxit, quod Græcus occultaverat: « Spiritum ex A Patre et Filia. »

Sed et Basilius in sermone qui incipit: *Non erat. ut videtur*, etc., vicesimo septimo capitulo, cujus est initium: *Sed forte dicet quis*, etc., sic testatur: « Pater quidem sine principio, et ingenuus, et semper intelligitur. Ex ipso autem secundum propinquum, sine interstitio, unigenitus Patri communis est. Per ipsum autem Unigenitum etiam cum ipso antequam alia (9) majus, et subsistens per medium intercidit intellecto, statim et Spiritus sanctus copulatione comprehenditur. » Dicitur ergo medius, prout diximus, quia amor est utriusque. Ordinatur vero post Filium, quia ex ambobus procedit.

Unde in *Ancorato* Epiphani: « Pater semper B ingenitus, increatus, incomprehensibilis: Filius, genitus, et semper increatus, et incomprehensibilis: Spiritus sanctus, semper non genitus, non creatus, non confrater, non ex Patre frater, non proles Patris, non proles Filii; sed ex eadem essentia Patris et Filii Spiritus sanctus, Spiritus omnium Deus est, »

Ad illud, quod quærebatur: « Quis vobis revelavit hoc? Unde habuistis? Quare, et nobis non fuit revelatum? Quare in Symbolo tale quid intrusistis, » etc., quia in superioribus ostensum est, vel responsum est et solutum, ideo hic sub silentio prætermisum.

Ad auctoritates etiam Evangelii, quas prave exponunt, dicentes: « Dicitur Spiritus Filii, quia C mittitur ab eo ad sanctificandas creaturas: vel quia est consubstantialis ei, » sic respondemus:

Quærimus a Græcis: Aut Spiritus erat ab æterno Filii, aut si dicunt, Non, contra Gregorius Thaumaturgus in editione fidei suæ, quæ in sua Vita legitur, Spiritus esse Filii ab æterno claro sermone denuntiatis ait: « Neque defecerit unquam Filius Patri, nec Spiritus Filio, sed inconvertibilis et inalterabilis eadem Trinitas semper. »

Item Gregorius Theologus in sermone de Penetecoste, qui sic incipit, *De hac solemnitate breviter philosophemur*, circa medium sermonis, sic testatur de eodem Spiritu: « Erat semper Spiritus sanctus, et est, et erit, neque incepit neque deficiet: sed semper Patri et Filio coordinatur et connumeratur. Neque decebat deficere Filium Patri unquam, et Spiritum Filio. »

Item Epiphanius, episcopus Cypri, de perfecta humanatione Dei Verbi: « Et quoniam animam et intellectum suscipit, et quanquam est homo. » Et de Trinitate post unum folium: « Pater erat semper, et Filius ex Patre erat semper, et Spiritus sanctus ex Patre et Filio erat semper. Et neque Filius creatus, neque Spiritus, creatura, etc., sed ab æterno, ut sancti testantur, fuit Spiritus Filii, et a Filio. » Quomodo ergo dicit Græcus, quod dicitur

Spiritus Filii, pro eo quod mittatur ad sanctificandas creaturas, cum ab æterno non esset qui sanctificaretur, eo quod creaturæ incipiunt sub tempore? Ergo non dicitur Filii, quia mittitur ad sanctificandas creaturas, sed quia æternaliter existat ab eo. Si autem existit ab eo æternaliter, aut generatione, aut processione, ut supra.

Sed dicit Græcus iterum: Spiritus sanctus Filii esse dicitur, quia ratione divinæ essentiæ ei est consubstantialis.

Latinus: Absit ab auribus fidelium hoc deliramentum. Quia si ista ratione dicitur esse Spiritus Filii, scilicet quia est ei consubstantialis: eadem ratione Filius ipse, et Pater etiam dicerentur Spiritus sancti, vel a Spiritu sancto, quia similiter sunt ei consubstantiales.

Videtis, Græci, quorsum tendunt hic congruæ expositiones vestræ? Nam prima Macedonium, altera Sabellium blasphemus imitantur. Primus enim Spiritum sanctum inter creaturas ordinat; secundus in Trinitate ordinem confundit. Ubi ergo nunc est vestra gloriatio, quia impudenter vos de pulchritudine scientiæ jactatis, dicentes: « Si autem occasione quorundam verborum, » et cætera. Ast rursus ad nos redeuntes audire poteritis veritatem. Estne ista veritas primæ veritatis, ut relictis sanctorum Patrum sententiis, sequamur Macedonium et Sabellium hæreticos jam condemnatos? Quid ergo est? Dicitur Filii Spiritus, secundum omnes sane intelligentes, quia procedit ab eo: quod utique ita verum est, ut qui contrarium sentit vel prædicat, secundum quod patebit inferius, est in via perditionis.

Quia igitur multo conamine nisi sunt Græci Romanum pontificem, et totam Occidentalem Ecclesiam ostendere in canonem latæ sententiæ incidisse, et quod juste, et sine culpa aliqua sint separati a nobis, et minime potuerunt: restat nunc ostendere, qualiter ipsi in laqueum, quem ipsi paraverunt nobis, inciderunt, et utrum dicendi sint hæretici, vel tantum excommunicati, vel quod magis dolendum, utrum utrumque simul. *Ostendit Græcos incidisse in canonem ob errorem de Spiritu sancto.*

Quod in canonem latæ sententiæ inciderunt sic probatur: Constat jam omnibus, quod ipsi dicunt Spiritum sanctum non procedere a Filio, nec esse omnino ex ipso: et quod nec datur ab eo, nec mittitur, nisi temporaliter ad sanctificandas creaturas. Et constat similiter, in cunctis Scripturis authenticis, et receptis conciliis, hoc quod prædiximus, scilicet, quod Spiritus sanctus est essentialiter a Filio, et procedit ab eo, manifestius contineri. Quæ scripta ita recepta et approbata sunt per concilia generalia, ut qui eorum aliud contrarium sentit vel prædicat, ipso facto et jure sit excommunicatus.

(9) Locus valde corruptus.

Definit enim secundum concilium (10) sic : « Condemnamus et anathematizamus cum omnibus aliis hæreticis condemnatis et anathematizatis a catholica et apostolica Ecclesia, etiam Theodorum, qui fuit episcopus Mopsuestiæ, et impias ejus conscriptiones, nec non et imple scripta a Theodorito adversus rectam fidem, et contra capitula Patris nostri beati Cyrilli et tertiæ sanctæ synodi Ephesinæ; et quidquid ad suggestionem Theodori et Nestorii (11) »

Esse audivimus; beati Cyrilli duodecim capitula, ubi maxime existentia sancti Spiritus a Filio tangitur, ita universaliter sunt recepta, ut qui eorum sentit contraria, vel prædicat, ipso jure sit excommunicatus cum aliis hæreticis et olim condemnatis. Dicit itaque Cyrillus, in nono capitulo prædictorum duodecim : « Si quis dicit, unum Dominum Jesum Christum glorificatum esse a Spiritu, tanquam aliena virtute ab ipso data utentem et ab ipso recipientem, ut operari possit contra spiritus immundos et implere in homines divina signa; anathema esto. » Hunc autem anathematismum ipse idem sanctus Pater interpretans sic ait : « Homo factus Unigenitus Dei Verbum permansit, et sicut Deus omnia existens quæcunque et pater, præter solum esse Pater, et proprium habens, quod ex Patre est, et essentialiter inhærens illi Spiritus sanctus, signa illa divinæ potentiae operatus est. » Istam igitur expositionem accepit tertia synodus, quinta confirmavit, et contradicentes excommunicavit; Ecclesia universalis tenet, et tenuit, et approbavit. Sed Græci nostri temporis contradicunt nono capitulo expositionum ejusdem, et allegant pro se scripta Theodoriti hæretici, et per concilium excommunicati; ergo, secundum vim propositæ definitionis hæretici sunt judicandi. Unde beatus Augustinus in libro *De fide ad Petrum*, cum in octavo capitulo ejusdem, Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere firmasset testimoniis, in fine omnium capitulorum (12) subjunxit, et ait Petro : « Hæc interim quadraginta capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia, fideliter crede; fortiter tene, firmiter defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tanquam pestem fuge, et tanquam hæreticum abjice. » Ita enim ista quæ posuimus, fidei catholicæ congruunt, ut si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, et his contraria docere non dubitat, hæreticus, et fidei Christianæ inimicus, atque ob hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat.

Propter eandem insuper causam, hoc est, quia obstinato animo negant processionem Spiritus sancti a Filio, et plurimos etiam alios errores, in quibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ adversantur,

(10) Constantinopolitanum.

(11) Deest aliquid.

A anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo quarto, excommunicationis sententia contra eos in urbe regia Constantinopolitana lata est. Et magnum ejusdem civitatis ecclesiæ altare hanc ipsam continet sententiam impositam, scriptam a sedis apostolicæ legatis, tempore Leonis papæ IX ut videndum exhibent quæ apud eam urbem sunt, tam Græca quam Latina hujus rei monumenta.

Sed Innocentius papa III, in editione quam fecit catholicæ fidei temporibus nostris, præsidens in generali consilio Laterani celebrato, et dicens : « Patrem a nullo, Filium a Patre solo, Spiritum sanctum ab utroque, omnem excommunicavit et anathematizavit hæresim, extollentem se adversus eam quam composuit, sanctam orthodoxam et catholicam fidem. Sed Græcus manifeste se erigit contra articulum de Spiritu sancto. Ergo, etc.

Item : Falsarii Scripturarum authenticarum sunt excommunicati per concilia; sed ipsi falsificant Scripturas, et utuntur falsis, et scienter. Ergo anathematis gladio percussi incedunt per viam damnationis.

Et beatus Athanasius in Symbolo rectæ fidei, cum dixisset : « Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus : Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus; Spiritus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, » in fine libri subjunxit et ait : « Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter : firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. » Sed Græci non credunt, quæ in eo continentur; salvari ergo non possunt.

Nos autem sanctorum Græcorum et Latinorum sententias secuti, credimus et confitemur, cantamus, et scribimus, et docemus Patrem a se, non ab alio : Filium a Patre solo genitum : Spiritum sanctum a Patre et Filio æqualiter procedentem, et pariter tres quidem discretas, distinctas, et perfectas hypostases; sed unam essentiam, unam deitatem, unam potestatem, unam causam : a quo omnia, et per quem, et in quo sunt omnia : et ipsi est gloria, et honor, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Illos vero qui dicunt : Spiritus sanctus procedit quidem a Patre, sed non a Filio, vel aliter, et plus a Patre, quam a Filio : aut prius a Patre, quam a Filio, et similia, ratione fidei adversantia : et hoc asserendo credunt, prædicant et scribunt, sicut jam dudum definitum est a sanctis Patribus, tanquam hæreticos a catholica Ecclesia abjicimus, et vitamus, maledicimus, et reprobamus.

Distinctio de animabus.

Expedito in præcedentibus primo articulo, scilicet de processione Spiritus sancti a Filio, in quo, ut singulis versutis Græcorum objectionibus

(12) Cap. 44.

respondimus, et ipsos tanquam veritatis falsarios A ex libris suis, quibus se jactant, et contra Romanam erigunt Ecclesiam, non solum errasse, verum etiam in Canonem latæ sententiæ incidisse probavimus; forsitan plus necessario præter propositum prolixi fuimus; restat nunc videre per eadem testimonia, ubi animæ talium, id est, infidelium et male credentium, exeuntes a corpore recipiantur. Opinio enim eorum est, sicut diximus: quod neque in paradysum bonæ, neque in infernum ante diem iudicii vadunt animæ reproborum: sequentes quemdam hujus hæreseos inventorem, archiepiscopum quondam Cæsareæ Cappadociæ, Andream nomine, qui dicit propria corpora præstolari, ut cum eis, cum quibus bona vel mala commiserint, retributiones similiter factorum recipiant. Qui B etiam ad confirmandam suam opinionem erroneam, auctoritatem Apostoli ad Hebræos pro se introducit, qua dicitur: *Et hi omnes testimonio fidei probati, non receperunt repromissionem Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur* ⁵¹.

Cui Andreæ obviat beatus Joannes Chrysostomus in expositione ejusdem Epistolæ, et talia testatur: « Perceperunt quidem juxta coronas debitas. Si unum corpus sumus omnes, major efficitur isti corpori delectatio sive fruitio, quando communiter, et non particulariter coronantur. Etenim etiam C justus in hoc sunt admirabiles, quia gaudent fraternis bonis tanquam in propriis. Itaque et hoc ipsum secundum voluntatem eorum est, ut simul cum propriis membris coronentur; nam simul glorificari magna est ei fruitio. » Quasi dicat sanctus, juxta illud Apocalypsis: *Datæ sunt singulis stolæ albæ* ⁵², prætendentibus vindictam proprii sanguinis, id est, desiderantibus mutationem in melius corporum. Singulæ stolæ albæ, id est, prima stola, quæ est glorificatio animæ: *Et dictum est eis, ut quiescant adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum* ⁵³; hoc erit in fine mundi, quando resumtis corporibus gloriosis, in utroque, et de utroque gaudebunt. Tunc quidem habebunt perfectum gaudium sancti, qui quoniam habent modo adhuc oculus mentis ad corpus naturale, eorum gaudium imperfectum aliquo modo D etiam a sanctis nostris doctoribus judicatur.

Beatus quoque Athanasius, in libro *Questionum* suarum, cum interrogatus fuisset, ubi essent nunc animæ defunctorum? respondit quærenti: « Extranea quidem, et metuenda quæstio, et hominibus occultata. Non enim permisit Dominus, quemlibet eorum solvi, qui ibi sunt, et ad nos venire, ubi vel quomodo sint præassumptæ animæ defunctorum. »

⁵¹ Hebr. xi, 39. ⁵² Apoc. vi, 11. ⁵³ ibid. ⁵⁴ Psal. lxxvii, 7. ⁵⁵ Job x, 21. ⁵⁶ Luc. xxiii, 43. ⁵⁷ Hebr. xi, 40. ⁵⁸ Psal. vi, 6. ⁵⁹ Psal. cxviii, 47.

(13) Meritorie scilicet, vel demeritorie.

Verumtamen ex divinis Scripturis docemur, quod peccatorum animæ in inferno sunt, subitæ omnem terram et mare, sicut, docet Psalmista: *In tenebrosis et umbra mortis, et lacu inferiori* ⁵⁴. Et sicut scriptum in Job: *In terram tenebrosam et turbulentam, in terram tenebrarum æternarum, ubi non est claritas, nec videre vitam* ⁵⁵. Justorum autem animæ post adventum Christi, sicut in latrone didicimus, in paradiso sunt. Non enim propter animam solam latronis Christus Dominus paradysum aperuit, sed et propter reliquas sanctorum animas.

De isto insuper latrone Joannes Chrysostomus, exponens illud verbum Lucæ: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* ⁵⁶, ita loquitur: « Quidam dicunt nondum assecutum esse latronem paradysi mansionem, sed propter promissionis firmitatem, et immutabilitatem dicunt dominum dixisse: *Hodie mecum eris in paradiso.* » Alii autem, et ad vocabulum cogunt. Dicunt enim: Oportet nos distincte et punctatim legere sic: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*; quasi in futurum tempus æstiment respicere promissionem. Impossibile est, inquiunt, ipsum nunc esse in paradiso, cum Apostolus dicat de sanctis in Epistola ad Hebræos: *Hi omnes non receperunt promissiones, ut non sine nobis consummarentur* ⁵⁷. Et post pauca adjungit idem sanctus, reprobatis istorum opinionibus, dicens: « Et latro quidem paradysum possidet, sive assecutus est. Non enim mentiri potest, qui dicit: *Hodie mecum eris in paradiso.* »

Item in prædicto libro *Questionum*, cum iterum diceret quærens: « Numquid non memores erunt animæ præassumptæ, sicut angeli memores sunt? sanctorum quidem animæ prorsus memores sunt; peccatorum vero animæ cum sint in inferno, neque Dei, neque nostri memores sunt. » Et addidit David dicentem ad Dominum: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi* ⁵⁸? Et iterum: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum* ⁵⁹.

Idem sanctus in prædicto libro, ad aliam quæstionem sibi factam: Quid, scilicet, ibi operentur nunc animæ præassumptæ, respondit: « Anima a corpore soluta, nec bonum, nec malum valet operari (13). Nam visiones, quas vident quidam de his qui mortui sunt, dispensatione Dominus ostendit ad nostram utilitatem. Sicut enim lyra non habens pulsantem, otiosa jacet et absque opere: sic anima et corpus ab invicem separata nihil operari queunt. Sanctorum autem animæ a Spiritu sancto impulsæ sive tactæ cum angelis in terra viventium Dominum laudant, et exsultant. »

Ecce habemus ex his magnis duobus testibus A) beatorum dicitur, in fornum, limbum et purgatorium. Athanasio et Chrysostomo, quod sanctorum animæ, secundum fidem et spem Romanæ Ecclesiæ, regnant etiam nunc cum Christo; animæ reproborum, factorum suorum dignam mercedem recipientes, cruciantur in inferno in sæcula sæculorum.

Quod similiter ita fuit olim certum Ecclesiæ Græcorum, quod non solum in libris, verum etiam parietibus ecclesiarum suarum, antiqui Patres manifestis indicis imprimere curaverunt. In quibusdam enim picturis, angelos lucis deferentes sanctorum animas in cœlos conspicimus. In nonnullis vero Satanæ angelos ex corporibus morientium reproborum, cum quadam violentia extrahentes animas, et in tartara secum ferentes reperimus. Unde quomodo nunc ad tantam dementiam devenerunt ut dicant, defunctos nec paradisi perfrui gaudiis, nec cruciatus infernales pro varietate meritorum sustinere, nescimus, sed solum mirari possumus. Præsertim cum de hoc populi aures repleant in ecclesiis in officio suo frequentato. Dicunt enim de martyribus sic: « Famosissimi martyras, vos terra non absorbit, vel occultat, sed cœlum suscepit, et intus existentes ligno vitæ remunerati estis: apud Christum intercedite, ut detur nobis pax et magna misericordia. »

Item: « Vos, qui pro Verbo passi estis usque ad mortem, athletæ, animas quidem habetis in cœlis in manu Dei, et per universum orbem honoramini. Vestras reliquias sacerdotes et reges adorant, et omnes populi exsultantes assueti clamant: Somnus pretiosus est in conspectu Domini mors sanctorum ejus. »

Item in eodem officio talia cantantur: « Chorus sanctorum invenit fontem vitæ, januam paradisi. Inveniam et ego veniam per penitentiam; ovis erabunda ego sum: revoca me, Salvator, et salva me. »

Item: « Per vos, qui prædicantes Agnum Dei occisi estis ut oves, et ad vitam quæ sine senio est, et sempiternam transpositi estis. Hunc enim Agnum attentius martyres petite, debitorum solutionem nobis donantes. »

Item in Officio mortuorum talia pro defunctis orant: « Dona requiem, Deus, famulis tuis, et ordina eos in paradiso, ubi chori sanctorum sunt, Domine, et justis fulgent in gloria, « His ita se habentibus, quis eorum potest excusari de ignorantia? »

De quatuor receptaculis defunctorum.

Sed etsi plus aliquid scire cupiunt Græci de animabus defunctorum, legant et intelligant libros suos, et invenient quatuor receptacula defunctorum, scilicet cœlum empyreum, quod et paradus

⁶⁰ Matth. x, 13. ⁶¹ I Cor. vii, 14. ⁶² I. Cor. iii, 11-15.

(14) Actualis scilicet.

beatorum dicitur, in fornum, limbum et purgatorium.

De primo et secundo dicta sufficiant.

De tertio respondebit Athanasius vice nostra. In prædicto siquidem libro *Quæstionum* suarum, movetur iterum a quærente quæstio talis: *Ubi, quæso, sunt, vel perveniunt pueri defuncti, vel in tormentis vel in regno?* Et ubi infidelium pueri? Ubi etiam non baptizati, et defuncti? cum fidelibus vel infidelibus? Ad has itaque quæstiones breviter satisfaciens quærenti respondit: « Domino nostro dicente: *Sinite parvulos venire ad me, talium est regnum cœlorum* ⁶⁰; iterumque Apostolo dicente: *Nunc autem filii vestri sancti sunt* ⁶¹, manifeste constat, quod tanquam mundati et fideles, in regnum intrant Christianorum filii baptizati. Non baptizati autem, et etiam gentilium pueri, neque in regnum intrant, neque iterum ad tormenta vadunt: sunt enim expertes peccati (14). » Cum igitur Pater sanctus asserendo dicat, animas puerorum non baptizatorum nec paradisi perfrui gaudiis, neque iterum cruciatus inferni, cum sint sine actualibus peccatis, sustinere, reliquit in nostra intelligentia locum tertium, ubi animæ talium, Deo jubente, post hanc vitam recipiuntur, in quo scilicet nec boni præsentiam, nec mali sensibilem pœnam aliquam experiantur. Et licet huic loco Pater sanctus nomen non imposuerit, sancti tamen Latini, ut Augustinus, Gregorius et cæteri, quippe qui eodem spiritu repleti fuerunt, determinantes de nomine loci, hunc locum *sinum Abrahamæ*, sive limbum nominaverunt, in quem ante adventum Christi sancti Patres descendebant. Nunc vero pueri, qui absque baptismo decedunt, sine pœna sensibili, ut dictum est, detinentur,

Probatio, quod sit purgatorium.

De quarto loco, id est purgatorio, multa sanctorum Patrum testimonia reperimus. Et primo in Epistola ad Corinthios, ubi loquitur Apostolus; *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, pretiosos lapides, lignum, fœnum, stipulam: uniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, qui in igne revelabitur; et uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet; si opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem* ⁶². Cum quidam doctorum suorum inter eos attentius ut dictum locum exponeret, adjecit: « Ignis istum credimus καθαρίσιον, id est mundificatorium, in quo animæ defunctorum probantur tanquam aurum in fornacè. »

Sancta quoque Macrina, soror beati Basilii, cum A esset liberalibus studiis imbuta et Spiritu sancto repleta, inter alia quæ de sacris eruditionibus divinarum Scripturarum exposuit, deigne purgatorio talia testata est dicens: « Oportet animam ad similitudinem Dei factam, ad ipsum redire; non redit autem nisi purgata; purgatur vero per ignem, post hanc vitam paratum. »

Istud testimonium reperitur in tractatibus qui Macrina nominantur. Sed forsan dicent nobis: Nos testimonium mulierum non credimus. Esto! Audiant igitur fratrem ejusdem virginis magnum doctorem Ecclesiæ beatum Gregorium Nyssenum, quæ, et qualia in sermone, qui in primo Sabbato post Pentecosten in commemoratione defunctorum, legitur, de igne purgatorio referat testimonia. B Dicit enim: « Si humanam naturam voluntarie juxta liberi arbitrii motum quidem indecenter precipitantem se, violenter ac coacte ad suum beneplacitum transponeret, id est, ad se traheret Deus, vel induceret, ablatio esset hæc utique præhabitiæ bonitatis et æquipollentis Dei dignitatis privatio. Æquale Dei est liberum arbitrium. Ut ergo et potestas maneret nature, et malum aboleretur, hoc invenit Dei sapientia consilium, dimittere scilicet hominem in his, in quibus voluit esse, ut gustatis malis, quæ operatus est, rursus redeat per desiderium voluntarium ad pristinam beatitudinem, omneque vitiosum et irrationabile quoddam pondus postponens, et removens a natura, sive præsentibus C vita per orationes et observantiam mandatorum expleatur: vel post hanc vitam penitus per purgatorii ignis conflationem purgetur. »

Item beatus Basilius, introducens personam defuncti loquentem in Officio mortuorum talia dicit: « Imago sum ineffabilis gloriæ tuæ. Et si stigmata vel punctiones porto delictorum, miserere tuæ plasmationis, Domine, et purga per viscera misericordiæ tuæ: et desiderabilem pœnitentiam concede mihi, paradisi civem rursus faciens me. »

Item Damascenus, in sermone mortuorum, volens probare quod eleemosynæ, et orationes, et alia beneficia Ecclesiæ prosint defunctis, introducit, verbi gratia, exemplum, quod in Vita Patrum de quodam discipulo cujusdam Patris legitur, et dicit: « Cum D autem defunctus esset discipulus ejus, scire volens senex, quæ et qualia meruisset in vita sua juvenis ille, cœpitaures Domini orationum instantia pulsare. Cumque ista per aliqua horarum spatia fierent, vidit senex prædictum juvenem in fluvio igneo usque ad gulam demersum. Cum vero orationi anxius incumberet, prospexit eundem usque ad cingulum. Ultimo autem orationis beneficio ex toto liberatum aspexit. »

Sed dicent forsan Græci: « Ignem istum credimus ignem infernalem, a quo etiam quidam virtute orationis liberantur, ut Trajanus imperator, qui

per beatum Gregorium, qui Dialogus dicitur, fuit sustentatus. » Sed contra beatus Basilius in Officio mortuorum, de infructuosa pœnitentia existentium in inferno talia fatetur: « Quid turbaris importune, o homo? una hora, et omnia prætereunt: non est in inferno pœnitentia; nec est tibi requies. Ibi vermis, qui non dormit, ibi terra obscura et tota nebulosa. »

Item beatus Athanasius, cum quæreretur a quodam, quæ essent illa peccata, quæ per orationes, et alia beneficia, et suffragia diluentur post mortem, respondit de his: « Magnus Dionysius sic dicit: Si quidem levia et subtilia existunt peccata defunctorum, percipiunt utilitatem de beneficiis, quæ pro eis fuerint: si vero gravia vel turpia fuerint peccata hominis, conclusit contra eum, vel adversus eum Deus. Verum tamen oportet nos curam gerere de propriis animabus, et non sperare post mortem per alias oblationes consequi veniam delictorum. » Hæc et his similia in Vita Patrum, et in Dialogo beati Gregorii, quem similiter recipiunt, de animabus defunctorum reperiuntur testimonia: quæ purgatorium locum post mortem esse sufficienter indicant, etsi Paulus tacuisset. Græci nostri temporis terrenarum rerum sollicitudine, non tam pro se, quam proximo suis et filiis occupati, tenent libros pulchros quidem et veros, nisi quos corruerunt, clausos, quin et sibi penitus ignotos; unde nobis veritatem, quam tenent, et ignorant, prædicantibus, quasi falsariis Scripturarum, et nova inaudita dogmatizantibus contradicere non verentur.

Alii vero obducto supercilio grandia verba trutinantes, auctoritatem Apostoli ad Corinthios repugnantem, pro se exponere conantur. Dicunt enim: *Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus* ⁶³. Fundamentum unum, sicut jam diximus, est ille lapis angularis Christus, super quem ædificati sunt apostoli et prophete, et qui pro tempore fuerunt Patres Spiritus Dei pleni. Aurum vero, et argentum, et lapides pretiosi sunt evangelica præcepta, et altitudo divinarum dogmatum, contra quæ portæ inferi non possunt prevalere. Conati sunt nihilominus super illud fundamentum immobile, malitiosi sectatores, hæresiarchæ dico, adulterantes et corrumpentes sermonem veritatis, ædificare; id est omnem materiam pravæ doctrinæ superinducere, putantes, ut ita dicamus, in hoc se obsequium præstare Deo. Sed veniet secundus Domini adventus, sive apparitio, et inutilia quædam ædificationis opera cæterorum doctorum cum detrimento consumerentur, sive comburentur; ipsi autem sic salvi erunt, quasi per ignem, inextinguibilem scilicet. Salvabitur ergo talis, *sanabitur, servabitur* per ignem sicut adamas, qui nunquam consumitur per ignem. Sic et ipsi hæretici et malitiosi sectatores salvabuntur, non ad purgandum, sed ad cruciatus

⁶³ I Cor. III, 11.

æternos sustinendos, Hæc est, inquit, expositio A vera, et hic sensus auctorum.

Ad quod, licet superius satis determinatum sit, dupliciter respondemus. Primo, per virtutem verbi, quod dicitur, *salvabitur*. Istud namque verbum σωζω, quod Latine redditum, sonat, *solvo*, ita proprie significat salutem, id est, liberationem ab omni molestia: quod nunquam, et maxime in pœna conservationem. Et cum abundantissima et copiosissima existat lingua Græca, ita appropriatæ sunt verborum significationes suis terminis: quia nunquam, aut rarissime, præcipue in sacra pagina ponitur unum pro reliquo. Unde aliter definierunt, *custodire*, aliter *conservare*, aliter *sanare*. Primum namque dicunt φυλάσσω, secundum τηρῶ, tertium B σωζω, quod salutem, id est, liberationem ab omni incommodo, quod est electorum: quo verbo usus est Apostolus in præmissa auctoritate, definierunt. Sic σωζω, unde σωτηρία salus, et σωτήρ, id est, Salvator. Unde iste expositor præmissæ auctoritatis Apostoli aut virtutem verborum ignoravit: aut, quod magis præsumendum est, sciens et prudens veritatem fidei malitiose abscondit.

Secundo respondemus, quod præpositio verbi hujus, *per*, sumitur aut cansative, aut instrumentaliter. Quocumque istorum modorum sumatur, nusquam adamas salvatur secundum eos per ignem: quia non habet hoc ab igne, ut conservetur lapis illæsus, sed potius a natura taliter sibi a Deo insita, C *ut scilicet ab elemento ignis non possit corrumpi*. Similiter et homo corruptibilis cum sit, non habebit hoc ab igne sive gratia ignis, ut in æternum sive vivens in igne crucietur; sed Deo iubente, supra naturam ad malum suum, tale quid post resurrectionem recipiet, ut sit in æternum vivens, sine fine per ignem, et in igne, non jam salvetur, id est, conservetur secundum Græcos, sed potius crucietur. Salvari ergo hominem dicimus, cum a peccatorum venialium maculis, mediante illo igne temporaliter et purgatorio, liberabitur: ut sic videlicet anima purgata, seu purificata propriis maculis, digna conspectui iudicis quandoque præsentetur. Scriptum est enim *Nihil coinquinatum intrabit in D eam*⁶⁴; sed anima portat inquinamenta venialium, ut supra ostensum est per illam antiphonam: *Imago sum ineffabilis*, et cætera. Ergo, non nisi purgata. Et sicut habemus de divite et Lazaro, quod irrefragabiliter responsum accepit, quod non posset transire aliquis a loco tormentorum, igitur purgabitur alibi. Istum locum dicimus locum purgatorii, ad quem transeunt animæ, quæ dum adhuc viverent, de suis excessibus plenarie non satisfecerunt. Habemus igitur ex præmissis quatuor receptacula defunctorum, id est, paradisi bonorum, infernum damnatorum, lymbum puerorum non baptizatorum, et purgatorium penitentium.

⁶⁴ Apocal. xxi, 27.

Incipit tertia distinctio. De sacramento altaris.

Dicto superius de processione Spiritus sancti, quam Græci negant et de paradiso, et inferno, nec non et de purgatorio, de quibus similiter male sentiunt: nunc de sacramento charitatis, id est, Eucharistiæ, consequenter videamus. Verum quia quasdam frivolas rationes videntur prætere in suam defensionem sui erroris, illa postponenda sunt, quæ sub prætextu pietatis errore huiusmodi nutriunt, ut non solum visis rationibus et auctoritatibus, reprobentur: verum unde, et a quo habuerunt originem declaremus, ut cum absque robore firmitatis, velut domus sine fundamento, apparuerint, ad modicum impulsu fidelium, omnis eorum structura nequitæ, ruinæ exponatur.

Anno itaque ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo tertio, tempore Leonis papæ noni, fuit quidam patriarcha in urbe regia Constantino- poli, nomine Michael Circularios [Cerularius.] Hic si quidem secutus per omnia prædecessorem suum Photium patriarcham, qui prius superbam cervicem suam contra summum pontificem erigere attemptavit, nisus est quantum potuit, etsi non quantum licuit, Latinos, qui in eadem urbe tunc temporis sub imperatore Græco degebant, ad Græcorum ritus, et præcipue ad sacrificandum in fermentato, tandem per censuram ecclesiasticam invitare. Sed quia tantum nefas diu Romanam curiam latere non potuit, missi sunt a pontifice summo legati ad prædictam civitatem, qui huiusmodi furentium impetum per auctoritatem sedis apostolicæ refrenantes, eum et sequaces ejus anathematis gladio percusserunt, ex tunc itaque Græci majoris invidiæ stimulis agitati, quam plures libros, seu tractatus in confusionem Romanæ Ecclesiæ ediderunt, et suis posteris legendos, tanquam authenticos, et fidei catholicæ firmitatem habentes, districtè mandaverunt; eos vero, qui in his contraria dogmatizare præsumerent, annuatim in ecclesiis, voce præconis, quod usque hodie in eorum ecclesiis conventionalibus observatur, hæreticos denuntiarent.

Hunc igitur Michaelem Græci usque hodie sequentes, Latinos *Azymitas* voce publica asserere non verentur. Unde in tantam execrationem et contemptum apud eos devenit mysterium sacramenti, ut non solum in mortis articulo ex eo sumere recusent, verum etiam incendii supplicium potius eligant sentire, quam simpliciter confiteri. Probat hoc Cyprius, qui nostris temporibus duodecim monachos Græcos, isto errore laborantes, novos diaboli martyres, per flammam ignis produxit. Dicebant enim prædicti monachi: Sacramentum Latinorum lutum esse, et non sacramentum: et quod sacrificantes, vel sumentes ex eo, more gentilium dæmoniis immolarent. Rationes autem quas contra Latinos allegant, et quibus se tueri videntur, sunt istæ

Rationes Græcorum contra Latinos in azymo consequentes.

Primo dicunt, quod Dominus noster, qui in sui memoriam hoc fieri mandavit, non in azymo, sed fermentato pane tradidit discipulis suis. Constat enim, quod secundum legem Moysi, quarta decima luna fiebat immolatio agni et esus azymorum, sicut scriptum est Levitici xiii, quæ dies Pascha proprie vocabatur. Sed Dominus juxta Evangelium Joannis, *antediem festum Paschæ*^{65 66} celebravit. Cœnam cum discipulis suis, et mysterium corporis et sanguinis sui tradidit. Si in tali die, qui erat tertia decima luna, celebravit Pascha, tunc utebantur fermentato; ergo de fermentato tradidit corpus suum,

Item: *Non introierunt prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha*⁶⁷. Sed tunc fuit luna quarta: decima ergo in præcedenti, fuit luna tertia decima, quando Dominus tradidit corpus suum, et inde ut prius.

Item cum evangelista de materia illius panis faceret mentionem, non dixit: Jesus accepit azyma, sed: Accipiens Jesus *ἄζυρον* Et *ἄζυρον* supponit pro fermentato. Ergo, etc.

Item cum scriptum sit, quod stando et cum lætucis agrestibus et festinanter deberet comedi agnus paschalis, nullum tale quid in Evangelio reperitur. Unde constat, quod illa cœna non fuit Pascha Judæorum, sed potius cœna et Pascha Christianorum, et non cum azymis, sed cum fermentato pane, quod significat Christi perfectionem, fuit celebratum. Nam Christus noster Dominus duas naturas in unam personam sibi univit, et sicut divina est simplicissima, ita humana est composita ex anima et corpore, sive carne. Sicut ergo in Christo fuit et est divinitas, anima, et corpus: ita in mysterio sacramenti nostri, quod ex perfecto pane, id est fermentato, perficitur, similiter tria reperiuntur, scilicet forma, fermentum, et aqua. Vestrum autem sacramentum non solum non est verum sacramentum, sed nec sacramentum quidem, quod tantum discrepat a veritate. Hæ sunt rationes, quas in eorum libris me invenisse recolo, et ab ore ipsorum audivisse in disputatione.

Responsio ad rationes Græcorum.

Ad primum igitur objectum respondemus sic: D Quod fecit Dominus Pascha tempore et modo debito, aut non. Si dicat, non: contra Joannes Chrysostomus, homilia octagesima quarta super Matthæum, ita dicit: « Non enim Christus transgreditur Paschæ tempus, sed Judæi, qui omnia præsumunt, Christum conculcant et leges; quia diligenter fervebant furore, et sæpe conantes interficere, non valuerunt: tunc accipientes ipsum ex insperato, voluerunt etiam Pascha dimittere, pro homicida sua voluntate implenda. Propter quod congregati sunt omnes, » etc.

Idem super Joannem: « Non ergo, ut aliter opinantibus visum est, Dominus Salvator, qui et ipse ait: *Non veni solvere legem, sed adimplere*⁶⁸, Pascha suum anticipavit: sed tempore, et modo debito cuncta consummavit. » Fecit ergo Pascha Dominus cum discipulis suis, sicut evangelista testatur, quando fecit cum azymis et agno immaculato, ut in lege scriptum est.

Item Theophylactus, *Bulgarie* episcopus, exponens illud quod legitur ad Corinthios: *Convenientibus vobis in unum*⁶⁹, etc. ita dicit: « Non possum non concedere, quando ipse Dominus corpus suum ex pane, quem habebat, scilicet azymo, cum dies essent Azymorum, tradidit discipulis suis, si secundum Evangelia et sanctorum Patrum sententias, celebravit Dominus tempore debito Pascha; unde tunc fermentatus apparuit contra legem? Sicut enim scriptum est in Exodo xii *Septem diebus fermentatum non apparebit in domibus vestris*⁷⁰. Quod si credimus verbis Veritatis dicentis: *Non veni solvere legem, etc.*, credendum est, et prædicandum, Dominum Jesum nec unum iota, nec unum apicem legis præterisse, et ut totius transgressionis immunem, dixisse insidiatoribus suis: *Quis ex vobis arguet me de peccato*⁷¹? alioqui nec peccata multorum tulisset, nec pro transgressoribus orasset ut non perirent, nec pro nobis passus, sed pro sua prævaricatione *juste punitus*⁷² fuisset, præsertim quod non solum transgressor legis inventus esset fermento tunc apud se reperto; sed insuper multos discipulos reos mortis effecisset, cibans eos fermentato, et in injuriam divinæ legis; quod est impossibile. »

Unde quamvis principes sacerdotum falsum testimonium quæsisent adversus eum, ut eum morti traderent, nullum tamen tale quid objecerunt, quale Græci nunc objiciunt. Quod si fuisset objectum, solum suffecisset ad perdendum eum. Nec Pilato dicente: *Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate eum*, dixissent: *Non licet nobis interficere quemquam*⁷³, quia ipsi præcepto legis interfecissent fermentati participem, et dixissent: *Nos legem habemus, et secundum legem debet mori*⁷⁴, quia fermentatum comedit in Pascha, aut certe apud eum apparuit.

Sed forte dicit Græcus: Non in publico, sed in occulto hoc egit. Absit! Quia non solum de factis suis, sed etiam de dictis ait ipsi summo pontifici: *Ego palam locutus sum mundo, et in abscondito locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt*⁷⁵. Sed etiam numquid dominum domus, in qua Pascha celebravit, latuit? aut certe si ipse consensit, numquid et Judam complicem malignorum latere potuit? qui juxta Psalmistæ vocem: *Dux meus et notus meus vocatur*⁷⁶; præsertim cum fuerit dispensator, quem Dominus dilecto

^{65, 66} Joan. xiii, 1. ⁶⁷ Joan xviii, 28. ⁶⁸ Matth. v. 17. ⁶⁹ I Cor. ii, 18, ⁷⁰ Exod. xii, 20. ⁷¹ Joan viii 46. ⁷² Isa. liii, 1 seqq. ⁷³ Joan. xviii, 31. ⁷⁴ Joan. xix, 7. ⁷⁵ Joan. xviii, 20, 21. ⁷⁶ Psal. lvi, 14.

suo Joanni demonstrans ait : *Ipse est, cui intinctum panem porrexero*⁷⁷; et : *Qui mecum intingit manum in paropside, hic me tradet*⁷⁸. Quod si ita est, quæ res prohibuit infelicem Judam, de memorato fermentato ipsum prodere sanguinem justum palam, quem omnibus modis quærebat prodere clam? aut quid necesse habuit dicere : *Peccavi tradens sanguinem justum*⁷⁹; cum tradendo transgressorem legis, avertit a se et a populo furorem Domini, et gratiam promeruit? Sicut enim scriptum est in Deuteronomio : *Si propheta quilibet, aut filius tuus, aut filia, seu uzor, et amicus quem diligis ut animam tuam, voluere clam persuadere tibi, ut avertaris a cæremoniis leges, non acquiescas eis, nec audias : nec parcat ei oculus tuus, nec miserearis, et occultes eum, et statim prodito populo interficies, ut avertatur Dominus ab ira furoris sui, et misereatur tui, multiplicetque te*⁸⁰, etc.

Sed iterum dicunt Græci : Si creditur omnipotens, potuit utique subito fermentatum undecunque exhibere, aut certe ipsum azymum benedicendo fermentare. Quod quam sit frivolum, neino est, qui non intelligat : quia quocunque modo apud eum in ipsa solemnitate fermentatum apparuisset, legis transgressor fieret, et plane dignus puniri, qui in sanctæ legis contumeliam fermentatum tractasset. Sed et si quolibet modo tantum miraculum factum fuisset, aliquis evangelistarum narrasset; cum etiam quedam minima, nec narratione adeo digna, ut de contentione discipulorum, diligenter fuerint narrata. *Omnia ergo tam obstinato silentio reticuerunt necessarii sacramenti initium, quod totius Ecclesiæ existat fundamentum. Unde quamvis sit omnipotens, istud facere non potuit, quia noluit. Quare noluit? Quia transgredi legem noluit. Unde? Non veni solvere legem, sed adimplere*⁸¹. Quod autem omnipotentia sua ligetur ratione necessaria et utili, probatur per evangelistam Matthæum, dicentem de patria Christi : *Non potuit tibi virtutes multas facere, propter incredulitatem eorum*⁸².

Responsio ad auctoritatem Joannis.

Ad secundum objectum de auctoritate Joannis : *Ipsi non introierunt*⁸³, etc., dicimus, quod Pascha multipliciter accipitur. Aliquando enim est dies immolationis : unde Levitici : *Decimo quarto die mensis ad vesperam Pascha Domini est*⁸⁴; et in Matthæo : *Scitis quia post biduum Pascha fiet*⁸⁵. Aliquando agnus immolatus, ut : *Unde vis paremus tibi Pascha*⁸⁶? Quandoque vero dies azymorum, sicut habetur in Actibus apostolorum de Petro : *Volens post producere eum populo; erant enim dies azymorum*⁸⁷. Aliquando autem panes azymi, sicut hic : *Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha*⁸⁸, id est, panes

Azimos. Unde, licet Dominus dixerit discipulis suis : *Scitis quia post biduum Pascha fiet*⁸⁸, etc., Matthæus tamen ipsius diei, in cujus vespera, qua Pascha fiebat, mentionem faciens ait : *Primo die azymorum accesserunt discipuli*⁸⁹, etc. Cui concordans Marcus ait : *Erat autem Pascha et azyma post biduum*⁹⁰. Et post pauca : *Prima die azymorum, quando Pascha immolabant*⁹¹, etc. Si igitur videretur non accipiendum Pascha et azyma, ut modo Pascha, pro festo azymorum, et modo festum azymorum intelligatur pro Pascha; quomodo stabit : *Erat Pascha et azyma post biduum*? Sed beatus Lucas omnem solvens hæresis controversiam ait : *Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur Pascha*⁹²; et quia cum eo, qui proprie Pascha dicebatur, subsequentes quoque dies azymorum abusive nuncupantur Pascha, quem diem vellet intelligi, in sequentibus ostendit dicens : *Venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi Pascha*⁹³. Quod plane in decima quarta luna fiebat ad vesperum, quando agnus occidebatur; quem etiam Pascha dici, evangelista sic perhibuit, ut in ipso Pascha occidendum diceret.

Porro, qualiter intelligi debeat, quod ait : *Ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha*⁹⁴,⁹⁵. Paulo post ait : *Erat autem Parasceve Paschæ hora quasi sexta*¹. Parasceve Paschæ, præparatio Paschæ interpretatur : quando jam præparabatur, et instabat celebritas diei magni Sabbati, qui celebrior cunctis diebus tunc habebatur paschalibus apud Judæos : adeo ut observantia ejus gentilis hominis cohabitatione, veluti introitu prætorii, pollueretur. Igitur : *Ne in cruce remanerent corpora in Sabbato, rogarunt Pilatum, ut tollerentur*². Pascha igitur, in præmissa auctoritate, accipitur pro azymis : quo necessario concesso, cessat adversariorum objectio.

Solutio ad tertiam.

Ad tertiam, quod dicunt, quod ἀζυμοι; supponitur pro fermentato, dicimus, quod multum discrepant a veritate : quia ἀζυμοι; in sacra Scriptura non solum pro azymo, verum etiam pro quolibet pane sumitur, prout in sequentibus apparebit. Scriptum est in Luca, quod cum Dominus apparuisset in specie peregrini, coactus fuit a duobus discipulis, ut discumberet, et post : *accepit ἀζυμοι, et benedixit, et quæ sequuntur*³. Sed constat, quod hæc facta sunt in die Resurrectionis, hoc est, in die azymorum, qui per septem dies secundum legem durabant, in quibus non solum non comedi, verum nec in domibus, nec in finibus illis omnibus, panis fermentatus poterat inveniri. Constat ergo, quod ille panis, qui secundum Græcos ἀζυμοι; dicitur, non fuit fermentatus, sed azymus. Ἀζυμοι; ergo supponit pro azymo.

⁷⁷ Joan. xiii, 26. ⁷⁸ Matth. xvi, 23. ⁷⁹ Matth. xxvii, 4. ⁸⁰ Deut. xiii, 6-10. ⁸¹ Matth. v, 17. ⁸² Matth. xiii, 58. Marc. vi. ⁸³ Joan. xviii, 28. ⁸⁴ Exod. xii, 18. ⁸⁵ Matth. xxvi, 2. ⁸⁶ Ibid. 17. ⁸⁷ Act. xii, 3, 4. ⁸⁸ Joan. xviii, 18. ⁸⁹ Matth. xvi, 2. ⁹⁰ Marc. xiv, 1. ⁹¹ Ibid. 12. ⁹² Luc. xxii, 4. ⁹³ Ibid. 7. ⁹⁴⁻⁹⁵ Joan. xviii, 28. ¹ Joan. xix, 14. ² Ibid. 31. ³ Luc. xxii, 13.

Atque hoc ipsum habemus in Levitico, ubi Moyses de panibus propositionis fecit mentionem, qui azymi erant, secundum legem ⁴. Item, ubi ait: *Comeditis panes azymos cum lactucis arrestibus*⁵, habens in Græco, comedetis *ἄζυμον*. Item in Sapientia, ubi scriptura de pane cœlesti, id est manna, *paratum de cœlo* ⁶, etc., dicit Græcus, *ἄζυμον*. Item Psalmista, ubi nos dicimus: *Panem angelorum* ⁷, in Græco habetur *ἄζυμον ἁγγέλων*. Item Salomon: *Suavis est panis mendacii* ⁸. Ecce manifesto constat, quod hoc nomen *panis* indifferenter accipitur, tam pro azymo, quam pro fermentato; et tam de eo quod replet ventrem, quam pro eo quod satiat mentem, hoc est, desiderium hominis, sive in bono, sive in malo.

Sed dicit iterum Græcus: Veritas debet correspondere umbræ. Sed quarta decima luna ad vesperam immolabatur agnus typicus. Ergo in die Parasceve fuit luna quarta decima, quia quarta decima luna immolatus fuit Agnus verus. Ergo et in quinta feria præcedenti fuit luna tertia decima, et tunc fecit Christus Pascha suum. Ergo Christus comedit azyma Pascha.

Dicimus quod veritas respondet umbræ, quia in Pascha typico erant duo, scilicet agni immolatio, et comestio. Agnus typicus immolabatur luna quarta decima; et immolatio veri Agni inchoata est luna decima quarta, qua captus erat Dominus. Et immolatio respondet immolationi. Comestio autem comestioni totaliter respondet; quia agnus typicus comedebatur quarta decima luna, et Dominus dedit corpus suum discipulis suis.

Si autem objiciatur de mulieribus, quod paraverunt aromata, quod non fecissent in die festo: dicendum est, quod opera misericordiæ non prohibebantur, sed tantum opera servilia, sicut dixit Dominus de Magdalena: *Sinite illam, ut in diem sepulture mee servet illud* ⁹. Item, circumcidere licebat in die Sabbato, quia hoc erat opus spirituale, non servile, sicut dicitur Math. xii, 5: *Sabbatis sacerdotes in templo Sabbatum violant circumcidendo hominem, et sine crimine sunt*.

Si vero opposuerint nobis de die Sabbati: *Quia erat magna illa dies* ¹⁰; dicendum est quia dies Sabbati magnus dicebatur, quia erat dies Sabbati, et insuper festum azymorum; non quia esset primus azymorum; quia omnes dies illi septem erant magni; primus tamen et ultimus majores erant. Hic autem dicebatur magnus esse, quia, sicut dictum est, duo concurrebant, scilicet Sabbatum, et festum Azymorum, id est una dies de septem diebus. De hoc vero, quod Judæi clamaverunt: *Non in die festo*; ergo non erat festum, quando crucifixus erat Dominus, dicimus quod licet clamaverunt, tamen fecerunt contra se, tan-

quam prævaricatores legis. Primo igitur die azymorum, qui erat dies, fecerunt Christum occidi.

Responsio ad alium.

Ad id, quod sequitur, quoniam illa tria, quæ sunt in Christo, scilicet corpus, et anima, et divinitas, si ista fabula aliquo modo digna esset responsione, possumus dicere, quod præter illa tria, aliæ duæ proprietates possent in suo fermentato assignari. Est enim in farina fermentata sal, aqua, et ignis, sine quo unquam panis ad essentiam suam potest pervenire. Et ita non ternarius, ut ipsi mentiuntur, sed quaternarius et quinquarius numerus in pane invenitur fermentato.

In nostro vero sacramento, in quo nihil est superfluum, etiam secundum significationem suam, tria tantum reperiuntur, scilicet farina, aqua et ignis; mediante quo farina et aqua conjunguntur. Farina supponit pro carne; aqua, pro anima; ignis vero pro divinitate; quæ utraque assumpsit in unitatem personæ. Sed quid nobis de istis fabulis veterum? Audiant Græci super hoc beatum Gregorium in Dialogis, quæ, et qualia sacramento detrahentibus responderit Græco sermone, cum in Græcia translegatione fungeretur. Dicit enim: « Solet plane moveri quæstio, quod in Ecclesia alii fermentatum offerunt; alii panes azymos. Esse namque Ecclesiam distinctam quatuor ordinibus, novimus, scilicet Romanorum, Alexandrinorum, Hierosolymitanorum, et Antiochenorum; quæ Ecclesiæ generaliter nuncupantur, cum unam teneant catholicam fidem, diversis tamen utuntur officiorum mysteriis. Unde fit, ut Romana Ecclesia offerat panes azymos, propter quod Deus sine ulla commistione carnem suscepit. Scriptum est: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* ¹¹. Sic ergo pane azymo efficitur corpus Christi. Nam cæteræ supradictæ Ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo, quod Verbum Patris indutum est carne, et est verus homo; ita quod fermentatum commisceatur farinæ, et efficiatur corpus Domini nostri Jesu Christi verum. Sed tam Romana Ecclesia, quam prædictæ pro ineffabili mysterio, tam fermentatum, quam azymum, dum sumimus, unum corpus nostri Salvatoris efficitur. » Hæc sunt verba Gregorii, quæ in Vita ipsius Græco sermone reperiuntur (15).

Sed Joannes Chrysostomus, cum hujusmodi litteræ vellet de medio remove, in quadam epistola sua, quam Græcis de sacramento et aliis consuetudinibus Latinorum dubitantibus, de Constantinopoli transmisit, ita dicit: « Volentibus nobis aliquid dicere de sacra communione, utrum ex azymo, vel fermentato in sacra Dominica cœna facta fuerit: longioris temporis, et etiam perfec-

⁴ Levit. xxi, 17. ⁵ Exod. xii, 8; Num. 9, 11. ⁶ Sap. xvi, 20. ⁷ Psal. lxxvii, 24, 25. ⁸ Prov. xx, 17. ⁹ Joan. xii, 7. ¹⁰ Joan. xix, 31. ¹¹ Joann. 1, 14.

(15) Vide S. Thomam opusc. extremo, de error. Græcor.; Gennad. scholar. pro concil. Flor. c. 2, sect. 8.

tioris scriptoris indigemus spatio. Sed multis A onissis, id quod utile et pacificum est, imo ut ita dicam, quod magis est secundum dispensationem et necessarium, et quod magis continet veritatem, dicendum est; panis antequam consecratur, et conficiatur, sive azymus, sive fermentatus fuerit, indifferenter panis est et dicitur sacris Eloquiis, prout postmodum ostendemus. Postquam consecratus fuerit, neque azymus neque fermentatus dicitur, vel est; sed corpus et caro Domini, eadem nec alia, quam quæ ab incorrupta Virgine a Verbo Dei assumpta, et in dextera collocata, a nobis orthodoxis et catholicis mystice sumitur. Propter quod et mysterium, hoc est, absconditum nominatur. Et ideo nonnullis est incomprehensibile hoc sacramentum; transmutatur autem B divina virtute a Spiritu sancto in corpus et sanguinem Jesu Christi, secundum quod ipsa sacra secreta indicat, et etiam manifestat. Dicimus enim: Te rogamus, Sancte sanctorum, ut beneplacito tue bonitatis veniat Spiritus sanctus tuus super nos, et super omnia hæc tua dona (sive munera) et benedicat, et sanctificet, et ostendat quidem hunc panem ipsum pretiosum corpus Domini et Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. »

Si igitur divina virtus, sive Deus transmutat proposita dona in corpus et sanguinem Jesu Christi, superfluum est contendere, utrum ex azymis, sive fermentis fuerit, sive album, sive rubrum forsitan vinum, et hujusmodi quasdam stultas curiositates de metuendis et tremendis mysteriis perscrutari.

Quia vero quidam eorum volunt ex sola etymologia nominis, azymum non esse ἀζυμον, id est, panem, eia de hoc breviter disputabimus: « Dicitur enim ἀζυμος ab ἀρθωσις, id est, perfectione: azymus autem non est perfectus: quia caret et fermento: ergo non est ἀζυμος. Dominus autem ἀζυμος benedixit. » Talis est mirabilis eorum syllogismus. Nos vero ad syllogismi hujus machinamentum, cum nullius valoris sit, infirmum, et debile, nullam faciamus responsionem; ne videamus, ad ostensionem ejus, quæ in nobis est rationalis scientiæ, multa loqui et inutiliter. A sanctis tamen Evangeliiis ἀζυμον vocatum esse azymum probabimus, sive ostendemus, et mendax istorum D etymologia apparebit. In Luca enim scriptum est: Et factum est, discumbente eo cum eis ¹². Et post pauca: Cognoverant eum in fractione ἀζυμου ¹³. Ecce, ibi azymum ἀζυμον nominavit. Quod autem azymus fuerit ille, qui tunc in Emmaus Cleophæ et concomitanti sibi datus est, hinc est manifestum. Post immolationem agni septem diebus comedebant Judæi azyma, quibus diebus fermentatus panis non inveniebatur apud eos. Infra autem septem dies, benedixit Dominus panem istum, de quo memoriam fecimus, in Emmaus, sicut indi-

cant Eloquia sacra: Sed super his omnibus tertin dies est, quo hæc facta sunt ¹⁴, infra autem septem dies. erat dies illa. Ἄζυμος ergo vocatur, ut ostensum est, azymus. Nam hoc nomen ἀζυμος genus est fermentati et azymi; et de ambobus prædicatur, sicut de speciebus. Ex his ergo verbis, ut dictum est, Chrysostomi, et aliis pro ista materia allegatis, satis manifeste colligitur, quod sancti Patres antiqui, tam Græci, quam Latini, tam de sacramento altaris, quam de aliis fidei articulis, sicut Ecclesia Romana, catholice et sancte senserunt. Moderni vero Græci quia jugum obedientiæ sacrosanctæ dictæ Romanæ Ecclesiæ a collo suo indebite excutere voluerunt, multis eam involutam esse erroribus prædicare non verentur. Quia tamen ipsi suam rebellionem pertinacem quibusdam suis rationibus palliare non verentur: quid eorum libri contra clament, ex multis pauca in medium proferemus.

Quarta distinctio. In qua ostenditur quod papa est caput Ecclesiæ.

Sciendum vero, quod ad probandam obedientiam et debitam reverentiam Ecclesiæ Romanæ oportet nos quærere primo: « A quo habuit Ecclesia istam potestatem? secundo, quando? tertio an super omnes universaliter, an particulariter? »

Quantum ad primum, distingue: Quia aut habuit a Deo, mediante Petro, aut a principibus sæcularibus; aut simul ab istis tribus; aut a conciliis generalibus; aut simul ab istis tribus; aut a nullo istorum: sed usurpato sibi honore utitur Ecclesia violenter et indigne. Et istam ultimam concedunt Græci. Et dicunt quod nullus apostolorum fuit major altero: sed omnes fuerunt æquales et fraires, juxta illud: Omnes autem vos fratres estis, et patrem nolite vocare vobis super terram, quia unus Pater vester cælestis est ¹⁵.

Ad quod respondentes dicimus, quod Dominus hic non removet officium prælationis, cum Paulus apostolus dicat: Obedite præpositis vestris, et subjacete eis ¹⁶, sed libidinem dominandi. Unde non dixit: Nolite statuere: Nolite vocari: unde cum nos eligimus pastorem Ecclesiæ, non eligimus nobis patrem, vel matrem simpliciter, sed potius vicarium Patris nostri veri et Magistri, qui in cælis est, sed, nec quem eligere volumus nos, sed quem Deus dare, juxta sanctiones et canones apostolorum suorum, constituit et ordinavit, juxta illud: Nemo sumit sibi honorem, nisi vocatus a Deo, tanquam Aaron ¹⁷. Unde Glossa super illum locum: Patrem nolite vobis vocare super terram ¹⁸, sic ait: Quod Deo debetur, vobis non præsumatis; nec alios Rabbi vocetis, nec divinum honorem hominibus deferatis. » Item alia Glossa: « Deus dicitur Pater et Magister, nam indulgentia Pater, ut honor ætati deferatur, non auctor vitæ habeatur: magi-

¹² Luc. xxiv, 30. ¹³ Ibid. 35. ¹⁴ Ibid. 21. ¹⁵ Matth. xxiii, 8, 9. ¹⁶ Heb. xii, 17. ¹⁷ Hebr. v, 4. ¹⁸ Matth. xxiii, 9.

ster. ex consortio veri Magistri tanquam ejus nuntius, et pro reverentia ejus, qui mittitur, honoratur.

Petrus autem habuit prærogativam dignitatis super apostolos, et plenitudinem potestatis super omnes homines. Quod probatur sic: In Evangelio Joannis, cum Dominus ter requisisset a Petro singulariter et specialiter, an ipsum diligeret, audivit: *Pasce oves meas*¹⁹. Super quem locum dixit Joannes Chrysostomus: « Quia igitur finis erat Cœnæ, Petro præposituram orbis omnium committit, non alteri dat, sed huic tantum. Quare? Quia omnium præcipuus et caput totius chori. Et ideo etiam, ut ostendat ei, quod potest confidere, tanquam negatione oblitata; quia ei neque illam impropert, nec profert in medium: sed: Si diligis me, præsto fratribus, et ferventem amorem, quem in me habere dicebas ita ut mori velles pro me, nunc ostende. Interrogat autem eum ter, simul quantam curam habeat de ovibus sibi commissis. » Et post aliqua dicit ei: *Sequere me*²⁰. Commisit quidem Petro prælationem omnium fidelium. Quia etsi Jacobus Hierosolymitanam sedem suscepit, Petrus tamen totius orbis: quasi dicat: Sanctus vocatus est Jacobus in partibus Hierosolymitanis; sed Petrus in plenitudine potestatis. Unde in mandato: *Tibi dabo claves*²¹, tibi discretive quasi ab aliis, dabo claves. » Super quo Joannes Chrysostomus ita: « Sicut Pater dedit tibi revelationem confessionis veræ fidei; sic ego dabo tibi claves cœlestes. Divinorum ergo dignitates tradidit Petro, potestative in terris existens, et cœlestibus intrans. »

Item Chrysostomus: « Et quidem alios præmittens, huic, id est, Petro, de ovibus disponit, cum sit princeps apostolorum, et caput chori. Propter quod Paulus ascendit Hierosolymam, tunc videre ipsum præ cæteris. » Hæc sunt verba Chrysostomi.

In quibusdam tamen codicibus reperiuntur, quæ videntur sapere, quod non solum Petro, sed etiam apostolis communiter eandem tradidit Dominus potestatem. Super quo volumus admonitum esse lectorem, ut habeat, quo debeat adversariis respondere, si quæ inveniuntur in Glossa Chrysostomi posita, quæ dicunt plenitudinem potestatis non esse traditam tantum Petro, sed omnibus aliis, absque dubitatione aliqua dicit, quicumque legerit, quod illa non sunt verba Chrysostomi, sed potius Theophylacti, archiepiscopi Bulgarorum, qui missus est a Photio, tempore schismatis in Bulgariam, ut ipsos Bulgaros, tunc temporis Ecclesiæ Romanæ devotos et obedientes, ad Græcorum ritus et obedientiam revocaret. Quod et factum est. Iste itaque Theophylactus, cum omnia fere scripta beati Joannis Chrysostomi suo ingenio abbreviasset, quidquid pro Latinorum Ecclesia facere videbatur, aut

A omnino tacuit, aut de suo superaddendo verum intellectum corrupit. Inveniuntur tamen quedam originalia Chrysostomi adhuc illæsa in armariis monasteriorum Græcorum.

Item Græci in officio suo de apostolis Petro et Paulo talia testantur, cuilibet laudem cantantes: « Petro, qui divisi sunt corpore (16), uniti sunt spiritu. Divinorum prædicatorum præpositos; Petrum quidem tanquam apostolorum principem; Paulum vero tanquam præ cæteris laborantem. »

Item Dominus in Evangelio de Petro: *Tu vocaberis Cephas*²², quod in Latino redditum sonat *caput*; ut ex ipsa impositione nominis *caput* Ecclesiæ eundem demonstraret. Quod sacri tractatores fidei considerantes, ubicunque de Petro mentionem aliquam fecerunt, *κερυραϊον τῶν ἀποστόλων*,

B id est, caput vel verticem apostolorum, vel apicem nominaverunt. Quam prærogativam nominis nunquam alibi legi. Quanquam Germanus Nicænus archiepiscopus, iste scilicet, qui nuper defunctus est, in quibusdam suis litteris, quas contra Latinorum fidem nuper transiisit, etiam apostolum Paulum *κερυραϊον τῶν ἀποστόλων* nominavit. Quia autem quidam Græcorum episcopus nunquam talem abusionem se audivisse testatus est, unde et derisit hominem. Sed esto. Quid ad rem? Romanus namque pontifex, non solum Petri, sed etiam Pauli meruit esse successor. Petro successit in potestate clavium, Paulo in discussione causarum. Nam sicut Petrus auctoritatem ligandi atque solvendi accepit a Domino, ita Paulus scientiæ plenitudinem. Et licet omnes apostoli ligandi et solvendi claves a Domino susceperint, nullus tamen plenitudinis potestatem sibi aliquo tempore vindicavit. Sunt vero vocati in partem sollicitudinis, sicut archiepiscopi a papa, episcopi ab archiepiscopis, et ab episcopis sacerdotes. Unde factum est, ut successores aliorum apostolorum, non summi pontifices, sed archipræsules, vel archiepiscopi nuncupentur. Romanus vero pontifex, quia Petro, id est, Christi vicario successit, non immerito summus pontifex et papa, hoc est, *Pater Patrum*, singulariter nuncupatur.

C Aliorum etiam locorum episcopi, in quibus ipse personaliter præfuit, ut Antiochiæ, vel ad quam vicarium suum misit, ut Marcum Alexandriæ, et item Cæsareæ Palæstinæ, ubi concilium ordinavit, et ei vices suas commisit, propter Petri reverentiam singulare privilegium et dignitates præ cæteris Ecclesiis meruerunt, ut dictarum Ecclesiarum episcopi, non solum episcopi vel archiepiscopi, sed patriarchæ, hoc est, principes Patrum, vel principales, appropriato vocabulo, a cunctis nominarentur.

D Si vero quæritur, Unde ergo Jerusalem et Constantinopolis habent patriarcham? respondemus:

¹⁹ Joan. xxi, 17. ²⁰ Ibid. 22. ²¹ Matth. xvi, 19. ²² Joan. i, 42.

(16) Locus corruptus.

In primo generali concilio, Patres sancti, qui aderant, considerantes loci reverentiam, de Jerusalem scilicet, quam Redemptor omnium sua præsencia et suo cruore piissime dignatus est consecrare, honorem hujusmodi, et patriarchatus ejusmodi loci episcopo dispensative concesserunt. Dixerunt enim: « Statuimus, ut *Æliæ* episcopus propter reverentiam Domini, præminentiam vel prerogativam honorem patriarchatus habeat: salvo jure et reverentia metropolis, » hoc est, archiepiscopi Palæstinæ Cæsareæ. Quod ideo factum est, quia Cornelius centurio, sicut diximus, a Petro apostolo episcopus ibidem ordinatus vices ipsius apostoli apostolorum principis in vita sua gerebat. Distinctio sexagesima quinta ita habet, quam mos antiquus et vetusta traditio obtinuit, ut *Æliæ*, id est, Jerusalem episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ civitatis propria dignitate.

Constantinopolis « *proprie sedem non habet* ; » sed Theodosius imperator in secundo concilio coegit centum quinquaginta Patres, clam summo Pontifice, sine cujus consensu fieri non potuit, prout legentibus hunc libellum patebit, ut Constantinopolis sedem sublimarent, nomen ei patriarchatus attribuentes, quod ante non habebat. Processu vero temporis, crescente Græcorum malitia, et potentia invalescente, Patres, qui convenerant in quarto concilio, suasu principis Martiani, quædam privilegia Romanæ sedis similia, et hoc nomen *καθολικῆς*; patriarcha, quod sonat, orbicularis, sive universalis patriarcha, eidem Constantinopolitano episcopo, contradicentibus apostolicæ sedis legatis, contulerunt. Et, ut habeat primum locum post papam: cum Alexandrinus archiepiscopus primitus eam dignitatem habuerit, in primo, et secundo, et tertio concilio, propter reverentiam beati Marci, discipuli beati Petri. Verumtamen quia ea definiebantur in conciliis sine consensu papæ, vel legatorum ipsius, robur firmitatis habere non poterant, dicti Patres IV concilii cuncta, quæ egerant, ad ipsum transmittentes, petunt humiliter eorundem confirmationem. Sed quia tale ambitionis nomen et potestatem usurpatam indebite, non sine magna injuria aliorum patriarcharum et maxime papæ, sibi arrogaverunt Græci; ideo beatus Leo papa petitioni concilii nullo modo assensum præbere voluit, sed scripsit eis sic (17): « De negotiis fidei synodum congregari permisimus, et ut sanctorum Patrum canones conserventur, quæ in Nicæna synodo inconcussis dogmatibus edita fuerunt. Quapropter, inquam, consideratione vestræ sanctitatis innotesco, quod Ecclesiarum, prout ab illis trecentis decem et octo Patribus divinitus inspiratis edita sunt, volumus ut permaneant; ut nil inverecunda ambitio desideret. » Inde Anatolio

A prædictæ civitatis episcopo, petenti confirmationem suæ dignitatis, et querenti de legatis sedis apostolicæ, eo quod non consenserunt prædictæ ordinationi, ita dicit: « Sed temetipsum accusas, quod eis (legatis) parere nolueris, dum illicita moliris; superflue non concedenda appetens et insalubriter contraria concupiscens, quæ nullum unquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea, ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur, » etc. Hæc autem scripta sunt in gestis quarti concilii, de quo præfatus sumus.

Sed Gregorius Dialogus episcopum ejusdem urbis Eleemosynarium reprehendens, eo quod tale nomen habere præsumpserit, ita scribit in suo Registro: « Papa insuper Romanus cum oblatum esset ei a conciliis nomen illud, nunquam voluit suscipere: » Et post pauca: « Sufficiet, inquit, tibi, quod dignitatem patriarcharum dedimus tibi, cum non habeas sedem. » Sedem vocat auctoritatem Petri videlicet: locum quem per se, vel per alium præsidendo auctorisabilem et reverendum reddidit, ut merito sedes apostolica nominetur. Hoc semper Constantinopolis curavit. Propter quod et inter sedes apostolicas non numeratur vel computatur.

Unde Leo papa in IV concilio ad Martianum imperatorem, de Anatolio, præfatæ urbis episcopo temere usurpante jus non sibi concessum, ita scribit: « Sufficiat prædicto, scilicet Anatolio, quod tuæ pietatis auxilio et studio seu sollicitudine, nostro assensu tantæ civitatis episcopatum obtinuit: nec indignum se faciat habere regalem civitatem: quam quidem apostolicum locum, sive sedem facere non poterit. Sed nec aliquo modo speret, quod offendendo alios, possit ipse crescere. Nam prerogativæ honorum sanctarum ecclesiarum Patrum canonibus, et venerabilis synodi Nicææ celebratæ decretis, constituta, nulla possunt temeritatis audacia moveri, nec etiam aliqua novitate mutari. » Unde beatus Gregorius Dialogus dicit, cum de sedibus generalibus faceret mentionem, sicut supra in tractatu de sacramento Eucharistiæ ostensum est, Ecclesiam quatuor ordinibus distributam esse, id est, Romanorum, Hierosolymorum, Alexandrinorum, et Antiochenorum: qui generaliter, inquam, Ecclesia nominetur.

D Hic se sic habentibus, multum videtur oppositio quorundam Latinorum infirmari, quod dicunt, quod patriarchiæ dictæ sunt, quia in his locis apostoli præ sederunt. Sed eo, quod apostolus præsidet, id est Petrus, vel per se, vel suum vicarium, valeret quod dicitur. Si simpliciter intellegi volunt, quomodo stare possit non videmus: quoniam essent plures, quam hæc. Nec omnia supra nominata loca patriarchali, honore ornarentur. Nullus enim apostolorum sedit. Constantinopoli, vel Alexandriæ, nisi Petri dicipulus sanctus Mar-

(17) S. Leo ad concilium IV

cus. Sedit enim Mediolani Barnabas, electus apostolus gentium cum beato Paulo, et aliqui de apostolis quibusdam regionibus specialiter præfuerunt. Sed si quorundam apostolorum, et discipulorum Domini sessio faceret sedem: necessario esset, sicut diximus, quod essent plures, quam quinque patriarchæ in mundo. Sed quoniam hoc non videmus, sequitur, quod gratia Petri prædictarum civitatum sedes honorem hujusmodi præcæteris Ecclesiis meruerunt. Suscepit Petrus in plenitudine potestatis, et eam posteris suis successivo jure dimisit; ut qui in ea sede, quam, ut ita dicam, martyrio crucis consecravit pro Domino, isque secundum canonem fuerit electus, Christi vicarius non immerito cognoscatur. Quod ut ne scientibus antiquas historias innoscat, quoquo modo de multis pauca in medium adducimus.

Scribit enim Leo papa (18) congregatis sanctis Patribus in quarto consilio sic: « Misit nobis imperator, ut venerabili synodo nostram præsentiam præberemus; quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præsidere: nec se junctam a vobis præsentiam meam confidat, qui nunc in vicariis meis adsum, et jamdum fidei catholicæ prædicatione non desum, » etc. Qui legati auctoritatem summi pontificis functi, sic in concilio locuti sunt:

« A beatissimo et apostolico episcopo Romano, qui est caput omnium Ecclesiarum, mandata habemus, ut Dioscorus, patriarcha Alexandriae, in concilio non sedeat. Quod si sedeat, expellatur. » Item, legati dant contra Dioscorum sententiam, rogati a concilio sic: « Rogamus sanctitatem vestram, qui locum obtinetis sanctissimi archiepiscopi Leonis, ut sententias contra eum, et pœnas quæ in canonibus continentur, definiatis in ipsum. Omnis enim et tota universalis synodus vestræ sententiæ non discordabit. » Qui definientes dixerunt: « Manifesta fiant omnibus ea quæ dixit Dioscorus. » Et post pauca sententiam dantes, deposuerunt eum. Cui sententiæ concordans patriarcha Constantinopolitanus, et tota synodus: « Ego, ait, ea, quæ apostolicus thronus per omnia sentit, sentio, et consentio deponi, » etc.

Item Leo papa dicto patriarchæ sic scribit: « De Eutyche non cognovimus, qua justitia a communione est separatus. Quapropter cognoscere volentes de causa, volumus tui facti rationem cognoscere: ut omnia suspendantur, usque ad nostram notitiam. Quoniam nos, qui volumus sacerdotum Domini justa esse judicia, non possumus non cognitibus rebus in præjudicium alicujus partis ferre sen-

sentiam, antequam ea quæ gesta sunt, cum veritate audiamus, » etc.

Idem Leo papa his, qui in concilio Ephesi celebrato erant, ita scribit: « Itaque ad perfectionem divinitus statutorum apostolicæ cathedræ petiit imperator apponi confirmationem tanquam a B. Petro fuerit facta. »

Item principes qui intererant concilio loco imperatoris, de papa ita loquuntur: « Quia igitur lecta est epistola domini nostri sancti Patris archiepiscopi Leonis, qui cathedram apostolicam ornat, expedit etiam ut beati Cyrilli epistola, quæ contra Nestorium scripta, legatur. »

Item dicti Leonis papæ epistolam de duabus naturis in Christo, plenam fidem continentem tota perfecta synodus devote suspiciens et approbans, in episcopis singulis, et per singulos dicit: « Fateor epistolam archiepiscopi nostri Leonis apostolicæ sedis patriarchæ, consonam esse editioni trecentorum decem et octo Patrum, qui in Nicæna, et centum quinquaginta, qui in Constantinopolitana, nec non in ejus, quæ in Epheso sub B. Cyrillo fuit celebrata. Et eide[m] epistolæ consentio et subscribo. »

Alii autem ex ipsis vocant eum *episcopum omnium Ecclesiarum*. Nonnulli, *papam, plures patrem suum: alii patriarcham œcumenicum*, id est, *universalem*. Quidam vero *dominum suum*, addentes plures, *apostolorum sedi præsentem*, et similia, quæ causa brevitalis hic non ponimus. Et tamen si de singulis velint verificari, legant concilia generalia, et maxime quartum concilium, Græcorum Chronica inspiciant, ubi dictorum omnium absque dubio reperient veritatem.

Item patriarcha Constantinopolitanus ad eundem papam Leonem pontificem, illa scribit: « Sanctissimo et beatissimo Patri, » etc. Narratis his, quæ in concilio gesta fuerunt, dicit: « Oportet hæc omnia ad notitiam sanctitatis tuæ pervenire, necessario mittens ea illuc per talem, et talem episcopum, » etc. Et infra: « Quæ per eos manifesta facimus, optamus ut per prosperam responsionem, quam vos decet, æti ad nos redeant, landantes in omnibus charitatem et providentiam vestræ beatitudinis, quam erga sedem hujus regniæ urbis, paternam semper consuevistis sollicitudine habere. » Et infra: « Etenim sedes Constantinopolitana patrem habet apostolicum thronum vestrum. Unde ea quæ in sancta synodo consecutive gesta sunt confirmare dignemini: nec non definitioni, de qua dictum est, hujus Constantinopolitanæ sedis. »

Et fine totius dicti concilii ex parte omnium scribunt; sic ad eundem narrantes, quæ in concilio gesta sunt, et confirmationem eorundem postulantes. Dicunt ergo: « Beatissimo et sanctissimo, » etc. Et post: « Repletum est gaudio os

(18) Epist 47, ad synodum Chalcedonensem.

nostrum, et lingua nostra exultatione. » Et infra : « Quam fidem tu veluti aureum flumen usque ad nos præcepto conditoris deductum custodisti, omnibus beati Petri interpres, vel expositor constitutus. Unde nos te tanquam auctorem boni ad utilitatem utentes, sortem veritatis filiis Ecclesiæ demonstramus. » Infra : « Si enim ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine ejus, id est, Dei, ibi dixit se esse in medio, quantam putas circa ducentos viginti sacerdotes in habitationem ostendere, et familiaritatem, quæ etiam (9) patientiæ, et labori, cognitioni, quæ in confessione ipsius præposuerunt, quibus tu utique ut caput membrorum præsidebas? »

Et infra : « Dioscori Alexandriae præsulis causas depositionis exponentes inter multa intulerunt de vinea Domini, et custode ejus. Insuper inquit : Contra ipsum vineæ custodem, qui a Salvatore deputatus est custos, insaniam suam ostendit, dicimus scilicet sanctitatem tuam et incommunicabilem eum qui corpus Ecclesiæ unire sollicitus est, meditatus fuit facere. » Et infra : « Ea igitur, quæ definimus ad remotionem totius confusionis, ad robur vero ecclesiasticæ ordinationis propria et amabilia, ad decorem congrua, stabilire digneris, sanctissime et beatissime Pater. Nam hi, qui locum tuum obtinent sanctissimi episcopi Paschasius et Lucentius, et hi, qui cum eis directi presbyteri, Bonifacius et Basilius, dictis definitionibus fortiter assisterunt, volentes prorsus, ut hoc bonum a vestra providentiâ incipiatur, » etc. Et in fine ejusdem sic loquitur : « Ut autem sciatis, quod non ad gratiam, aut ad odium fecerimus alicujus, sed tanquam divino nutu gubernati et directi sumus, cuncta vobis gestarum rerum nota facimus, ut a vobis, quæ gesta sunt, statuantur, roborentur, et concedantur. » Pariter quædam consimilia, etc.

Imperatores vero Petri auctoritatem et successorum ejus non ignorantes, ad eundem Leonem ita scribunt : « Victores Valentinianus, et Marcianus, gloriosi triumphatores, semper Augusti, sanctissimo Patri et venerabili archiepiscopo Leoni : Beatitudinem tuam syllabis nostræ serenitatis velocissime valere optamus : inquirentes, ut cura omnipotentis Dei, vestrarum precum interventu nobis concedatur, ita ut pia et pacifica sua magnificentia, omnia prospera et optata nostro imperio concedere dignetur. Miramur maxime, quod post synodum Chalcedonensem, et litteras venerabilium episcoporum, qui ad tuam in Deo amicitiam missæ sunt, per quas omnia in ipsa facta, vobis nuntiaverunt : nequaquam a tua sanctitate tales litteræ missæ sunt, quæ videlicet in sanctissimis ecclesiis lectæ ad omnium notitiam pervenirent, pro quorumdam animabus, quæ Eutychetis pravam adhuc opinionem sectantur,

(19) Locus corruptus.

A ambiguitatem immisit : utrum videlicet tua beatitudo, ea quæ in synodo sancta edita sunt, confirmaverit. Et propter hæc vestra reverentia litteras mittere dignetur, per quas omnibus ecclesiis et populis notum sit, universa, quæ in sancta synodo gesta sunt, a tua beatitudine esse confirmata. Illud tamen, ut decebat episcopum apostolicæ sedis, tua sanctitas excellenter dixit, quod ecclesiasticos canones conservans, nihil ab antiqua consuetudine in ordinatione olim edita, et immobili, usque hodie perseveranti, aliquid patiebatur diminui : » Et infra : « Cum autem confirmaverit catholicam fidem et veram orthodoxam, noveritis Chalcedonense concilium, omnibus episcopis consentientibus, fuisse secutam. Propter hoc, quod et tua venerabilitas, proprias et speciales velocissime mittat, per quas confirmare vos ipsam, quæ in Chalcedonensi celebrata est, synodum manifestissime ostendatis : ut nec illi, qui desiderant, ignominiosam possint habere aliquam suspicionem de iudicio tuæ sanctitatis gloria, id est, quod tua sanctitas de his, quæ acta sunt, iudicat esse tenendum. » Hoc autem dicit, quia sine confirmatione papæ, vel legatorum ejus, infectum negotium habebatur. Ista autem quæ diximus, colliguntur ex IV concilio.

Sed ne aliquibus videatur, quod propter dictam definitionem, editam in memorato concilio, quid videatur imminutum de potestate papæ, de consequentibus conciliis, quæ multo post celebrata sunt, aliqua proponamus. In sexta enim synodo (20), quæ sub papa Agathone, tempore Constantini principis, et Heraclii, et Tiberii fratrum suorum, in urbe Constantinopoli, contra Monothelitas celebrata est, Patres qui convenerant, auctoritatem principis apostolorum non ignorantes, de successione ipsius, in octava sessione ejus libri talia fatentur et scribunt. Demetrius [Domitius] episcopus Phisiadis [Prusiados] civitatis ita dicit : « Relationibus missis ab apostolica et principali sede antiquioris Romæ, id est Agathone, ad a Deo coronatum et mitissimum dominum nostrum magnum Victorem imperatorem, tanquam a Spiritu sancto editis, per os sancti, et principis apostolorum Petri, et per digitum B. benedicti papæ, Agathonis scriptis, ego assentior, et sic credo, et sic sentio, istas duas nostras voluntates in Christo unitas personæ, etc.

Item, Theodorus episcopus Berissensis Armeniæ : « Ego audiens relationes missas ad Dominum nostrum benignissimum, a Patre nostro, Romano papa Agathone, et auctoritatem quæ in ipsis feruntur, intentionem capiens ; credo, sicut credit ipse Pater noster papa antiquioris Romæ. » In hunc modum omnes episcopi consurgentes dixerunt : « Nos omnes illa credimus, et illam fidem tenemus, et istam sequimur, » etc. Et peractis rite omnibus referentes Deo gratias, et papæ, qui eos direxit ad

(20) Conc VI act. 8.

bonum in laudem ipsius, totum concilium ista A
scripsit: « Sanctissimo et beatissimo, » etc. Et
infra: « Unde et nos omnes tibi, tanquam princi-
pali sedi Ecclesiae totius orbis, quod gestum est,
attribuimus, vel committimus supra firmam petram
fidei stanti, litterisque a vestra beatitudine ad piis-
simum imperatorem missis, in quibus vera con-
fessio continetur, libenter consensimus, quae tan-
quam summo lapice apostolorum enuntiata, agno-
scimus. »

Item Joannes, episcopus Constantinopolitanus,
Constantino papae ita scribit: « Sanctissimo, » etc.
Et infra: « Licet suae divinitatis et potentiae indi-
cium ipsam magnitudinem creationis, quae in visi-
bilibus est, posuit Deus: praecipue tamen in pre-
tiosissima sensibili creatura, hoc est, in nostro B
plasmate, illa, quae suae gloriae et sapientiae sunt,
demonstravit. Ex quo etiam admirandam esse Dei
sapientiam Propheta exclamavit ipse. Itaque no-
strae naturae Conditor diligenti operatione toti cor-
pori caput praeposuit, in quo perfectionem, sive
integritatem sensuum apponens, sive attribuens,
omnem inde reliquorum membrorum motum et
perfectionem fieri et conservari fecit, ita ut si ho-
rum aliquod offendi contigerit, aut alio modo affligi,
non sine provisione eorum cura sit posita, sed
etiam in novissimis, membris, sive viribus natura-
lem compassionem ostendit, per manuum submi-
nistrationem et oculorum per visionem ducatum,
sanatur, quod afflictum est et dolet; non injuria-
tur, despicit, aut rejicit horum cooperationem vel C
officium, tanquam inutile. Et his itaque, quae circa
vestram praesentiam sunt, habemus parabolice lo-
qui, o sanctissime. Nam cum caput sacerdotii, quod
in Christo est, canonicè vos esse reputamus, con-
grue quaerimus per vos auxilium dolori, qui con-
tingit, et tristitiae. Ecclesiastico ergo corpori, quod
in nobis est, propter pestilentem et morbidam pla-
gam aumarum a tyrannica potestate inflictam,
consolationem mittite. Prorsus enim ratione pro-
prietatis capitis, nos inconsulte, vel non voluntarie
infirmos non despiciatis, neque identitatem a
natura obliti, repellatis nos (21), sed magis plagis
nostris condoleatis. Cum enim patitur unum mem-
brorum, secundum Pauli vocem, *compatiuntur*
merito omnia membra ²³. Nunc igitur et recursum, D
quoad sanitatem sit, ad restitutionem perfectam
nobis concedite iustissime. Et maxime, quando in-
firmitas occasionem non sine causa corporis sui
stabilimentum acceperit, sed ad extrinsecus coacto
et improvise impensa, sive casum suum acceperit.»

Postea mutat personam, quia loquitur concilio,
quod congregaverat papa, propter eandem cau-
sam, de qua hic igitur, scilicet propter Iconomachos,
scilicet impugnatores imaginum. Inde subdi-

tur: « Propter quam causam nobis necessario, fra-
tres adeo honorabiles, praesentem litteram mani-
festae certitudinis misimus vobis, et ostendimus,
quam sit importabile pondus plagae, propter quod
et usque ad vestram sanctitatem, secundum quod
exigit consuetudo synodalis attestationis, seu pro-
clamationis, devenire prohibeamur, tyrannice de-
tenti, » etc.

Quem in favorem Ecclesiae ponendum decretum
Constantini, quod post receptam gratiam in urbe
Romana beato Petro et Papae successoribus condi-
dit, et tam Latinis quam Graecis litteris cunctis
fidelibus in aeterna memoria reliquit. Scribit enim
sic:

Privilegium Constantini (22).

« Necessarium iudicamus cum omnibus satrapis
nostris et toto consulto, et principibus et populo,
qui est sub potestate Romanae Ecclesiae, ut sicut
sanctus Petrus ex persona fidelis Dei est in terra,
sic episcopi et successores principis apostolorum,
potestatem in terra habeant magis, quam impe-
rium nostrum gloriae nostrae. Et hoc concessum a
nobis, et ab imperio nostro et volumus nos ipsum
principem apostolorum, et successores ejus ex per-
sona ejus, primos ad Deum Patres esse et defen-
sores. Et sicut imperialis potestas nostra in terra
veneratur et honoratur, sic faciamus, ut veneretur
et honoretur Romana Ecclesia, et magis quam im-
perium nostrum. Et aeternam sedem sanctam ca-
thedram beati Petri volumus glorificari et exal-
tari: dantes ei potestatem, et gloriae dignitatem, et
discernentes sancimus ut habeat potestatem prin-
cipalem, et sit ipsa caput quatuor sedium, scilicet
sedis Alexandriae, Antiochiae, Hierosolymorum, et
Constantinopolis. Et similiter in omnibus Ecclesiis
totius orbis episcopus, qui est in sancta Romana
Ecclesia sacerdos mundi. Et quidquid est ad sancti-
tatem, vel utilitatem Dei, et correctionem, et fir-
mitatem fidei Christianorum, ut ab ipso iudicetur.
Justum est enim, ut ibi sancta lux habeat caput et
principium, qui sanctus Legislator, id est, Salvator
noster Jesus Christus beato Petro jussit tenere ca-
thedram, et etiam ubi passionem sustinuit crucis,
et beatae mortis calicem bibit, factus imitator Ma-
gistri et Domini sui, et ut ibidem gentes inclinent
capita sua propter confessionem nominis Chri-
sti, ubi doctor eorum beatus Paulus apostolus
propter Christum extendens cervicem, coronam
martyrii suscepit, et usque in finem mundi ibi re-
quirant doctorem, ubi sanctorum reliquiae requie-
sunt. »

Et infra: « Propter hoc utile aestimamus, impe-
rium nostrum et potentiam imperii ad partes orien-
tales transferri, et in regionem Byzantii, in loco

²³ 1 Cor. xii, 29.

(21) Locus obscurus et mendosus.

(22) Haec Constantini donatio fidem non meretur et a criticis omnibus reprobat.

ntili civitatem condere, et imperium nostrum ibidem collocare. Quoniam ubi est principium sacerdotii, et caput Christianæ religionis a Rege cælorum traditum, indignum est, ut ibi rex terrenus habeat potestatem. »

Hæc et his similia quam plurima continentur in dicto privilegio Constantini, quod ad honorem et reverentiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, illo tempore Græcis et Latinis, ut dictum est, litteris promulgavit. Hoc tamen a semetipso non habuit, sed cum esset tunc tempore Christianissimus, sanctorum trecentorum decem et octo Patrum concilio interesse meruit vel studuit; et eodem Spiritu quo et ipsi pleni, sedem apostolorum principis, prout in Evangelio a Domino didicerat, in honore dignam esse decrevit. Ibi enim prædicti sancti Patres prærogativam dignitatem Ecclesiis per universum orbem dispensantes, Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum in suis definiunt sententiis; prout in præallegatis conciliis necessario comprobatur.

Sed et reliqui imperatores orthodoxi thronum Petri omnibus aliis præferentes, tales de ipsa leges condiderunt: « Volumus, ut omnis regio ecclesiastica consuetudines Romanæ Ecclesiæ imitetur. » Et iterum: « Dictam sedem omni honore dignam decrevimus, quia quidquid ad correctionem fidei spectat, ab illa sede fuit semper receptum, correctum et emendatum. »

Quæ cuncta si diligens lector discutere velit, inveniet illa tria, quæ in principio istius partis fuerant quæsitæ, esse soluta. Videlicet quo tempore Romana Ecclesia habuit istam potestatem, vel a quo, et utrum super omnes universaliter, vel particulariter super aliquos. Quod iterum repetentes dicimus: Quod auctoritatem habuit Ecclesia a Christo, mediante Petro, cui cura omnium spiritualium specialiter singulariterque fuit commissa: executionem tamen potestatis, vel auctoritatis habet Ecclesia a primo concilio Nicææ celebrato (23): in quo unaquæque sedes secundum plus et minus, honorem ab apostolis receperat, et minus fuit privilegiata et exaltata: dignitatem vero et potentiam temporalem recepta fidelibus imperatoribus, qui a tempore B. Sylvestri, pro ea publicas leges promulgantes, ei pacem dederunt. Unde, et donis largissime dotata, jus suum libere super omnes, et ubique ex tunc cœpit extendere. Unde et duos patriarchas Photium, et quemdam alium (24) in urbe Constantinopolitana deposuisse dignoscitur, et quosdam alios excommunicasse. Imo in cuncta reverentia habita est ante schisma sedes apostolica,

(23) Hoc sano sensu accipi debet. STEW.

(24) Anthimum forsitan, ab Agapeto depositum temporibus Justiniani, voluit indicare. BASN.

(25) Romani pontifices Constantinopoli suos habere responsales sive apocrisarios, sed illi non dicebantur legati, nec fuerunt cardinales, nec id a temporibus Constantini, sed Justiniani potius institutum. Nec tunc temporis palatium fuit car-

quod legati missi ab ea Constantinopolim summo cum honore et laudibus reciperentur. Inde est, ut ipse imperator de equo proprio resiliens, equum legatorum pedester traheret (25) usque ad palatium quod Cardinalium vocabatur, imitando scilicet Constantium I, Christianorum principem, qui beato Sylvestro talem reverentiam dignoscitur fecisse, prout in præfato privilegio continetur manifeste. Ait enim: « Et teneutes frenum ejus, propter timorem et reverentiam B. Petri, stratoris officio usi sumus, per scripturam publicam cunctis innotescant. » Unde tanta cæcitas modernis Græcis, et mentis hebetudo, ut dicant, se non teneri ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ?

Item quæramus, et ipsi respondeant: Aut reliquit Petrum ut vicarium sedis suæ, aut non. Si sic, habemus propositum, et cessat omnis quæstio, et sumus in pace. Si non: sed eadem ratione, quia Petrus non relinquitur, nec Andreas, nec Jacobus, nec aliquis alius apostolus. Unde ergo in Ecclesia multitudo sedium, et dignitatum diversitas, et ligandi atque solvendi animas tanta potestas? Inde etiam Constantinopolitano præsuli tanta vel talis potestas, unde dicat se primum post papam, vel super alios patriarchas? Sed dicunt, quod a conciliis. Sed concilia sedem Petri, prout ostensum est, aliis præferunt. Unde beatus Stephanus *vis*, id est, novus martyr (supple, his, qui vocabant eum ad quoddam falsum concilium) respondit: « Quomodo vestra synodus universalis vocabitur, in quo Romano non placuit præsuli, sine quo impossibile est prorsus, res ecclesiasticas canonizari? » Istud testimonium invenitur passione sua confirmare. Et alioqui infirmare ante legatos non poterat concilium, nec congregari similiter sine consensu papæ. Ergo et Romanus pontifex habet potestatem similiter principalem a conciliis; et inde ut prius.

Si vero dixerint: Nos reputamus eum excommunicatum ethæreticum; quia addidit in Symbolo: *Filioque*; et ideo non obediemus ei (26).

Item quæritur ab eis: In quo concilio, aut in qua synodo tantus pastor et Pater Ecclesiæ fuit convictus de mendacio et hæresi, communi sententia condemnatus: quæ cum ostendere non poterunt, quia nunquam factum est, dicimus, quod etiamsi verum esset, quod ei imponitur, tamen falsum est, sicut supra demonstravimus. Antequam convincatur principaliter per concilium, manet semper penes eum auctoritas; nec debet vitari, sed omnes tenentur ei obedire, quousque, sicut diximus, in sua presentia cognoscatur causa. Hoc

dinalium; quippe non in ædibus propriis, sed in palatio regio habitabant apocrisarii, ut patet ex epistola Phocæ ad Gregorium Magnum. Nec ullum occurrit palatium cardinalium apud Constantinopolim. Nec denique mos fuit imperatoribus tantos honores legatis deferendi. BASN.

(26) Deest responsio.

docent concilia, ratio docet et suggerit, et canones compellunt. Unde in quarto concilio patriarcha Alexandrinus Dioscorus, et Eutyches archimandrita, cum per suam facinorosam hæresim forent deponendi, ante tamen latam sententiam et causam cognitam, manifeste loca sua tenuerunt in concilio, et semper *venerabiles Patres, et sanctissimi* vocabantur.

Cum igitur nec in hoc se possint excusare Græci, unde est, quod a matre Ecclesia tanto tempore recedentes, redire ad obedientiam tam obstinato animo recusant? Puto quod longiturnitas temporis hanc cæcitatem interioris hominis induxit eis. Transacti sunt enim trecenti octoginta anni et amplius, ut creditur, quod istud schisma et scandalum cœpit oriri. Sed nunquid tempus præjudicat in talibus? imo tanto magis rei schismatis, apud examen æterni Judicis, quanto indultæ penitentia temporibus ingrati abutuntur; præsertim cum semel, bis, ter, sicut in Græcis reperiuntur historiis, per legatos Romanæ curiæ, et nuper per fratres nostri ordinis, et Fratres Minores tempore Gregorii IX papæ, et suo errore fuerint dulciter revocati: ut tandem, licet sero, ad sinum matris Ecclesiæ redeuntes, uno ore, quamvis diversis sonorum vocibus, benedicemus pariter Redemptorem nostrum Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Constat ergo ex his quæ dicta sunt, quod Romanus pontifex caput est omnium Ecclesiarum, sive universalis Ecclesiæ cum una sit, et non plures, successorque Petri et vicarius Dei in terris; et ei tanquam ipsi Domino oportet fideles, in hisquæ secundum Deum sunt, devote et humiliter obedire. Eos vero, qui contumaciter impugnant, et ipsam sedem Ecclesiæ non asserunt esse caput, sicut jam a pontificibus ejusdem sedis decretum est, anathematis gladio percussi, cum Dathan et Abiron schismatis incursum dicimus dispendium damnationis æternæ.

De quatuor causis schismatis.

Causas vero sive excusationes schismatis credimus esse quatuor. Prima fuit divisio imperii. Licet enim imperatores, qui regnabant Constantinopoli, post recessum Constantini ab urbe Romana, pro eo quod totum contulerant Ecclesiæ, sicut supra diximus, nullum jus haberent in Italia, interdum tamen ubique regnaverunt. Sed cum infra Italiam usque ad Romam barbara gens irruisset, et summus pontifex auxilium imperatoris Leonis, qui erat Constantinopoli, requisisset, et ille negligenter agendo, auxilium præstare Ecclesiæ refu-

²⁴ Prov. xxviii, 9. ²⁵ Isa. xxiv, 2.

(27) Eadem prorsus fuit Lutheri et Lutherano- rum olim querela, quando defectionem ab Ecclesia moliebantur; iniqua prorsus, mendax, et calumniosa utrobique. STEW.

(28) Illic erat finis tractatus adversus Græcos,

A tasset, compulsus est prædictus papa magnum Carolum de Gallicis partibus evocare, et in Italia imperatorem constituere, et Ecclesiæ defensorem. Etenim erat ille Leo, ut legitur, valde voluptuosus, et ideo in regimine imperii sui valde remissus. Unde suo tempore Saraceni Syriam, Turci vero Cappadociam obtinuerunt, et sic facta est divisio imperii Romani.

Secunda occasio divisionis fuit, quia non fuerunt vocati ad concilium Ultramontanum, quando illa dictio: *Filioque*, fuit apposita. Verum, quia superius causam signavimus, hic subicemus.

Tertia occasio fuit, quam ipsi aliquando nobis in familiari colloquio assignaverunt, scilicet superba nimis exactio legatorum papæ. Dicebant namque (27) referentes, quod quando legati summi pontificis ab ipsa sede apostolica annuatim Constantinopolim chrisma deferebant, nisi octoginta libras auri a clero et urbis populo, præter alia dona et munuscula eisdem impenderentur, non recedebant. Taceo age, aiebant, de pompa, et superbia, quam ipsi ostendebant.

Quarta vero et potissima, quantum ad clerum, fuit depositio Photii patriarchæ, et excommunicatio ipsius, et aliorum prælatorum, et quorundam abbatum. Sed numquid hæc sufficiunt ad excusationem tanti schismatis, et perditionem tot animarum? Minime Sed « occasionem pro facto querit, qui vult recedere ab amico. » Sed quid sequitur in auctoritate? *Omni tempore, inquit Salomon, erit execrabilis* ²⁴, id est, vitandus ab omnibus, aspectus et vilis; quod præsens dies indicat in ecclesiis Græcorum. Nam incarcerantur eorum clerici et monachi, sicut cæteri rustici, et populares exactiones et pedagia fiunt super eos, quemadmodum super laicos, ut verum sit, quod per prophetam scriptum est: *Sicut populus, sic sacerdos* ²⁵. Translata est quippe gloria ab eis sacerdotali, dignitas et ecclesiastica libertas in contemptum redacta. Nam quæ vult ipse, qui imperat instituire, instituit; et quem vult deponere, similiter deponit. Et merito. Ut qui subesse Ecclesiæ Romanæ et personis ecclesiasticis contempserunt, subjaceant nunc laicis principibus vel inviti. Recognoscant distantiam servitutis, et dominorum orbis terrarum et convertantur, et clament ad Dominum, et summum pontificem, et liberet eos.

Hæc autem scripta sunt anno Domini millesimo, ducentesimo quinquagesimo secundo in civitate Constantinopoli, a fratribus Prædicatoribus, ad ædificationem Ecclesiæ, et profectum animarum, ad laudem et gloriam Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen (28).

quem composuerunt fratres Dominicani. Quæ sequuntur sunt alterius auctoris, *Hugonis nempe Ætheriani*, qui scripserat an. 1170. Id patet ex ipso titulo: *Quæ admista prædictis. Vide obs. præf. BASN.*

Quædam admista prædictis.

Sicut in præmio hujus opusculi testati sumus, Græcorum Ecclesia doctorque olim sua venustate quam plurimos ad æmulationem fidei provocabat et morum, ita et nunc erroris caligine obfuscatus, quod horrorem sua fœditate aspicientibus incutiat, ut jam non Ecclesia fidelium, sed potius congregatio non immerito hæresiarcharum possit appellari. Quod, licet jam quatuor dictis articulis demonstratur, tamen adhuc in his, quæ subjecta sunt ostenditur. Quæ ex dictis magistris Hugonis Ætheriani nuper extracta, huic operi duximus inserenda. Dicunt enim, et scribunt de Latinis sic:

Contra Romanum pontificem (29).

Romanus Pontifex, et omnes partium occidentalium Christiani, sacerdotes et laici præter Calabros, ante multa tempora extra catholicam Ecclesiam pervagantur evangelistarum et apostolicarum traditionum ignari, et a fide alieni. Nam Theotonicus (30) a ritibus gentium parum discordant, in Deum impii; sed Calabri, et cæteri orthodoxi, sicut antiquitus, et apostolicæ, et Ecclesiæ nostræ alumni ejus moribus informati sunt. Cæteri omnes exciderunt, impios a corpore Ecclesiæ non solum mores alios et ignotos amplectentes, verum ipsam Trinitatem sanctam blasphemantes. Etenim sua concinnantes, et alienis adherentes, neque divinis Scripturis redarguentibus illorum errores, neque illis, qui eos miserunt, volunt morem gerere.

Magis sanctos Patres nostros et doctores, sic sensisse, et inde se habere talem traditionem mentiuntur. Nam in sancto Symbolo, quod a Patribus nostris, qui apud Nicæam convenerant universali prima synodo consequenter manifeste sic definitum est: « Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificantem, ex Patre procedentem, » sed et in sancto Evangelio evidenter clamitante de Spiritu sancto: *Qui a Patre procedit*, supra nominati virt addiderunt: *Et ex Filio*, fallaciter, et ad suum periculum. Verum tamen, ut opinor per angustiam suæ linguæ idem esse arbitrati sunt, Spiritus ex Patre processionem, et causam quæ per Filium sit, ad nos missionem barbaram et inconvenienter intellexerunt.

Pro fermentato azyma offerunt, et calumniantur sanctum Petrum, et sanctos Patres Romanos pontifices auctores extisse talis traditionis.

Sacerdotes principes cum laicis ad bella proficiscuntur armati, et in acie bellant ante alios gradientes. Jejunant in Sabbatis; et si festa dies Nativitatis sit, vel Epiphaniæ, non solvunt jejunium Septimanam edulio casei dicatam non agnoscentes carnes comedunt. Secunda die Jovis ova, caseum, et lac manducant, a quibus minime, per totam

²⁹ Act. xv, 28, 29.

(29) Notandum, in hoc sequenti opusculo plurima dici ex auditione et rumore vulgi ignobilis et ignari. Item, ex odio et invidia contra S. Rom. sedem. Novatoribus pleraque potius con-

A quadragesimam suos pueros prohibent. » Historias sanctorum præter passionem Christi, in Ecclesiis suis non designant. » Et ipsam non pictura, sed opere plumario in similitudine sculpsilium, et in terra similium [fictilium] faciunt. In sancta templa ingredientiæ super pavimenta cadunt in faciem, et primo susurrant. Deinde crucem uno digito insurgentes osculantur, et hanc orationem consummantes surgunt, et sacras imagines renunt osculari. Sanctam Dei Genitricem, Matrem Domini nostri Jesu Christi, tantum sanctam Mariam vocant. Secus altare ecclesiarum quælibet accedit, cujuscunque sit sexus, ætatis, vel ordinis. Et in solemnitate missarum mulieres sedere possunt, si velint, in sede sacerdotum. Sic sciunt distinguere inter sacra et profana! comedunt suffocata, capta a bestiis, morticina sanguinem, ursos, fibros, quos vocant castores, ericios, quæque his spurciora contra apostolicum decretum: sicut Lucas in apostolorum historia refert his verbis: *Visum est enim Spiritui sancto, et nobis, nihil ultra imponere vobis, quam hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione* ³⁶.

Sacerdotes et episcopi sacerdotales stolas, id est, casula non de lana, sed de sericis natura contextentes eis operiuntur, diurnas (31) ipsas præparantes; cum hujusmodi stola, id est, casula vel planeta Christi habitum representant, sive habitum quem habuit, quando exutus fuit vestimentis, indutus est chlamyde coccinea, quæ de lana contexta erat, qua nos utimur Quadragesimali tempore. In alienis vero diebus utimur albis, eo quod Christus agnus immolatus dicatur. Et ideo ex vestimentis ovium nobis casula præparamus. In signum sancte Ecclesiæ desponsationis annulos portant, et chirotheas, in dextra quidem scribunt: *Domini dextra*, in sinistra vero: *Agnus Dei*. Sacerdotes eorum solum in aqua baptizant, et salem in os mittentes baptizandi; baptizandos postquam spuunt in sinistra manu et dextra miscentes salivam, inungunt. Postquam ad ætatem pervenerunt, peccatis obnoxios oleo perungunt in remissionem peccatorum et bis baptizari videntur. Idem sacerdotes quasdam purgationes faciunt jugiter, et aspersionem, quibus alligantur culparum Judaicis servientes ritibus: quinque digitis quomodo aliqui benedicunt, et cum pollice faciem signant, tanquam Monothelitæ. Cum igitur debeant disponi digiti in consignationibus, quod per eos duæ naturæ significantur, et tres personæ, prout Christus monstravit, quando in cælum ascensurus discipulis manibus elevatus benedixit. A Septuagesima usque ad Pascha non cantant *Alleluia*. Affirmant non de-

veniunt. Stew.

(30) *Teutones*.

(31) Videtur locus mendosus.

bere aliis linguis Dominum venerari, nisi istis tribus, scilicet Hebræa, Græca, et Latina. Mortuos sepeliunt manibus eorum nequaquam constitutis in modum crucis, sed deorsum missis circa inferiora instrumenta.

Omnia cera oppilant. Sacerdotes ter quater in die celebrant super uno altari, ubicunque contigerit. Ut unus sacerdos ter, vel quater celebrat quater in die cum felix sit, qui unam digne possit cantare. Tradunt filias suas nuptui accipientes consoris filiam filio suo, aut fratri, aut consanguineo. Si quis monachus in episcopum promoveatur, carnes manducet intrepide. Et monachi parva vexati ægritudine carnibus vescuntur. Communiter autem omnes pinguedine porcina utuntur.

Venerabilem quidem crucem in aliis diebus in ecclesia vident et adorant; in sancta Quadragesima velant sindonibus, cum qua et occultant *Alleluia*. Et in sancto magno Sabbato de penetralibus educentes ipsam, tanquam de sepulcro resurgentem demonstrant populo; et de subito cum magno clamore cantant: *Alleluia*, et multoties, et per multas horas vociferantur, quemadmodum Christus surrexit. Cum missæ celebrantur et mysteria conficiuntur, plerique assistentium laicorum, si placet eis, loquuntur et sedent. Participationem sanctæ communionis, non similiter ut nos Græci, perficiunt sed dicunt quod qui missam celebrat sacerdos, osculatur volentem communicare, promotiones episcoporum et laicorum non per omne tempus perficiunt antistites, sed tantum in anno quater, et per observabilem diem. Nam cum anni quatuor tempora sunt, scilicet ver, æstas, autumnus, hiems, horum temporum initia, primo eum (32) mensi Martii scilicet, et Junii, Septembris, atque Decembris observant. In primis hebdomadibus clericos, et diaconos, presbyteros, episcopos, promovent: male sentientes, et barbarice, adventum Spiritus sancti non secundum virtutem promoventis et promoti arbitantes descendere; sed in diebus quibusdam putant hunc venire, ut insipientes. Non patiuntur sacerdotes habere uxorem, et sacramentorum peragere mysteria. Duos fratres duabus sororibus carnaliter copulari permittunt. Radunt barbas presbyteri more suorum militum, præter apostolicam institutionem. Sanctam Eucharistiam negligentissime spectant: nam ad ægros proficientes sine lumine ipsam deferunt et tribuunt. Et qui castra sequuntur, in marsupio ponunt, et portant in vestibus, in pileis. Clerici eorum et laici non sunt distincti; altare velato capite accedunt. Sanctis ac terribilibus locis nultam aut modicam exhibent reverentiam. Ad tempus sonum recæsutando in nocte Nativitatis Domini, Matutinæ cantantur; vesicas explodi permittunt circa altare, ut habeant risum materiam. In diebus Passionis, cum

²⁷ Psal. LVII, 4. ²⁸ Prov. xx, 21. ²⁹ Ephes. v, 4.

(32) Locus mendosus; forte eorum.

A ambulat extinctis luminibus in ecclesiis, terræmotus faciunt, sedes, tabulas, parietes percutiunt malleolis et lagenas confringunt; et cum deberent vigilare in orationibus alii in stuporem mentis, alii in risum convertuntur, et alia quædam in ipsis tenebris fiunt, quæ nec fatu digna judicavi. Verum hac de greco (33) laicorum lapsus excerpseri, ut si quando ad aures eorum devenerint, ad se reversi correctionibus vacent.

Græcorum malæ consuetudines.

Græcorum intolerabilis est, redargutio, Vulcanum imitando, qui altero pede claudus dicitur. Matrem suam scilicet sedem Petri apostolorum principis, contra faciens contemnit, et abhonorat. Porro stultam fecit Deus talium sapientiam. Nam vanitatis opinione pleni, poma, ut Tantalus, fugacia quæritant. At vero munda vult [debet] esse manus, quæ alias debet tergere sordes. Quare collyrio primum inungant oculos suos, abstersuri saltem deinceps lippitudinem aliquando, et aliorum vitia nequibunt discernere subtiliter. In scatebris quidem temeritatum, in præsumptionis aculeo, in jactantia amaritiam proferendo, quod prius auditum non est, Spiritum sanctum scilicet ex solo Patre procedere, talparum formicarumque cuniculos male fortes extruxerunt. Dividunt utrique cum Ario divinam substantiam. Nam ex eorum disputatione, Patre minor necessario Filius reperitur. Confundunt nascentis et procedentis differentiam, quæ in hoc tamen bene dignoscitur, quod Filius ex uno solo, Spiritus vero ex duobus provenit. Nam cum Spiritus imago Filii sit naturaliter, sicut magnus Basilius, Theologus Gregorius, atque Damascenus tradunt, necesse est habere de ipso existentiam, et procedere. Propterea liber sub imperio Manuelis editus, quem *De immortalis causa* præsignat titulus, cui Græci contradicere non possunt, scilicet Spiritum ex duobus pariter procedere, inexpugnabilibus argumentis demonstrat. Ergo Græci locuti sunt falsa, et erraverunt ab utero²⁷ matris suæ Ecclesiæ, quam Christus in synodo, et imperatores omnium Ecclesiarum principem constituerunt. Obliti sunt illud Salomonis: *Conserva, fili mi, patris tui præcepta, et ne dimittas legem matris tuæ. Liga eam in corde tuo jugiter, et circumpono gutturi tuo²⁸, atque a stultitiis, quæ ad rem non pertinent, avertere²⁹*. Arefacti conversi sunt in arbores autumnales expositi, non solum scilicet in rebus, verum etiam in plerisque fructibus veritatis, quod ex tractato capitulo et reliquis quæ subscribuntur, patet.

Contra instructionem Christi Salvatoris, nostri, fermentata offerunt, cum supercilio anim ignorant, quis dux fuerit illius traditionis; Christo in Cæna benedicente azyma, quod trium exangelistarum

(33) Monstrum verbi.

firmatur testimonio. Dicunt, et quod nequaquam A relatu dignum esset, nisi quod ei omnes, tanquam magno propugnatori innituntur, asserentes fermentati panis vitam et animationem conferre, Sed omne corpus articii, sicut ex se simile non producit, ita vita caret et animatione. Nimirum causam extrinsecus habet moventem, ut stannum, domus, arca, fermentatus panis, et similia. Quæ vero intrinsecus habent moventem causam, naturalia sunt, ut quæque animata. Non autem est in pane vis sanctificationis, sed in verbo. Unde non videtur fidei consentire huiusmodi eorum factum et assertio, quæ penuriam monstrare volentes, ut Armeni, qui nil aquei laticis suæ immolationi apponunt, superflui inveniuntur. Nam simul frigidam, calidamque denuo, quasi benedictio impotens conficiendi fuerit, Dominico sanguini ad consummationem admiscet.

Diebus paschalibus cum populus communicaturus aride præparant, insuper abundantiam conficiunt in Dominicum corpus, et post distributionem, reliquiarum acervos, quia durable non est, sepe liunt. Communicandis panem intinctum præparant. et accedentibus offas porrigunt tecum cochleario: quod Christus nequaquam fecisse legitur. Diaconi eorum qui ad aliquam promotionem incedunt, accipiunt uxores, ne honores perdant, quod contrarium est decimo canoni Nicænæ synodi. Sacerdotes eorum in plerisque locis, viri sanguinum existunt, et inferunt (34) sacratis manibus; quod propriis oculis imperatorem sequendo per Cappadociam (35) Persarumque regiones, intuitus sum. Sacerdotibus debitum honorem subtrahentes, inter convivia sibi assistere faciunt. Pro facili occasione, pœnis et flagellis sacerdotes et clericos instar paganorum affligunt. Et ut habeant ridendi materiam, in capitibus eorum pileos pugnis conquassant: cum scriptum sit (36): « Si quis manum in clericum jecerit, aut sine causa seu confingens occasionem, anathema esto. »

In sorte Simonis Magi de jure ponendi sunt Græcorum pontifices, qui nullis ecelesias sine pecunia largiuntur. Quos vere tangit illud apostolicum: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* ³⁰. Sacros ordines, qui gratis dedit dari, nisi manus eorum ære graventur, non tribuunt; sepulturas in cœmeteriis non faciunt, nisi accepta pecunia, a quibuslibet, prorsus inficiant. Patriarchæ eorum, et archiepiscopi, et archimandrite, secundum quod aliquando fuit in primitiva Ecclesia hæreticorum, ad obtinendos honores, celsitudines, a laicis promoventur. Quod prorsus hoc in tempore tricesimus apostolorum canon inhibet fieri, qui est huiusmodi: « Si quis episcopus per mundanos principes digni-

³⁰ Act, viii, 20.

(34) Videtur deesse vocula *mortem*, aut similis quæpiam,

(35) Hæc non conveniunt Fratribus Prædicatoribus, sed, Ætheriano, qui Manuelem, Græcorum

tatem obtinuerit, excommunicetur, et separetur, et omnes ejus consortes.» Sed etenim et tertius canon synodi, quam Græci septimam vocant, pronuntiat omnem electionem a principibus sæculi factam fore irritam. Unum solum Sabbatum, quod nos sanctum vocamus, pro sepultura Domini Salvatoris jejunio commendaverunt: reliqua vero anni Sabbata, epulæ, balnea, et ludicra, et quælibet penes illos celeberrima esse prætendunt. Sed errore satis jucundo traducuntur, quomodo apostolis sancitum esse sub anathemate mentiendo astruant, dicentibus: Maledictus, qui in Sabbato jejunaverit, præter unum. Nam si propter singularem Domini resurrectionem omnes dies Dominici cultu digno venerantur, et propter singularem mortem, sexta feria, nonne et propter singularem sepulturam, singulis Sabbatis, nisi solemnitas inhibeat, a qua et jejunium, et tristitia abducenda non sint beatus Sylvester asseruit?

Natura quidem hominis a principio in ruinam posita est, verum Græcorum gula cum ea certet, quæ e corruptine inest malitia. Nam non solum bis, sed quotiescunque opportunitas aliqua præbet, alimenta ori immittunt. Hinc est quod in quibusdam diebus Veneris, postposita omni verecundia, carnibus vescuntur; septem solis diebus in anno jejulant: quinque pro tota Quadragesima, in principio suæ illorum septimanæ, Sabbato sancto, in vigilia Epiphaniæ Domini. Etenim per omnem magnam Quadragesimam cœna minime abstinent, sed posito persingulos semel comedunt; nec secundum opinionem suam Quadragesimam celebrant, cum Quadragesima jejunium quadraginta dierum significet. Ipsi vero majorem septimanam a numero Quadragesimæ secludentes sex hebdomadis Quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana usque ad Sabbatum, quod palmarum arborumque ramos præcedit, in quo universaliter ab illis cantatur: « Quæ animæ utilis est, completus Quadragesimam, » a quibus sex septimanis, si sex dies Dominici cum totidem Sabbatis subtrahantur, triginta solum dies inveniuntur. De Dominicis vero diebus supervacuum est disserere: in quibus Christianis omnibus prohibetur jejunium. At igitur si Græci jejulant in diebus Dominicis (nameisdem cibariis vescuntur in Sabbatis), anathematis rei sunt canonis, dicunturque anathema: sic qui in Sabbatis jejunaverit, præter unum Cum igitur die Sabbatorum jejuniis valefaciant, et omnia illa de festivitate (37), etiam si major septimana reliquis numeretur, evidentissime constat, eos non habere Quadragesimam.

Monachi extra claustrum pernoctantes, ut pecudes, singulis horis in plateis ipsi comedunt, de

imperatorem, sequebatur, dum bella gereret in Ægypto, Asia, etc. Basn.

(36) Can. Apost.

(37) Locus corruptus.

sinu, tanquam ex arca fructus, vel aliquid vescibile extrahentes, manducant. Declinant ut caupones, et calido lyæo comesta inferiora credunt.

Penes monachos non est unum marsupium, sed oblitū dicentem: *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet* ³¹, etc., singuli habent singula. Græci nequaquam venerantes præceptum apostolicum illud: *Vir si comam nutriat, ignominia est illi* ³². Omnes cum maximo studio incrementis operam præstant. Hujus lapsus clerici maxime rei sunt, et etiam, quos nullo modo decet, monachi nutriunt. Etenim in coronæ modum, sicut regula præcipit, tonsuram capillorum non faciunt, sed pene ut mulieres in fronte dividendo discriminant, servatis undique capillis, ut colli nuda, et aurium cartilagineas protegant. Mulieres deserto naturali cultu capillorum, comis mortuorum densissimis subornantur, contra monitionem beati Petri apostoli, dicentis: *Mulieribus non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumentum vestimentorum cultus* ³³. Mulieres fusco [fusco] et puniceo facies suas pingunt, et variis coloribus insigniuntur.

Viri et mulieres sacramentum conjugii pro futili reputant. Nam quoties alter displicet, vel altera alteri, coram prætore urbano voluntatibus eorum expositis, instrumentis et cingulis præcisus, sine contradictione viri uxores, et mulieres viros pro libitu accipiunt, contra mandatum, quod dicit: *Quod Deus conjunxit, homo ne separet* ³⁴. In domibus suis mansiunculas construunt, in quibus sanctorum imagines collocant, et eis omne obsequium exhibent lampadarum, cereorum, et incensi; et synodales, quas patres eorum construxerunt, ecclesias, in solitudinem sinunt et in paupertatem redigi: et pene in cubitibus suis faciunt missarum solemnias celebrari, beato Sylvestro hoc inhibente. Can. « Nullus presbyter celebrare præsumat, nisi in sacratis locis, in villis, in oppidis provinciarum. » Uxores sacerdotum, chorum ingredientes, oblatos panes de altari tollunt, et obsequium diaconi peragentes, cuncta quæ in cunctis suis necessaria sunt officiis missarum, præparant. Missam circa horam tertiam, pene nullos auditores habens sacerdos celebrat. Et quod nefas puto, uxori, vel puero filio associatus, quos non habet socios, vel comites salutando dicit: « Pax vobis. » Omnibus in Quadragesimali tempore Sabbatis, et Dominicis diebus missas celebrant, et Dominicum corpus conficiunt. Reliquis vero cum major incumbit necessitas, missarum solemnitates prorsus abdicantes, præsanctificatis utuntur. In Quadragesima silentio commendant: *Deus Dominus, et illuxit nobis* ³⁵, quod reliquis anni temporibus decantant. Sacerdotes eorum more Judaico, promittunt barbas, quæ sunt Dominico sanguine, cum ab illis bibitur, madentes.

A Suffocatorum nec abstinent sanguine; nam turbos comedunt laqueis strangulatos, et alias aves, et intestina sanguine porcino implentes, pro deliciis vescuntur, contra apostolorum decreta. Sanguine humano porcos alunt, qui artem minuendi (38) exercent. Cum ad mortuum sepeliendum conveniunt, noti amici et cognati accedentes, ei osculum præstant singuli, tanquam licentiam accepturi, more paganorum, qui ad mortuos intendebant verba hæc: « Vade, cum natura te vocaverit; sequemur te. » Misturam sanguinis prohibitam a sanctis Patribus faciunt jugiter. Nam consobriini consobrinas uxores ducunt. In baptizando præter Salvatoris præceptum apostolorumque consuetudinem, duo faciunt multum superstitiosa. Unum quidem, quod oleo per totum, baptizandum perungit sacerdos, ne aquæ tinctura illum pertingat; alterum vero, quod aquam fieri mandant calidam infantulum per purgaturam: quod neque, Christus neque aliquis discipulorum fecisse legitur: quare duo baptismata faciunt, cum scriptum sit: *Unus Dominus, unum baptisma, una fides* ³⁶.

Frustra quidem arguunt Latinos Græci, aquæ causa, quæ per dies Dominicos in ecclesiis ad sanctificandum populum benedicuntur; cum si hæc culpa sit, ipsi multipliciter rei sint. Nam singuli papyris oleo lampadarum ardentium coram imaginibus sanctorum intinctis, frontes suas perungunt, et aqua se aspergunt, a reliquiis sanctorum contacta; et in singulis Kalendis diligentissime aquam sanctificant. Ad quam tollendam, de vicinia venientes atque asportantes in domos suas, non solum ipsi aspergunt, sed verius delibant. Apostoli apostolorumque successores prorsus etiam cum uxore coire, ne sacerdotium polluerent, omiserunt; Græci vero sacerdotes, derelictis sanctorum vestigiis, ut animales, contrahentes matrimonium, non percipiunt ea quæ Dei sunt ³⁷. Et quod abominabilis est, a concubitu mulieris surgentes, sancta profanant mysteria, quæ pollutos et recenter cum mulieribus conquinatos nullo modo admittunt. Christum minus posse, quam *χρῖστος* putant. Nam ex hoc probari potest, quod *Christe eleison* nunquam concinunt: *Kyrie eleison* frequentissime cantant in officiis suis. Prælatio sacerdotii apud eos tantum inter monachos esse videtur. Soli enim monachi potestatem solvendi atque ligandi exercent, quæ Petro, Petrique successoribus principaliter est tradita. Qua de causa studium singulare pecuniæ sacerdotes in monastico habitu constitutos complectitur, multaque inde facinora profluunt, ut evanescent in cogitationibus suis et redargutionibus suis truces. Nam quod in magno Constantini palatio diligentissime observatur, hoc Latinos facientes coarguunt. In Ecclesia utique dicti palatii,

³¹ Luc. xiv, 33. ³² I Cor. xi, 14. ³³ I Petr. iii, 3. ³⁴ Matth. xix, 6. ³⁵ Psal. cxvii, 27. ³⁶ Ephes. iv, 5. ³⁷ I Cor. ii, 14.

(38) Secandi venas.

ubi sanctæ constituunt reliquias, sanctæ Dei Genitricis imago post altare sita, quam quodam excellentiæ privilegio vecant dominam domus; statim a capite jejunii in conclavi clauditur usque ad magnum Sabbatum, panno illius portæ operiuntur, similiter autem sancti mantellis, sanctique Koramidii (39) locos, Quadragesimæ tempore, usque ad illud Sabbatum velaminibus tectos custodiunt; sanctæ Dei Genitricis imaginem, ut filios parturiant compellant, eaque mediante ipsam Domini Matrem, ut commater fiat, accersunt, hoc modo. Imagini sindonem connectunt, ut baptizatum puerum de manu sacerdotis, ipsa ut commater accipiat. Quam superstitionem a se fieri sermone profitentur. Sed quid imago loquatur, aut fidespondeat pro puero, aut testimonium reddat baptismi, nisi Deum contemnat, quis audeat asserere? Nullam superstitionis speciem volentes omittere, et vivos fratres habentes odio, sanctos per suas imagines invito sibi fratres faciunt. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non intuetur, neque cognoscit, quomodo diligit? Magis autem cum ficta et simulata est et inunita fraternitas hujusmodi, ære conducunt sacerdotem, cum in Ecclesia cantatur missa; funduntur pro execrabili fraternitate preces non exaudiendæ. Animalis enim est hujusmodi fraternitas, non spiritualis. Cerei ad minus accenduntur duo, et perungitur oleo fictus frater, et sanctam amplectitur imaginem, quam ausus est dicere fratrem; qui homicida esse convincitur, cum fratres suos viventes odio habeat.

Contradicunt Christo patenter, et super sanctissimo illius corpore verbis operibusque occurrant. Nam cum ipse azymorum panis specie carnem suam discipulis dederit hi asserunt azymos panes in carnem non posse converti per benedictionem. Qua ex re, sacramenti corporis Domini Latinos aiunt expertes. Sed o Pelagiana incredulitas! si non credas Latinum sacerdotem incruentam immolare hostiam, conficere corpus Christi, hæreticus es. Nam multi per ipsam immolationem sanctificantur per quorum reliquias jugiter fiunt miracula. Rursus si credis, hereticus. Nam detestaris quod Ecclesia Latinorum conficit corpus Dominicum; et potius vis in sorte Judæ traditoris annumerari, quam illius sanctissimi corporis participare; sed attendere debet Christianus, quod sicut vina diversa verbum Dei in sanguinem, ita panes azymos et fermentatos, non adeo differentes permutat in carnem. Si forte Latinus sacerdos, quod vix permittitur in Ecclesiis eorum, Dominica peragat, Græcus non nisi abluto altari ibidem celebrat. Ulterius, Latinus cum Græca muliere volens matrimonium contrahere, juramento compellitur deserere communionem suam, confessionem suam, baptismum, jejuniis Sabbatorum, et Christi

(39) Locus corruptus.

carnis edulium. Omnis enim, qui in regia urbe de fratribus Græcorum uxorem ducit, scripto spoudet juramento quod deinde non manducabit in azymis carnem Domini, nec filios secundum ritum faciet baptizari, neque sacerdoti Latino peccata confitebitur, neque in Sabbato jejunabit præter unum solum, neque non a Dominica Quadragesimæ usque ad Pascha vescetur carnibus.

Græcorum sacerdotes omnibus modis laborant ostendere plus factis quam dictis, quod inviolata fides sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ irrita sit. Nam quemcumque Latinum sibi associant per fidem, sive latenter, sive patenter baptizant. Unde Latinorum filios, mediantibus matribus, dicti sacerdotes, patribus nescientibus, rebaptizant, baptizatos jam secundum ritum Latinorum. Quod omnibus dictis supra abominationibus detestabilius est. Ex indice hoc mellitum lac inter cæteras Græcorum consuetudines repertum expressi: ut cum eo ipsi pectora purgaverint, ter plurimum animarum se reos recognoscant.

De conciliis generalibus.

Consequenter post prædicta videndum est de conciliis generalibus et particularibus, videlicet ubi, quoniam lo, et a quibus, et pro quibus causis fuerunt celebrata: et etiam qui sint, qui dictis conciliis fuerunt condemnati.

Sciendum, quod licet septem vel octo dicantur concilia apud sapientes Græcorum, in libro qui *Nomocanon* dicitur, invenimus tamen quinque tantum ex ipsis quæ generalia habentur concilia, et non plura, et ideo contigisse credunt, quod non intercessit in eis pontificis Romani auctoritas; et episcopi non fuerunt universaliter citati, vel certe quia non ediderunt canones, fidei doctrinam continentes, sed tantummodo illa quæ ad honestatem et mores Ecclesiæ pertinebant. Verum sive generalia, sive particularia, vel quocumque nomine censeantur, cuncta tamen, quæ in ipsis fideliter gesta sunt, communiter sunt recepta: et eorum auctoritas, tam in negotiis fidei, quam in aliis, parem obtinet firmitatem.

De prima sancta et universali synodo Nicæna; homousion Filium Patri definit, verum Deum et hominem, creatorem omnium, non creaturam.

Prima igitur sancta et universalis synodus in provincia Bithyniæ, civitate Nicæa, tempore Constantini Magni principis, quem Græci in Catalogo sanctorum numerant, sub beatissimo papa Sylvestro, ubi interfuit Osius episcopus Cordubæ, et Victor de Italia, vicarii domini Papæ, Metrophanes archiepiscopus Constantinopolitanus, et Alexander patriarcha Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, Macarius Hierosolymitanus. Fuerunt autem cum istis et alii Patres sancti, numero trecenti et octo et decem.

Convenerunt autem contra Arium vana sapien-

tem, qui fuit tunc temporis presbyter Ecclesie Alexandrinæ. Hic quidem Arius blasphemavit Dominum nostrum Jesum, Deum verum, et verum hominem. Dicebat enim illum esse creaturam. Ideo impius, et consubstantialem Deo Patri nec unquam confiteri, nec considerare cum aliis catholicis viris voluit; cum ista confessio communis esset omnibus, cunctis prædicata, scilicet quod omnis filius ejusdem naturæ sit cum genitore et substantiæ; et, qui Filium inter creaturas computat, de necessitate etiam Patrem creaturam confitetur. Unde, hunc tanquam inimicum veritatis, simul cum illis, qui idem sapiebant, anathematizantes, ab Ecclesia ejecerunt, hoc est, Eusebium Nicomedie, Eunomium et Macedonium. Hi enim quamvis in dictionibus suis different, tamen ut Arius a veritate exciderunt. Orthodoxam autem fidem confirmaverunt, consubstantialem Patri Filium confirmantes et prædicantes, creatoremque universitatis, et non creaturam, sed verum Deum et dominatorem [in Symbolo] declararunt, quod ipsi sancti Patres in inspiratione sancti Spiritus tunc temporis ediderunt.

De secunda synodo, Constantinopolitana prima, quæ Spiritum sanctum Patri et Filio consubstantialem pronuntiat.

Secunda autem sancta et universalis synodus fuit Constantinopolitana, tempore magni Theodosii imperatoris, sub Damaso papa. Ubi fuit Nectarius ejusdem urbis archiepiscopus, et Timotheus patriarcha Alexandriæ, Meletius Antiochiæ, qui et in ipsa synodo vitæ finiit cursum; Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus sive Nazianzenus, qui tunc temporis thronum obtinebat Constantinopolis: qui quidem, discessione facta, voluntarie in ipsa synodo renuntiavit honori, secedens in locum, qui dicitur Nazianzum. Fuerunt autem cum istis et alii sancti Patres numero centum quinquaginta.

Convenerunt autem contra impium Macedonium, qui patriarchalem sedem civitatis furtive et tyrannice rapuerat, et blasphemavit in Spiritum sanctum dicens, quod non esset Deus. Quo justo deposito, ordinatus fuit statim Nectarius de quo supra fecimus mentionem. Eapropter Macedonium ut inimicum pietatis, ibi cum suis complicibus anathematizantes condemnaverunt. Deum autem verum, ac universitatis dominum sanctissimum Spiritum in Symbolo ampliaverunt: et quod consubstantialis sit Patri, et Filio, et ejusdem divinitatis, prout in Symbolo fidei continetur, quod ipsi latius et diffusius gratia ejusdem Spiritus sancti prædicaverunt.

Insuper contra Apollinarium Laodiceæ, et Sabelium Libyæ, blasphemos, et qui cum his similia sentiunt, excommunicationis sententiam protulerunt. Qui dicebant carnem Domini nostri Jesu Christi inanimatam, id est, sine anima rationali, et in-

tellectu humano et in morte corporis commortuam divinitatem, asserebant. Sancti vero prædicti Patres ipsam carnem animatam et intellectualem confirmaverunt, habentem animam nostris animabus similem et rationalem.

In sancta tamen synodo dictus imperator Theodosius multum excessit, faciens quædam, contra primæ et sanctæ synodi, ac reverendæ instituta. Etenim coegit supra nominatos centum quinquaginta Patres clam summo pontifice et vicario ejus, ut Constantinopolitanam sedem sublimarent nomine patriarchæ. illi attribuentes, quod ante non habebat. Quæ res vehementis discordiæ et perturbationis sentina et causa exstitit, et usque hodie perseverat.

B De tertia synodo, Ephesina prima: Dei Genitricem confitetur Mariam

Tertia sancta et universalis synodus celebrata fuit apud Ephesum temporibus Theodosii Junioris sub Cælestino papa Romano. Ubi interfuit Cyrillus magnus doctor, et patriarcha Alexandriæ et propugnator Ecclesie, Joannes Antiochiæ, Juvenalis Hierosolymorum, et Memnon Ephesiorum. Præerat autem tunc temporis sedi Constantinopolitanæ impius Nestorius Cum his itaque sanctis Patribus fuerunt et alii sancti quam plures, numero ducenti. Convenerunt autem contra ipsum Nestorium anthropolatriensem, id est hominis cultorem: Christum separantem et dividentem. Dicebat ipsum hominem esse purum, et non Deum incarnatum. C Duos filios in uno Christo Deo docens et duas personas. Unde nec sanctam Mariam Virginem, quæ peperit ipsum Christum Jesum, θεοτόκον id est, Dei Genitricem, sed Χριστοτόκον nominabat. Hujus rei gratia dicta synodus perseverantem in dicta blasphemia deposuit, tanquam Judaice, ἑθρωπολάτρην et proprie, et vere Dei Genitricem, omnifariam sanctam Virginem Mariam demonstrarunt, et eum, qui ex ipsa sine semine incarnatus est, Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et Deum verum prædicaverunt.

Joannes vero, Antiochenus patriarcha, contristatus, quod sine ipso depositus fuisset Nestorius, accipiens qui secum venerant episcopos, in quibus et erat Theodoritus deposuit Cyrillum, quod nefas est dicere, qui etiam in ipso Ephesino concilio locum summi pontificis obtinebat, veluti præter canones Ecclesie dictam fecisset synodum. Et ita fecit schisma inter eos. Postea vero cura et sollicitudine ejusdem imperatoris iterum uniti fuerunt consentientes in unum. Nestorius itaque impius missus est in exsilium.

Secunda ergo synodus, quæ eodem Theodosio Juniore in Epheso facta est, tanquam furtiva et reproba habetur. Et quoniam Dioscori prava sapientis, et Eutychetis fatuitates consensit tenere, et approbavit, a sancta catholica et apostolica Ecclesia merito est repulsa prædicta synodus.

De quarta synodo Chalcedonensi: verum hominem, et verum Christum confletur in duabus naturis, sine confusione et divisione. A Antiochiæ, et Eutyches Hierosolymorum cum aliis centum septuaginta.

Quarta vero sancta et universalis synodus celebrata fuit in Chalcedonensi urbe, tempore Marciani imperatoris, sub sanctissimo Leone papa, magna columna Ecclesiæ. In qua fuerunt Anatolius archiepiscopus Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, Juvenalis Hierosolymorum; Alexandriæ vero fuit Dioscorus superbus, cum quibus et alii sancti Patres numero DCCL [DCXXX].

Convenerunt autem contra ipsum Dioscorum et Eutychen archimandritam monasterii, cognomento Studii, quod in ipsa regia urbe est. Hi enim Salvatoris et Dei nostri Jesu Christi incarnationem recusabant, facientes prorsus ipsum phantastice indutum carnem. Unde et in una natura ipsum existere dicebant, divinitati attribuentes quas sustinuit passionem. Propter hoc ergo, ipsis perseverantibus in hujusmodi errore, excommunicavit et anathematizavit et omnes eis consentientes sancta synodus.

Promulgavit ergo super hæc sacramenta definitionem, quod ipse sit perfectus Deus, et perfectus homo in duabus naturis, sine confusione et divisione.

Epistolam quoque sanctissimi Leonis, quam misit Flaviano episcopo Constantinopoleos, tanquam columnam orthodoxæ fidei, susceperunt, et usque hodie sic appellatur.

Scire etiam oportet, quod hi, qui dicuntur Theodosiæ a quodam Theodosio, et Jacobitis a quodam Jacobo, et Severiani a quodam Severo, similia scilicet prædictis Dioscori et Eutychetis abominabilem hæreticorum et execrandorum erroribus, tanquam ipsi execrati, seu execrandi, sentiunt et sapiunt, et resistunt, cum aliis hæreticis, seipsos alienantes a sancta Ecclesia catholica.

Tempore ipsius Marciani pervenit ad aures beati Leonis, de quo facta est mentio, quod Anatolius, Constantinopolitanæ sedis antistes, invaderet paulatim alienas sedes suoque illas adderet pontificio, ideoque dictus papa Anatolio, ut ab hujusmodi rapina cessaret, scripsit. Sed omnis ejus monitio cum nihil proficeret, cessit in irritum. Ex quibus tunc non cessaverunt dictæ sedis præsules fovere discordiam, et ob depositum cum Romana Ecclesia contendere. Unde et in quarto concilio sine consensu papæ et legatorum ejus, sicut alias, in tractatu *De potestate papæ* dictum est, canonem pro se ediderunt, de quo in fine hujus operis aliqua disseremus.

De quinta synodo, Constantinopolitana secunda.

Quinta sancta et universalis synodus celebrata est Constantinopoli, temporibus Justiniani imperatoris, sub papa Vigilio Romano. Ubi interfuerunt Eutyches archiepiscopus Constantinopolitanus, Apollinarius patriarcha Alexandrinus, Domnus

Quæ sancta synodus in primis approbavit et confirmavit Chalcedonensem synodum sanctam nec non et orthodoxa et salutaria ejus dogmata. Et quæ a diversis exortæ sunt hæreses anathematizavit, et excommunicavit eadem sancta synodus Origenem, et omnia ejus impia scripta, Evagrium, et Didymum, et similes, et æqualia sapientes, et doctrinis gentilium contemnentes [*inhærentes vel insistentes.*] Etenim ipsi corpora, in quibus nunc sumus, dixerunt, tanquam sine intellectu et insipienter, non esse resurrectura, et quod paradisi sensibilis non est factus a Deo, nec est; et quod Adam non fuit formatus a Deo in carne; et quod præna reprobatorum finem habeat; et quod dæmones reducentur in statum pristinum, quem habuerunt, scilicet antequam caderent. Non solum autem hoc, sed et alias infinitas blasphemias colligentes seipsos immerserunt in profundum. Quæ tamen usque in publicum, vel in manifestationem non prædicaverunt, sed apud aliquos in occulto habebantur, nec potuerunt perfecte restimari prædicta dogmata de sancta synodo. Quia cum dicti tres hæretici multo antiquiores fuissent prædicto quinto concilio, multos in diversis partibus mundi attraxerunt sibi. Cumque multum populum cepissent hujusmodi impia dogmata corrumpere, statim et quintum concilium voluntate Dei fuit celebratum, ubi ipsos, et eorum blasphemias reprobans, eos et omnes similia sequentes anathematis gladio percussit.

Insuper et Theodorum Mopsuestiæ impii Nestorij discipulum cum suis execratis dogmatibus excommunicavit et ejecit ab Ecclesia. Cum quibus et Antiochum, et Petrum Zoam eliminavit, nec non et Theodoritum, qui contra propugnatores pietatis et veritatis, beatum Cyrillum, multum impie et male scripserunt, et etiam contra primam sanctam synodum Ephesinam, et contra fidei nostræ documenta mentitus est, donans se infideli Nestorio et profano, ab Ecclesia tanquam hæreticum ejecerunt, donec omnia revocaret; quæ omnia tanquam pestifera cum illa epistola, quæ Ibæ dicitur, quæ missa fuit in Persidem ad Marim, penitus extiparverunt; non solum rectis doctrinis adversantia eranthujusmodi, sed cum omni impietate participabant. His itaque rite peractis confirmaverunt, ut dictum, dogmata Ecclesiæ, et roboraverunt.

De sexta synodo, Constantinopolitana tertia. Damnat unam in Christo voluntatem et operationem.

Sexta sancta et universalis synodus facta etiam fuit Constantinopoli, Constantini Pogonati, filii Justiniani, temporibus, sub Agathone papa Romano. In qua fuit Gregorius patriarcha Constantinopolitanus, Theophanes Antiochiæ, et Petrus monachus vicarius Alexandriæ (vacabat enim sedes), cum aliis centum septuaginta,

Congregati autem fuerunt contra quosdam, qui novam hæresim confinxerunt in sancta catholica et apostolica Ecclesia. Dico autem contra Theodorum episcopum de Pharan, Honorium Romanum, Cyrum Alexandriæ, Sergium et Pyrrhum, Paulum et Petrum episcopos Constantinopolitanos, nec non contra eos qui denuo hæresim ipsorum innovaverunt in ipsa sancta synodo, hæreticos: dico contra Macarium præesulem Antiochiæ, qui depositus fuit, eo quod obviaret his quæ ab ipsa synodo catholice definebantur, et Stephanum ipsius discipulum. Hi præscripti hæretici ausi fuerunt temerarie dicere, unam voluntatem et unam operationem esse in Christo post incarnationem; conjunctionemque, quæ orthodoxæ fidei est, solvere volebant. Hujus gratia sancta universalis synodus sexta prædictos hæreticos tanquam impugnatores Dei anathemate perculit, et omnia eorum dogmata, et omnes similia eis sapientes, et qui unquam sapuerunt, vel futuri sunt sapere, et non pœnitentes, cum his et Polychronium, puerilia sapientem senem, qui mortuos resurrecturos negabat, similiter excommunicaverunt.

Roboravit igitur sancta synodus fidem catholicam de duabus voluntatibus naturalibus et operationibus post unionem Verbi ad humanam naturam, non in divisione autem personarum, quod absit! sed quia unitæ, quæ in Christo sunt naturæ, suam quælibet habuit voluntatem propriam et operationem. Alii enim, qui hujusmodi naturæ auferunt proprietates, aut destruunt operationes et voluntates, aut naturas confundunt, quarum existunt proprietates. Nullum tamen canonem hæc synodus edidit, prout etiam ipsi Græci mirantes testantur. *Secunda sexta synodus reprobata, et canones ejus.*

Hujus Constantini (39) filius Justinianus, Rhinotmetus nomine, post obitum patris sui, cum suscepisset sceptri moderamina, in fraudem et injuriam apostolicæ sedis synodum congregavit in Trullo palatii sui, et appellavit eam similiter sextam synodum, quæ non sancta, sed execrabilis est dicenda: cum clam pontifice Romano ad condemnationem sanctæ Dei Latinorum Ecclesiæ, canones ediderunt centum numero cum duobus. Adversantur autem sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ, præcipue tertius, decimus, tricesimus, quadragesimus quintus, et quinquagesimus secundus canones: qui infra in objectionibus Græcorum subnotantur.

De septima synodo, Nicæna secunda, adversus Iconomachos.

Septima quoque fuit synodus Nicææ, ubi et prima omnium fuit celebrata, tempore Adriani papæ Romani. Constantinus namque cum Helena matre sua cum pariter a piissimis prædecessorum scitis deviare *Nasimutili* Justiniani pertinaciam secutus est. Verum tamen ad sacrarum memoriam imagi-

num populum revocare gestiens, synodum congregari jussit, quam septimam et universalem visus est vocare, cum nullum favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et apostolicæ sedis haberet, secundum quod quidam volunt (40). Attamen in libris Græcorum legitur contrarium in hunc modum.

Septima sancta et universalis synodus convenit Nicææ, ubi et prima omnium fuit celebrata, tempore Constantini principis; qui filius Herenæ reginæ sub Adriano papa Romano, in qua fuit Tharasius patriarcha Constantinopolitanus, Alexandriæ, Theodoritus Antiochiæ, et Helisæ Hierosolymorum, cum quibus et alii sancti Patres, in numero sexaginta sex (350). Vicarii vero dicti papæ fuerunt Petrus presbyter, cardinalis, monachus, et Petrus abbas monasterii Sanctæ Sabinæ, quod est in ipsa urbe Roma.

Hi omnes congregati sunt contra *εικονομάχους*, id est, contra impugnatores imaginum, figurarum Christi, crucis et beatæ Mariæ Virginis, et aliorum sanctorum, quas asserebant nullo modo esse colendas: ignorantes tales infelices hæretici, quod honor, qui talibus impenditur, non propter se, sed propter illum, quem imago representat, exhibetur. Et quod propter hujusmodi picturas, antiqua et strenua facta sanctorum infiguntur memorie simplicium, qui per scripturas eas capere non sufficiunt, et successivo ordine transmittuntur in posterum, ut eorum gloriosi triumphii oblivione non deleantur, sed cum omni pietate venerentur, eorum imitentur facta per exemplum bonorum. Ideo barbaram et erroneam opinionem multorum sacræ Scripturæ testimoniis confutantes ab Ecclesia eliminaverunt, perpetuo anathemate damnantes eos qui de cætero super hoc aliquid tenere attentarent. Hic est tenor septimi concilii, qui supradictis multum repugnare videtur.

Sed ista contrarietas citius solvitur, si rei gestæ tempus et ordo videantur. Revera dicti monachi nuntii fuerunt sedis apostolicæ, non ut synodum celebrarent, sed ut dictum imperatorem ex parte papæ cum litteris suis diligentius monerent, ut relicto errore sacrarum imaginum, quo tunc tota Græcia infecta erat, ad antiquum et pristinum honorem ecclesiarum picturæ restituerentur, sicut et fecit. Accepta igitur occasione dictus imperator, ex litteris papæ, congregavit septimum concilium in ipsa regia urbe primitus, sed facta dissensione, cum non possent concordare, discesserunt ab invicem, qui convenerant.

Verum detenti fuerunt in eadem urbe per annum integrum, et sic postmodum jussu dicti imperatoris convenerunt. Cui concilio præfuerunt dicti nuntii papæ, et Tharasius patriarcha, quem sanctum nominant, et alii prælati supra nominati. Pace in Ecclesiis per istum modum restituta, retulit, ut mos erat, Tharasius patriarcha Constantinopolitanus

(39) Pogonati. Vide Baron. tom. III Eccl. Histor. anno Christi 680.

(40) Perperam isti sentiebant. SREW.

totum processum summo pontifici, ut sic tale concilium sua auctoritate confirmaretur. Nam colliguntur septem concilia in libro, qui *Nomocanon* appellatur. Quid tamen papa responderit, non inveni-

De synodis particularibus.

Dicendum quoque, præter istas septem universales synodos, fuit et una alia, universalis quidem, sed quia non agit de articulis fidei, non ponitur in numero generalium synodorum ab antiquis Græcis sed inter alias quæ locales nominantur. Moderni vero Græci, schismatici cum sint, ab omni numero illam excluderunt, et nomen ejus audire subtruxerunt, eo quod eorum patriarcha Photius, hæresiarcha, fuit in ipsa dignitate patriarchali quam sibi injuste usurpaverat, nuper depositus. Et beatus Ignatius, qui studio dicti Photii a dicta sede injuste expulsus fuerat, honorifice restitutus. Testatur hoc *Chronicon nomine Paphlagonis*, in quo pene inaudita enarrantur de Photio execranda maleficia in damnationem ipsius. Fluxerunt autem a septima universalis synodo usque ad istam octavam, anni octoginta duo; ab eadem autem sexta trecentis septem.

Particulares, sive locales synodi in partibus Orientis fuerunt istæ:

Prima fuit celebrata in Antiochia Pisidiæ, tempore Aureliani imperatoris, contra Paulum Samosatensem, qui primus ausus est blasphemare Christum Dominum nostrum Filium Dei, dicens purum eum fuisse hominem; sed per gratiam fuisse insignitum et sublimatum. Quod audientes prelati Ecclesiarum, confluerunt undique complures ad dictam civitatem, obviantes errori novo, et primitus exorto. Præfuit autem isti synodo tunc temporis Hymenæus Hierosolymorum episcopus, et beatus Gregorius Neocæsareæ Cappadociæ, qui agnominatur Thaumaturgus, id est, mirificus, et alii, qui Paulum communi sententia deponentes ab Ecclesia ejecerunt. Utrum vero ediderit canones, non habetur.

Post istam immediate fuit secunda in civitate, quæ dicitur Anguria [Ancyra]; in provincia Galatiæ, cui præfuit Jutellius [Vitalis] Antiochiæ Syriæ præsul, et Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ. Convenerunt prædicti Patres, et multi cum eis in dicto loco propter quosdam, qui tempore persecutionis in Ecclesia, propter nimia tormenta negaverunt Christum; scire volentes, utrum tales recipiendi essent ad fidem de cætero, et quomodo essent reconciliandi. Unde, inquisitione facta, definierunt multa super hoc, et fecerunt canones viginti quinque.

Fuit et tertia synodus consequenter post illam, et in Neocæsarea Ponti: quæ similiter canones edidit quatuordecim.

Hanc secuta est prima generalium in civitate Nicæa, contra Arium, ut superius expressum est, cujus canones sunt viginti.

Alia synodus celebrata fuit postmodum in An-

tiocchia Syriæ, tempore Constantini [Constantii] principis, filii Constantini Magni, quæ viginti canones ecclesiasticos promulgavit. Post istam fuit et alia synodus in civitate, quæ dicitur Gangra, in regione Paphlagonum. Quæ viginti quinque canones pro honestate clericorum edidit et ordinavit.

Alia fuit in civitate, quæ Sardis dicitur (41), propter Constantium imperatorem, filium magni Constantini, qui declinavit in hæresin Arianorum. Huic frater suus [Constans], qui regnabat in occidente, ad monitionem papæ, misit litteras comminatorias, scilicet, quod pugnaret contra eum, nisi a dicto errore desisteret. Tandem de utriusque voluntate exstitit, ut synodus congregaretur in partibus Orientis, et quidquid Patres super hoc definirent, eorum starent consilio et sententiæ. Et cum factum esset, definivit prædicta synodus Sardica, Symbolum Nicænum summe esse tenendum: addens viginti unum canones ad doctrinam fidei pertinentes.

Similiter in Laodicea metropoli quædam alia fuit synodus, quæ 39 canones promulgavit.

Post hanc vero congregata est secunda et universalis synodus, quæ Constantinopolitana dicitur, contra Macedonium, præfatæ urbis episcopum, sicut supra fecimus mentionem, qui contra Spiritum sanctum impie blasphemavit. Sed canones non edidit nisi quinque.

Hanc secuta est tertia generalis, in civitate Epheso celebrata, contra impium Nestorium, sicut habetur supra. Cujus canones fuerunt sex.

Post istam vero fuit tertia in urbe Constantinopolitana contra Eutychem, sed particularis: nullos tamen canones edidit, nec habentur.

Deinde secuta est illa, quæ in Chalcedone urbe a sexcentis triginta Patribus sanctis celebrata fuit. Cujus canones sunt viginti quinque.

Fuit et alia synodus Constantinopolitana, particularis tamen contra Severum. Anastasius siquidem imperator, declinans in hæresim Eutychetis, multos et magnos prelatos ejecit de locis suis, suscitans per universum imperium suum persecutionem universæ Ecclesiæ Christi. Unde cum præstitisset favorem Severo hæretico, ut fieret patriarcha Ecclesiæ Antiochenæ sine irrita electione Flaviani, quem canones advocabant martyrem (42); scandalis, et persecutionibus, et homicidiis implevit Ecclesiam Christi prædictus Severus: ita ut Anastasius ipse protector suus et fautor, per litteras ipsi comminaretur, quod nisi desisteret a tali insania, eum ab honore patriarchatus deponeret. Quo Anastasio defuncto, suscepit Justinus homo catholicus sceptrum imperii. Quod timens et videns Severus, voluntarie cessit honori, latenter fugam iniens, et pergens Alexandriam ad suos complices. Cum que ibidem in prædictum errorem plurimos induxisset, Justinianus imperator, qui prædicto Justino suc-

(41) Synodus ista est universalis, tametsi Nicæna synodi appendix quædam censi soleat.

(42) Locus mendosus.

cesserat, rogatu episcoporum orthodoxorum illius A patriæ, congregari synodum petiit in urbe Constantinopolitana. Eodem tempore papa Agapetus, propter persecutionem, quæ totam Italiam occupaverat, cum multis clericis et episcopis venit Constantinopolim. Hujus autem autoritate dicta synodus condemnavit impium Severum et omnes ejus similes. Nam Anthemium, præfectæ urbis episcopum, complicem Severi, qui contra jura canonum dictæ civitatis occupaverat sedem, beatus papa Agapetus ab honore deposuit et condemnavit.

Post illam fuit illa quinta synodus generalis, quæ fuit ab Justiniano principe, contra Origenem et theodorum Mopsuestiæ, et reliquos hæreticos, prout superius fecimus mentionem : quæ habuit canones viginti duos.

Post istam fuit sexta et septima, quæ ultimo describuntur, inter quinque ; et superius nominata fuit. Celebratum est illud famosissimum concilium (43). Plurimos canones edidit, scilicet centum triginta tres.

Sed et Photius patriarcha, qui erat hæresiarcha, duo successive concilia celebravit in urbe Constantinopoli. Primum in templo Sanctorum Apostolorum : reliquum, cui præbuit, ut dicunt, papa Joannes favorem, in ecclesia Sanctæ Sophiæ.

Ista igitur sunt concilia quæ recipit Græcorum Ecclesia et retinet : de quorum canonibus adversus Romanam Ecclesiam gloriatur addens istis canones apostolorum, quos a beato Clemente se accepisse testatur ; quorum numerum in suis libris assignans, ponit eos esse octoginta quinque.

Furtiva insuper synodus, quæ in Trullo palatii fuit facta, fecit canones ad libitum imperatorum, ut dictum est supra, centum et duos.

Sed et synodus Photii, cui præstitit favorem Joannes papa, ut ipsi volunt, fecit canones septem et decem. Quorum ultimus videtur multum facere pro Latinis.

Sunt igitur in universo omnes canones nominati, computati canonibus apostolorum, cum his, et qui in furtiva synodo de Trullo editi fuerunt, cccxxi. Habent insuper quasdam epistolas sanctorum suorum, Basilii, Cyrilli, Athanasii et aliorum, in quibus continentur canones plures, quos inter alios authenticos recipiunt, et pari veneratione imitantur.

Horum igitur auctoritate Græci suffulti, quam plurimos latratus contra Romanam Ecclesiam latrando emittunt : pro eo, quod multa in eis, quæ contra Latinos, et pro Græcis prima facie agere videntur. Quorum tenorem diligenti investigatione considerantes, de Græco in Latinum pro legentium exercitatione tractabimus, huic operi superimmissentes.

²⁷ I Petr. II, 23.

(43) Locus mutilus. Forte Carthaginiense, cujus apud Balsamonem exstant canones 136.

Oppositiones Græcorum.

Sit ergo unus canon apostolorum : » Episcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem suam occasione honestatis, vel castitatis non ejiciat. Si autem ejecerit, excommunicetur. Perseverans autem, deponatur. » Sed vos, inquit, accedentes ad sacros ordines, votum emittere castitatis adigitis. Ergo compellit vos uxores dimittere, si volunt assequi talem gradum. Ergo, etc.

Item vicesimus septimus canon dicit : » Episcopum, presbyterum, aut diaconum verberantem fideles, qui peccant, aut infideles inique agentes, et per hoc timeri volunt, deponi præcipimus. » Nequaquam autem hoc docuit vos Dominus ; sed cum malediceretur, non remaledicebat²⁷. Sed vos Latini manifeste disciplinatis eos, quos absolvitis, et quandoque usque ad effusionem sanguinis. Ergo juxta sanctiones Patrum estis deponendi.

Item sexagesimus tertius dicit : » Quod si episcopus, aut sacerdos aut diaconus, seu omnino de catalogo clericorum carnes comederit in sanguine animæ ipsius, aut captum a bestia, vel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Si vero laicus fuerit, excommunicetur. » Sed constat, dicunt, quod Latini indifferenter vescantur talibus. Igitur, etc.

Item sexagesimus quartus præcipit : « Neque quis jejuset Sabbati die, nisi sit vigilia Paschæ. Si quis clericus inventus fuerit diem Dominicum jejunans aut Sabbatum, præter unum solum, deponatur. Si laicus est, excommunicetur. » Sed Latini fere omni die Sabbati jejunant. Ergo, etc.

Item octogesimus clamat sic : « Episcopus vel presbyter aut diaconus militiæ vacans, et volens utrumque tenere, scilicet mundanum principatum et sacerdotalem diocesim, deponatur. » Nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ Dei, Deo. Sed prælati Latinorum, et etiam ipse Papa, assumit sibi talium dignitates, et vocantur quidam *duces*, quidam *comites*, quidam etiam *marchiones*. Ergo, etc.

Item canon tertius consilii in Neocæsarea celebrati injungit pœnitentiam bigamis. Et multo majorem his, qui in trigamia, et ultra ceciderunt, et indicat beatus Basilius tale matrimonium fornicationem. Dicit enim concilium : « De his, qui in pluribus nuptis ceciderunt. Equidem tempus pœnitentiæ manifestum est, quod definitum est, sed conversatio eorum et fides abbreviat tempus. »

Item septimus canon ait : « Presbyter in nuptiis bigami non comedat : quia cum veniam petat bigamus, quis erit ille presbyter, cui propter comestionem quærat bigamus confiteri ? »

Item in canonibus beati Basilii de eodem habetur sic : de trigamis, et pluribus nuptiis copulatis, eundem definimus canonem, quem et de

bigamis proportionaliter, annum quidem super A bigamis; alii dixerunt duos. Quidam trigamos, et ultra, tribus, et quatuor puniunt, quidam insuper excommunicant eos. »

Item eodem dicto canone : » De nuptiis pluries celebratis Patres conticuerunt, tanquam incentivum essent, quod et omnino alienum a genere humano : nobis autem evidens est, quod plus sit quam peccatum fornicationis. » Sed Latini celebrant tales nuptias sine contradictione. Ergo faciunt contra instituta canonum, et sanctorum Patrum. Sed qui talia agunt, excommunicandi sunt. Ergo, etc.

Item canon Timothei episcopi Alexandriae dicit : « Quod mulieres menstruatae non debent accedere ad ecclesiam, etiam pro baptismo recipiendo, sed debent abstinere ab ingressu ecclesiae, et differre baptismum, quousque purificentur. »

Item Laodicensis concilii canon quadragesimus quartus prohibet ne mulieres partem illam aliquomodo ecclesiae, quam nos chorum dicimus, intrent. Item canon ejusdem concilii septimus prohibet, ne quis presbyterorum, aut episcopus offerat sacrificium in aliqua domo, nisi ubi est ecclesia. Quae cuncta, qualiter in Ecclesia Latinorum servantur et a viris, et a feminis, omnis, qui oculos habet, videre potest.

Item tertius canon secundi concilii ita dicit : « Constantinopolitanum episcopum habere prerogativam honoris post Romanum episcopum, « *supple, decrevimus* : eo quod ipsa sit nova Roma. Cui convenit vicesimus octavus canon Chalcedonensis concilii, qui sic definit : » Ubique sanctorum Patrum definitiones sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum (sub piæ memorie Theodosio Magno, qui fuit imperator, in regali Constantinopoli urbe, nova Roma), cognoscentes, » eundem et nos definimus et statuimus de prerogativis sanctissimæ ejusdem Ecclesiae Constantinopoleos, novæ Romæ. Etenim throno antiquioris Romæ, eo quod regnaret illa civitas, Patres congrue et decenter tradiderunt tunc primitivum honoris : et eodem respectu moti, centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, æqualem prerogativam honoris attribuerunt etiam sanctissimæ novæ Romæ ; et ut in ecclesiasticis rebus, sicut ipsa, magnificetur, secunda post ipsam existens.

Hoc idem definit sexta synodus. Sed etsi non eandem potestatem habet patriarcha Constantinopolitanus, quam habet papa, constat quod par est et similis in potestate. Sed par in parem non habet imperium. Unde ergo ei tanta presumptio, ut dicat se principem super omnem terram ? et etiam, quod dicta sedes novæ Romæ subdita sit sibi ? Hoc nihil est, nisi invadere sedes alienas. Sed qui hoc agunt, anathema sunt. Ergo, etc.

²² Apoc. xxi, 7 seqq.

Item canon quinquagesimus secundus septimi concilii, quod factum fuit in Trullo, prohibet celebrationem Missæ in Quadragesima, diebus Sabbatis et Dominicis exceptis, dicens : « In omnibus diebus jejunii sanctæ Quadragesimæ, præter Sabbatum et Dominicam, Annuntiationisque diem, fiat de præsanctificatis sacra missa ; » sed Latini omni die in Quadragesima celebrant, et ubique, etiam bis in die. Ergo faciunt contra instituta. Ergo sunt excommunicati et anathematizati.

Responsio Latinorum ad auctoritates canonum.

His, ut dictum est, auctoritatibus Ecclesia Græcorum se muniens et erigens contra Latinos. non cessat iisdem insultare, rabiem prævaricationis et anathematis imponendo. Et licet nostræ facultatis et ingenii non sit, ad singula, prout competit, respondere : quædam tamen lectorem, juris ignarum, cautiorem facere possunt, sicut possumus compendiosius pro parte Latinorum, Deo auctore, obviabimus supradictis.

Respondentibus igitur primis, generali modo loquendi, dicimus : quod omnis scriptura, quam Græcus pro se contra Latinum, præter textum Bibliæ, adducit, suspecta est et esse debet cuilibet viro sapienti, eo quod ab initio nascentis Ecclesiae, tantum exercuit [se exseruit] perversum dogma hæreticorum in gente predicta, quod eorum studium et intentio fuit, semper dicta sanctorum vera removendo, aut falsa inserendo, corrumpere, destruere, et dilacerare, Probant hoc concilia, et maxime unum ; ubi ex parte Monothelitarum, libris corruptis in medium prolatis, imponebant beato papæ Vigilio, quod quosdam anathematizaverat qui non confitebantur duas naturas, et unam voluntatem et operationem fuisse in Christo. Imo ita fuit et est familiare Græcis et proprium, Scripturas sacras corrumpere ; quod ad compescendam hujusmodi insaniam sancti Patres sub anathematis attestatione hoc in suis fieri prohibuerunt, utentes verbis Apocalypsis ²³ cum tali additione : « Quicumque apposuerit his, vel diminuerit : si clericus est, deponatur ; si laicus, excommunicetur, » etc., ut supra fecimus mentionem. Et ut omnis via eisdem hæreticis præcluderetur, ordinaverunt insuper, ut communiter dicitur, ut libri, præcipuo sanctorum conciliorum, in chartis bombycinis scriberentur, eo scilicet, quod rasuram non sustineat hujus pergameni (f. sicut pergama).

Contra canones vero apostolorum et aliorum, qui nobis objecti sunt, multiplex erit responsio, et diversimode possunt adversarii confutari. Constat enim, sicut ipsi dicunt, canones, quot apostolis inscribuntur, de Latino in Græcum a beato papa Clemente fuisse translato. Cum igitur omnis aqua fluens in fonte et origine naturalior et verior, quam in rivulis, qui procedunt ab eo, inveniat,ur,

supponendum et credendum est, quod in Ecclesia Latina, a quibus tanquam a fonte rivuli processerunt, dicti canones veriores et puriores sunt, quam in Ecclesia Græcorum: præsertim cum per ora plurium hæreticorum et schismaticorum, a trecentis octoginta annis, et citra transierunt: quod multas alias soliti sunt corrumpere scripturas. Sed cum in Ecclesia Romana plures ex eis, et maxime, qui modo Latinis objecti sunt, minime reperiantur, sequitur, quod aut superadditi sunt ab eis: cum sit verissimum, quod de Latino in Græcum fuerunt assumpti,

Sed si verum est, quod sint ficti ab hæreticis et schismaticis, et aliis canonibus veris inserti, merito et absque quæstione aliqua sunt repudiandi. Si vero ab aliquo, nescimus quo, talem scripturam suscepit et tenuit Ecclesia Græcorum, dicimus, quod in Græca auctoritate ignoratur ipsius veritas, et inter apocrypha et dubia sunt computanda: apocrypha autem Ecclesia nescit, ubi maxime eorum silentio veritati penitus convincitur obviare. Quid ergo est? Nos sane primam partem hujus argumentationis eligentes, dicimus cum expositore canonum, re et nomine maxime inter Græcos (44) quod Photius, vel Photinus patriarcha, auctor schismatis, qui multa de corde suo fixit contra Latinos, dubios canones, et plures alios apostolorum canonibus, et aliorum sanctorum Patrum interseruit, et in multis locis libens veritatem condemnavit.

Secundo ad idem dicimus, quod beati apostoli et sancti Patres etiam complura defnierunt et ordinaverunt in Ecclesia, pro variis causis et eventibus, locorum nimirum et temporum, etiam personarum, quibus procul dubio causis de medio sublatis, eorum similiter effectus debuit, et debet rationabiliter et sine causa removeri. Hinc est, quod interdum rigida, interdum remissa imperant. Quandoque etiam in his quæ sunt suis prædicationibus contraria, inveniuntur dispensasse. Probant hoc actus eorundem apostolorum, ubi de consensu unanimi pauca quædam, sed tamen gravia gentibus imponentes, scilicet *abstinere ab idolis immolatis, et sanguine suffocato, et fornicatione*³⁹; quædam postmodum Paulus doctor gentium, qui eodem spiritu plenus erat, ut infra dicitur, salubriter revocavit. Idem etiam Apostolus, pro tempore, pro causa etiam utili, circumcidit Timotheum, et postmodum dixit Galatis: *Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest*⁴⁰. Hinc est quod Cephas quædam legalia coram Judæis tenuit, licet appareret reprehensibilis, propter infirmos. Et Paulus similiter totondit sibi caput in Cenchris, coruscante jam Evangelio, et purificandus secundum legem ascendit Hierosolymam, ut tractaret cum quibusdam, qui votum fecerant in templum Domini. Hinc est etiam, quod Salvator noster, et

³⁹ Act. xv, 20. ⁴⁰ Galat. v, 2

(44) *Nominato*, vel simile quid defuit in ms.

A legum Dominus pro varietate temporum diversa visus est imperare apostolis, cum scilicet eos modo cum unica tunica, et sine sandalis, et absque baculo, modo cum duabus, et calceatos mittit ad prædicandum.

In definitionibus quoque Patrum, sicut diximus, multa inveniuntur, quæ hoc idem probant similiter, hoc est, quædam pro tempore, et ad tempus statuta fuisse. Dicunt enim in quibusdam suis definitionibus, prout Græcorum probant exemplaria, tali modo: *Si quis carues et caules in die Dominicæ non comederit, si clericus est, deponatur; si laicus est, excommunicetur. Et iterum: Si quis diem Dominicum jejunaire inventus fuerit, vel Sabbatum præter unum, anathema sit. Hæc et iis similia multa statuerunt. Quod, ut sæpe diximus, factum est, ut ex talibus statutis errores, qui erant in Ecclesia, evellerent; non, ut legem perpetuam ex hoc hominibus persuaderent. Cui enim dubium est, quod multi fidelium abstinent a carnibus omni tempore? et tamen non peccant; et quod plures alii tam in festis, quam in aliis pro salute corporis, quidam pro salute animæ? et tamen in tali opere nullo modo peccant, quia intentio finem imponit operi, non opus intentioni, secundum quod iidem Patres sancti in plerisque suis tractatibus aperte exposuerunt. Sed ne nostrorum adversario manus, sic generaliter respondendo, effugisse videamur, redeamus ad singula, et videamus, utrum nos objecta, an Græcos, qui ea obijciunt, miserabiliter damnent.*

C Dicit unus canon, quem apostolorum nominant, sicut supra ostensum est, isto modo: *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus suam uxorem, » etc.*

Dicimus, quod in Ecclesia Dei occidentali nusquam tale vidimus, nec permittimus fieri quale nobis Græci obijciunt; videlicet, ut aliquis matrimonio legitime copulatus sub prætextu alicujus religionis vel honestatis, suam dimittat uxorem ipsa reclamante, aut renitente. Sed potius nos tales per censuram ecclesiasticam compellimus, si quam religionem ingressi sunt, dimittere, et suæ sponsæ legitime copulari. Verum si soluti sunt, et ad sacrum ordinem sponte et voluntarie confugere volunt, cum mos antiquus in occidentali Ecclesia, ob religionem fidei et sacramenti reverentiam, obtinuerit, ut ministri immaculati altaris, et non umbræ et carnalibus sacrificiis, sed veritati et spiritui servirent, exiguntur revera votum castitatis emittere, quemadmodum hi, qui seipso propter regnum cælorum castraverunt ingressu religionis, votum obedientiæ, castitatis et paupertatis profitentur; et quædam alia secundum regulæ instituta. Non ergo cogimus clericos ad continentiæ sortem descendere, sed eis religiose et pie prædicimus,

quod, si talem ordinem et gradum ascendere desiderant, oportet eos jura sui ordinis inviolabiliter observare. Congruum est quippe, et consonum rationi, ut si sacerdos legalis ingressurus tabernaculum, vel templum ad immolendam victimam, vel incensum Domino, tempore vicis suæ, carnem suam freno continentis moderabatur; quod sacerdos evangelicus qui *hostiam immaculatam*, Agnum scilicet verum, non obumbraticum quotidie offerre debet, quotidie et continue castitatis et puritatis veste induatur, si omnipotenti Deo sacrificium acceptabile offerre concupiscit. Non igitur nos illa inhibito, sed Græcorum Ecclesiam tangit, quæ in istam maledictionem ab initio corruit, et usque hodie miserabiliter in eo perseverat. Ipsa namque est, quæ laicos et plebeios viros, uxoratos tamen, assumens in episcopos, vel contra, cogit eos contradicentibus eorum uxoribus, castitatis votum emittere, vel monasterium aliquod introire, ipsas sponsas, continentiam profiteri. Istud probatione non indiget, quia pene tot testes sunt, quot gentis illius consuetudines non ignorant. Nonne hic caput Goliathi proprio ense inciditur? nonne gladius eorum, super Latinos vibratus, *intrat in corda eorum, et arcus* ⁴¹ indebite tensus, in suis manibus fractus esse monstratur?

Sed canon apostolorum est, qui dicit: « *Si quis episcopus,* » etc. Quare non observatur ab eis? Cur nobis innocentibus suam damnationem et turpitudinem tam obstinato animo objiciunt? Cum ergo respondere non possint, transeamus ad vicesimum septimum canonem, qui dicit: « *Episcopum, sive presbyterum, vel diaconum verberantes fideles,* » etc.

Respondeo: In quolibet peccato manifesto tria ad minus reperiuntur, scilicet, libido interior, opus exterius, et evidentiæ libidinis. Interiori offenditur Deus. Difformatur quippe anima ad imaginem Dei facta, et Deus, qui tibi prohibuit, despicitur a creatura. Opere exteriori corrumpit homo seipsum et alium. Evidentiæ vero, vel enormitate, quæ est clamor cum voce, totam Ecclesiam offendit. Oportet ergo, si vult recte penitere, ut contra istos tres morbos tria quædam objecta remedia penitus adhibeat, scilicet dolorem contritionis, contra libidinem mentis; laborem satisfactionis, per executionem operis; privatim tamen pro privatis, publice pro manifestis.

Item peccatorum quædam sunt ex ignorantia, quædam ex infirmitate, quædam ex studio et malitia perpetrata. Quando ergo aliquis de numero fidelium non privatim, sed publice, non ignoranter, sed studiose et superbe peccans, separatus est ab Ecclesia, tam merito delicti, quam sententiæ prælati, *justum* est, ut si vult reconciliari Ecclesie, a cujus integritate abscissus est peccando, quod condignam et congruam delicti satisfactionem offerat ad arbi-

trium sacerdotis. Discernentes autem sacerdotes Ecclesiæ, quorum est discernere inter fidelium lepram, et non lepram, judicaverunt, ut is qui per contumaciam ab unitate fidelium separatus est, et matrem suam, id est Ecclesiam, imo Deum in ipsa contristat contemnendo, prostratus coram eo petat veniam, et in signum subjectionis et humilitatis corpus percutiendum et verberandum offerat, imitatus eum; qui dicit: *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus* ⁴². Et iterum: *Disciplina pacis nostræ super eum* ⁴³, etc. Et ut ex hoc ostendat pœnitens, Ecclesiam Dei matrem et magistram esse vitæ et moribus parvulorum, in quorum nimirum cordibus secundum Sapientiæ voces, *stultitia colligata est, et virga disciplinæ fulgabit eam* ⁴⁴. Esto etiam, quod verum sit, quod canon ille sit apostolorum sanctorum; Latinos tamen non tangit, quia non dicitur ibidem: « Quod quicumque episcopus voluerit, etc., quacunque ex causa, » sed dicitur: « Episcopus, etc., verberantes fideles, et propter hoc timeri volunt, » etc. Non enim hoc agit Ecclesia Romana in suis filiis, tanquam tyrannicam exercens potestatem, vel odio commota, sed propter illas causas, quas prædiximus, et alias, quas propter brevitate judicamus reticendas.

Sed Ecclesia Græcorum, quæ trabem gestat in oculo, quam non videt, sed potius festucam modicam in oculo fratris sui ⁴⁵, hoc, quod nobis objicit, studiosius implet, non dico in suis laicis, ad quos nimirum manus extendere non præsumit, sed in suis papatibus et clericis, quos tanquam viles et rusticos, pugnis faciunt verberari, sublato tamen prius τὸ ἱερωτικόν, id est, veste clericali, ad horam, prout propriis oculis aspeximus in civitate Nicææ.

Nunc ergo, si ita est, imo quia ita est, stultam fecit Dominus Græcorum sapientiam. Hunc igitur canonem tanquam inutilem relinquentes ad sexagesimum tertium, qui de sanguine et suffocato loquitur, sermonem convertamus.

Et licet generalis responsio supposita sufficiat, tamen aliquid latius respondeamus. Fatemur sane, verum decretum fuisse ab apostolis in Actibus eorum, ut hi, qui conversi erant de gentibus, abstinerent ⁴⁶. Quod quidem expediebat tempori illi et statui infirmorum, eo quod synagoga conversorum Judæorum, cum honore et obsequio, sicut dicit beatus Augustinus, ducenda erat ad sepulturam. Processu vero temporis, roborata prædicatione Evangelii, et multitudine gentium ad fidem currente, per Paulum doctorem gentium et apostolum specialem earum, ino per ipsum Dominum, qui per Apostolum loquebatur, hujusmodi sententiæ revocata est. Dicit enim ad Corinthios: *Omne quod in macello venit, comedite, nihil interrogantes, propter conscientiam* ⁴⁷. Item: *Omnia munda mundis* ⁴⁸. Et alibi: *Scio et confido in Domino Jesu; quis es, qui judicas alienum: servum* ⁴⁹?

⁴¹ Psal xxxvi, 13. ⁴² Isa, I, 6. ⁴³ Isa. LIII, 5. ⁴⁴ I Cor x, 25. ⁴⁵ Tit. I, 15. ⁴⁶ Rom. xiv, 4.

⁴⁷ Prov. xxii, 15. ⁴⁸ Matth. vii, 3. ⁴⁹ Act. xv, 29

Scilicet, qui salva pura conscientia comedit, quid a majoribus comedendum accepit. Idem: *Nemo vos iudicet in cibo et potu*⁵⁰. Ac si dicat: Nemo vos velut Judæos discernat ab his, inter quos habitatis, in differentia ciborum, et in reliquis, quæ idem apostolus adjecit. Ad idem facit quod Dominus in Evangelio dicit: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem*⁵¹, etc. Quod quidem primo pastori declarare volens Dominus in visione illa cœlesti et admirabili, quia idem pastor Ecclesiæ Petrus linteum quatuor initiis de cœlo ad terram submitti videbat, post admirationem, quam habuit, dixit ei: *Quod Deus permundavit, tu ne commune dixeris*⁵².

His auctoritatibus et multis rationibus Ecclesia Dei Romana suffulta loco et tempore talibus utitur absque officulo et conscientia peccati. Sed Ecclesia Græcorum, cui omnia in scandalum et offendiculum conscientiæ versa sunt, non absque macula criminis talibus abutitur. Quis Latinorum cum tanto studio et attentione utitur porcino sanguine, sicut populus Græcorum? Et ut oculis propriis vidimus, pro summis reputat deliciis: quoties illo sanguine confecto, quod ut credimus cipuncti (45) vocant in suis epulis, velut canes impudentissimi, ingurgitari possunt? Item numquid non utuntur suffocatis, et captis a bestia, quando venatitiis carnibus, ut leprum, qui canum dentibus præfocantur, et aliorum animalium, nec non et avium, quæ loqueo captæ sunt, vel reti, et manibus aucupum eorum capita retorquentur, et tam diligenter et curiose vescuntur? Unde ergo eis tanta insania, ut hoc, quod ipsi tam summo studio peragunt, in se approbent, in aliis reproberent, derideant, et depravent? Obmutescant saltem nunc eorum dolosa labia, et impudentes frontes decidant jam confusæ.

Post hunc sequitur canon sexagesimus quartus, qui sic incipit: « Si quis clericus inventus fuerit jejunans diem Dominicum, vel diem Sabbati præter unum, » etc.

Respondeo: Canon iste non est apostolorum, sed quorundam, qui, propter causam superius assignatam, talem sententiam promulgaverunt. Si enim esset canon apostolicus, fuisset utique tempore Sylvestri papæ. Constat autem, quod in diebus suis mota fuit quæstio a Græcis, quod videlicet non jejunaret Sabbatum, præter unum, elegantibus quibusdam de lege Moysis, sicut habetur in Vita ipsius papæ; sed cum nullum assensum præbere voluisset. Sylvester papa ait: « Si omnis Dominicus resurrectionis est colendus in gaudium Christianorum, et omnis Sabbati dies sepulturæ est deputandus ad exercitationem Judæorum. Om-

nes enim discipuli Domini fletum habuerunt Sabbato, sepultum suspicantes, et Judæis epulantibus lætitia inerat; discipulis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristemur ergo cum tristantibus de sepultura domini, si volumus cum iisdem de Domini resurrectione gaudere. Neque enim fas est ut distinctiones ciborum, et cæremonias Judæorum more Judaico observemus. »

Hæc et his similia dicente beato Sylvestro, placuit quibusdam orientalibus conventibus illa traditio apostolicæ sedis. Sed magis elegerunt Sabbatum celebrare cum Judæis. Cujus sententiæ concordans beatus Innocentius papa ait: « Sabbato jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob reverentiam Domini non jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus: quod inter tristitiam et lætitiâ temporis illius videtur inclusum. Nam utique apostolos constat biduo isto, et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occultasse. Quod utique non est dubium, et in tantum jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrare. Quæ forma per singulas hebdomadas est tenenda. Hic loquimur secundum modum, qui tunc erat, propter quod commemoratio illius (47) diei semper est celebranda. Quod si putant semel, atque uno Sabbato jejunandum; ergo et dies Dominica, et sexta feria, semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Domini diei, aut sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda est imago, dementis est, bidui agere consuetudinem, Sabbato prætermissio, cum non disparem habeat causam, a sexta feria, in qua Dominus passus est, quando et apud inferos fuit, ut die tertia resurgens redderet lætitiâ, post biduanam præcedentem tristitiâ. Non ergo nos negamus, sextam feriam jejunandam; sed dicimus, et Sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiâ apostolis, ac iis qui Christum secuti sunt, » indixerunt, qui die Dominica exhilarati, non solum ipsum festivum esse voluerunt, sed etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt.

Ut ergo ad primum verbum nostrum revertamur, caupon iste, quem Græci apostolorum esse mentuntur, si fuisset tunc temporis, suffecisset illis in adiutorium suæ petitionis, seu opinionis, hoc decretum apostolicum, quod nimirum immutabile secundum eos permanet; maxime, si istud Dei apostoli immutabiliter omnibus servandum mandaverunt. Quæ fuit ergo causa, quæ eorum clausit labia, ut non haberent recursum in diebus illis ad certitudinem apostolicæ sanctionis? Nulla prorsus fuit: quia nec editus erat, nec canon dici poterat, quia nec erat.

⁵⁰ Coloss. 11, 16. ⁵¹ Matth. xv, 11. ⁵² Act. x, 15.

(45) Barbara lexis, fartorum, *Blutwurst oder Rosenswurst*.

(46) Epist. 4, ad Decentium.

(47) Quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id quod commemoratio illius etc.

Sed octogesimus, inquit, qui sic incipit: « Episcopus, vel presbyter, seu diaconus militiæ vacans, » etc., rursus clamat contra Latinos.

Respondeo, si vim canonis inspiciat lector, supposito etiam quot sit apostolorum, Latinis non obviat. Quia nec militiæ vacant episcopi nostri, eo modo quo canon accipit; nec [quisquam eorum] utrumque principatum unquam tenuit, vel tenet, ut simul rex et sacerdos sit, vel vocetur, nisi spiritualiter, sicut dicit Scriptura: *Fecistinos Deo nostro regnum et sacerdotium*⁵³. Si vero ipsam exhortationem, quam fecit Ecclesia principi sæculari, vel auctoritatem, quam dat, vel adiutorium, quod præstat contra persecutiones ipsius Ecclesiæ, et viros nefandos, militiam reputant, quis in hoc non offenditur? Nonne Ecclesia Græcorum dat coronam imperatoribus gestandam in signum pulchritudinis, et gladium in manu tenendum ad vindictam sanguinis exercendam? Nonne cum ipsis vadunt in exercitium, et pugnaturis exhibent sacramenta sua, et orant pro eis generaliter et specialiter in secreto Missæ? sicut scriptum est: « Memento, Domine, piissimorum et fidelissimorum imperatorum, » etc. Et post pauca: « Robora eorum brachia, exalta eorum dextram, confirma eorum regnum, subijce eis omnes barbaras nationes, et eos qui bella volunt, » etc. Nec recusamus utrumque gladium esse, materiale scilicet et spirituale. Sed unum concedit militi ad nutum sacerdotis educendum, alterum vero retinuit sibi. Ecce, inquit apostoli in Evangelio gladii duo hic⁵⁴. Et rursus loquens de materiali Dominus ait: *Converte gladium tuum in vaginam*⁵⁵. Dicendo tuum, materiale gladium significat, quo percusserat servum principis Sacerdotum. De spirituali vero nemini venit in dubium, cum idem Petro per ejuſdam specialitatis apicem, ligandi atque solvendi concessit potestatem. Uterque igitur gladius Ecclesiæ traditur. Sed ab ipsa Ecclesia unus exercendus; alius, sicut supra diximus, pro Ecclesia manu sæcularis principis eximendus. In quo ergo peccat Ecclesia, si suo jure utitur a Domino sibi concessio? Uterque igitur gladius, ut dictum est, ad Ecclesiam pertinet, et de utroque disposuit, sicut sibi videtur, ad tuitionem fidelium, et reipublicæ conservationem.

Quam dignitatem seu potestatem Constantinus primus Christianorum imperator providens in spiritu mox postquam ad fidem conversus est, contulit eo modo eidem Ecclesiæ libere, quo supra in quarta distinctione hujus operis plenius est expressum. Quamvis enim quidam prælatorum, pro terris et regionibus, quas ad usus Ecclesiæ retinent, vocentur duces, comites, seu marchiones, et interdum procedunt in expeditionem, tamen manus suas semper mundas custodiunt a sanguine peccatorum. Non enim pugnant ipsi personaliter sed pugnaturis fidelibus contra iniquos assistentes, eos sic, puta

verbo et opere, reddere satagunt animæquiores. Et ita, quæ Cæsaris sunt Cæsari persolvunt, et quæ sunt Dei, Deo exhibent.

De bigamis autem, et ultra, nobis brevis incumbit responsio. Aut enim qui talia statuerunt, de clericis, et non de laicis, intelligi voluerunt: aut, si de omnibus accipiendum est, de illis solis loquantur, qui vivente prima contrahunt cum secunda, et tertia: aut certe, ut quidam eorum sane interpretati sunt, non est hoc accipiendum de copula matrimoniali, sed de benedictione nubentium et solemnitate nuptiarum, quæ aliter erga viduas, aliter erga virgines observatur. Cui etiam sententiæ concordare videtur littera canonis, qui dicit: « De nuptiis pluries celebratis patres conticuerint, » etc. Si autem, ut Græci autumant, simpliciter et nude intelligenda sunt verba canonis, verbi gratia, ut dicatur, non licere homini prima uxore mortua contrahere cum secunda, dicimus, quod cum sit contra doctrinam Apostoli, et salutem infirmorum, nulla ratione debet exaudiri. Ait enim Apostolus ad Corinthios *Mulier est alligata legi, quandiu vir suus vivit. Si autem mortuus fuerit, cui vult nubat, tantum in Domino*⁵⁶. Dominus quoque in Evangelio de muliere, quæ causa suscitandæ prolis septem viros fratres successive habuerat, non redarguit talem copulam toties repetitam, sed tantum erroneam opinionem eorum qui futuras carnales nuptias in regno justorum sperabant⁵⁷. Item Samaritanæ, quæ plures viros habuerat, juxta puteum loquens, de illo solo illam redarguit, quem suum non esse virum divinitus intellexit. Ait enim: *Quinque viros habuisti, et hunc, quem habes, non est tuus vir*⁵⁸. Copulari ergo pluribus vicibus successive non est prohibitum, sed concessum; etiam status talium non est condemnandus, sed tolerandus, cum nec ab aliquo homine possit prohiberi, id quod per Spiritus gratiam pro salute infirmorum cernimus esse indultum.

Item queritur a Græcis, Potestne fieri dispensatio alicujus concilii? Si dicunt, quod non, quis ergo Græcorum salvabitur, posito, quod sint in fide catholica, seu orthodoxa vere obedientes? Nonne contra istum canonem, et illos supra positos, quotidie veniunt? Si dicunt, quod sic; sed, si prælatus aliquis, multo magis summus pontifex, qui potestatem plenitudinis obtinet a Christo, mediante Petro apostolo. De qua require supra quarta distinctione.

Interea consulimus Græcis aurum sapientiæ ab Ecclesia Romana emere, quam despiciunt, ut locupletes fiant, et caliginosis oculis collyrium apponant: ut in speculo sacri Eloquii clare inspicientes recognoscant Romanam ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum caput est, insuper et magistra: eo quod nil in dictis evangelicis et Epistolarum, et etiam doctorum, contrarium invenit, quod, interpretative, vel dispensative secundum statu-

⁵³ Apoc. v. 10. ⁵⁴ Luc. xxii, 38. ⁵⁵ Joan. xvii, 11. ⁵⁶ I Cor. vii, 39. ⁵⁷ Matth. xxii, 24 seqq.

⁵⁸ Joan. iv, 18.

ta sanctorum Patrum, in unitate Spiritus non concordat.

Distinguentes, itaque inter ea quæ dispensationem recipiunt, et illa, quæ aliter se habent dicimus quod sunt præcepta primæ necessitatis, quæ assimilant animam Deo, sicut præcepta Decalogi; et illa non recipiunt dispensationem. Item sunt præcepta secundæ necessitatis, ut unus uni jungatur et hæc quandoque fuerunt dispensata, ut patet in patre Abraham, et Jacob, David, et aliis sanctis, quibus pluribus conjuncti fuerunt. Sunt et præcepta tertie necessitatis, ut est votum voluntarium et hoc quadruplex, continentie, religionis, abstinence, peregrinationis. Duo prima non recipiunt dispensationem (48); alia duo recipiunt, cum æquipollenti. Sunt insuper et quartæ necessitatis, ut institutiones prælatorum; et hæc recipiunt dispensationem, quoties et quando eis pro causa utili et necessaria, videtur expedire.

Hisce sit habentibus, et rite intellectis, patet solutio ad plurima, quæ nondum etiam fuerunt quæsitæ. De his autem, quæ sequuntur et de mulieribus menstruatis, et quæ ingrediuntur chorum, propter sui ignobilitatem auditum præstare volumus: nisi tantum de patriarcha Constantinopolitano, qui suæ superbiæ consulens, plures fingi fecit canones talis ambitionis, ut super omnes prælatos videatur prælatus. Vocat autem se οὐνοκρατορ patriarcham, id est orbicularem patriarcham: et licet in quarta distinctione hujus operis, satis de eo disputatum sit, tamen adhuc, in detestationem et suggestionem hujus superbi nominis, pauca repelemus.

(48) Canon iste de ambitione dictæ sedis editus fuit in secunda synodo, clam summo pontifice, ut magister Hugo Etherianus refert, vir utique sapiens, et peritus in utraque lingua. Responsio supra est in secunda synodo in fine. Et quia fieri non potuit, nec debuit, ipso facto suscitavit scandalum et discordiam inter Græcos et Latinos non modicam, usque ad tempora papæ Vigili. Nullum tamen is favorem præbuit dicto canoni, quod nos scimus, etiam dato, quod posset in præjudicium prædecessorum suorum præbere assensum. Interea post Ephesinam celebratur quarta synodus in civitate Chalcedone: in qua quidem Anatolius præsul regie urbis, satis egit pro principatu sui sacerdotii. Et factus est inde canon. Verum quia legati Leonis primi viriliter obstiterunt, petiit totum concilium pro se, et imperator seorsum, nec non et dictus Anatolius a dicto Leone humiliter dicti canonis confirmationem. Sed cum omnes preces incassum caderent, remansit dictus canon infirmus et inutilis de jure, etsi non de facto, prout supra in quarta distinctione, et in quarta synodo continetur. Nam, sicut supra dictus Anatolius superbus alienas sedes paulatim et occulte rapiens suo illos ansus est addere pontificio; in synodo quoque, quam sextam

nominant, quæ dicitur furtiva fuisse, similiter dictum canonem renovaverunt. Itaque usque hodie Ecclesia Græcorum non concessa possidet, tenet, et utitur, sicut patet. Quis enim in pontificatu Romanæ sedis potuit se exspoliare potestate propria, et dare alteri? ut sint in uno corpore duo capita, scilicet in Ecclesia Dei; Res utique monstruosa.

Item: Si habuerunt in jure ex vi constitutionis in secunda synodo factæ, quæ necessitas fuit repetere in quarta? et, si in quarta obtinuerunt suum propositum Græci, quare iterum in sexta synodo, quæ post multa tempora fuit, hoc idem repeterunt? Non fuit alia, nisi quia urgebatur eos prava eorum conscientia, quia videre poterant, et per concilia intelligere, quod nullus canon vigorem et firmitatem obtinet aliquam, nisi favorem pariter et assensum summi Pontificis obtineat. De quo supra in quarta distinctione. Unde istum canonem, tanquam inutilem et furtive intrusum respuentes, dicimus, sicut alias: omnes illos, qui asserunt Romanum pontificem non esse caput universalis Ecclesiæ, per viam incedere damnationis vel perditionis et esse de numero Core, Dathan, et Abiron schismaticorum, qui in signum damnationis æternæ absorpti sunt a terra.

De celebratione autem Missæ in Quadragesima, et de quibusdam aliis, non respondemus, tum quia frivola sunt tum quia in furtiva synodo de Trullo similiter fabricata sunt. Si vero obijciunt nobis illud decretum sextæ synodi, quod papa Adrianus approbavit: *Quia in eo statutum est*, etc. et illud Innocentii, *Renovantes*, etc. Respondemus, quod illa propriam interpretationem et catholicam recipiunt, et non secundum pravum intellectum Græcorum. Alia vero discussioni jurisperitorum et arbitrio relinquamus.

(50) Tempore, quo victoriosissimus imperator Constantinus, cognomento Monomachus, imperii perspicaciter moderabatur dignitatibus, erat quidam Michael Constantinopolitanæ sedis patriarcha actibus et intellectu stultissimus, qui, prout verba ejus attestantur, hæresiarcha potius, quam patriarcha esse omnibus innotuit. Hic læva suasionem sui cordis exactus, sanctæ Romanæ sedis Eucharistiam nefanditer infamabat, tractans secum, quod melius esset Græcorum sacrificium, quam Latinorum, eo quod ipsi fermentatum, et Romana Ecclesia, ut ab apostolis acceperat, azymum sacrificat. Interea dum præfatus patriarcha, ut libelli sui apices asseverant, sacrificium Latinorum arguere conaretur, hoc sanctissimus Leo papa IX audiens, more solito ad nefandam alterationem exstirpandam, dominum Stephanum cancellarium religiosissimum virum qui tertius post eum papa Romanæ sedis exstitit, et honeste sedis pontificem, et cum illis Petrum Melphitanum magistrum, et doctos cum suis apicibus transmisit. Qui Constantinopolitanam urbem in-

(48) Cur non auctoritate summi pontificis? STEW.

(49) Hæc addita sunt a Fratribus Prædicatoribus

qui superiora e libris Etheriani excerpterant.

(50) Hæc sunt Pantaleonis meræ fabulæ. BASN.

gressi, et imperiali honorificentia sublimati, ejusdem urbis patriarcham (adeuntes) quater cum eo colloquium de nominato sacrificio habuerunt... (51) per nuntium asciverunt. Quod ipse audiens se ab eorum colloquio deviavit. Mox ipsi Sanctæ Sophiæ basilicam ingredienti, super altare paginulam posuerunt. Exeuntes autem ab ecclesia sublatis pedum sandaliis pavementorum marmora percutientes, in mari pulverem projecerunt, et hoc secundum Evangelii vocem egerunt dicentes: *Quamcunque civitatem introveritis, et renuerint dogma vestrum, nihil exinde efferatis. Sed inde abeuntes pulverem pedum vestrorum excutite* ⁵⁹. Præterea ipsis e civitate discedentibus stupendum valde mi-

⁵⁹ Matth. x; Marc. vi; Luc. i.

(51) Lacuna in ms.

A raculum actum est. Liminare marmoreum ejusdem ecclesiæ miræ magnitudinis dissolvitur; statimque talis est clades subsecuta, ut diebus paucis sexaginta Græcorum millia morerentur, nec ullus alienæ gentis: interim et per triduum inestimabiles coruscationes, et tonitrua, et imbrum et grandinum multitudines exstiterunt.

Hæc vero gesta sunt anno ab Incarnatione Domini millesimo quinquagesimo quinto, indictionis octava. Quod ego Pantaleon, cum essem ibi Constantinopoli, ubi hoc actum est, hoc idcirco memorabile feci, quo legentibus pateat Latine serenitatis institutio, et nemo audeat talia præsumere.

PANTALEONIS

DIACONI ET CHARTOPHYLACIS MAGNÆ ECCLESIAE

NARRATIO

MIRACULORUM MAXIMI ARCHANGELI MICHAELIS

I. Magnæ et multæ et variæ sunt tuæ incorporeæ et magnificæ archangelicæ virtutis et dignitatis notiones, donaque et gratiæ, O gloriosissime Michael princeps militiæ, ampliusque et revera sublimis et multiplex decoræ tuæ materiæ, expertis formæ, et vitæ status. Est autem parva et nihili facienda humanæ linguæ carnea potestas, angustusque ethumilis et artificio carens, qui per instrumenta corporea a nostro corde sermo proficiscitur. Quomodo ergo te, o omnipotentis Dei princeps militiæ, pro dignitate, licet conemur, laudibus affecerimus? Quam vocem incorpoream, incorporeo tuo intelligenti ordini respondentem, per materialia et corporea labra offeremus? Quibus utemur sonis, quæ significant ineffabilem et inexplicabilem tuam gloriam? Dubitat revera universa natura terrigenarum te laudare et celebrare, quies princeps ordinis supercælestis. Enarrari enim et verbis explicari non potest locus divinæ tuæ pulchritudinis et splendoris. Quomodo enim mirabilis facta est scientia Dei ex nobis! invaluit, non poterimus nos

¹ Psal. cxxxviii, 6, ² I Joan. i, 4.

* In codice Græco 308 apud Nanios asservato leguntur hujus sermonis titulus et initium: Tit. Πανταλέοντος διακόνου και χαρτοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας διήγησις θαυμάτων τοῦ πανμεγίστου ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Inc. Μεγάλοι αἱ πολλοὶ και ποικίλοι τῆς

B homines ab eam: ita etiam archangelicæ essentialis tuæ bonitatis et potestatis infinita multitudo, a qua arcana et divina emanant fidelibus, apprehendi et investigari non potest humanis cogitationibus.

II. Sed quoniam alicubi dicit divinum Eloquium: «Quod didicimus, prædicamus: et quod scimus, annuntiamus²;» ea de causa mittentes infinita magna tua miraculorum, pauca quædam, apposite et convenienter collecta ex divini. Spiritus eloquiis, conamur exprimere nostrorum verborum coloribus, et graphice narrare magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ, et terribilium tuorum miraculorum eructare potentiam, et prodigia tua annuntiare iis qui hodie fide sunt congregati in divino tuo festo, ut salutis jam propositum argumentum omnibus, qui ardentem ad id accurrunt, o maxime et imprimis admirabilis Michael princeps Dei militiæ. Hodie enim tanquam magnificentissimus quidam convivator, convocas nos omnes spirituales convivas ad epulum tui festi, quod exortum est sole

ἀσωμάτου και μεγαλοτροπέου ἀρχαγγελικῆς σου ἀρετῆς και ἀξίας ἐνοεῖαι και δωρεαί τε και χάριτες, πανασίδιμη Μιχαήλ ἀρχιστρατήγου και πλατεῖα και τῶ ὄντι μετώρου: και πολυειδῆ; τῆς πανευποσπούς αὐλου σου μορφῆς, και ζωῆς ἡ κατάστατι; Cod. Nan. pag. 521.

luminosius, quod positum est ad principia orbis terræ, qui est a finibus usque ad fines: in quo miraculorum et animæ utilitatis deliciis se explent omnia corda fidelium. Sed nunc quoque, ut semper, miserere nostræ bumilitatis, qui es excelsus assessor regni cælorum, et exorere nobis splendoribus benignæ tuæ providentiæ, qui a benigno Deo accepisti benignitatem, benigne Michael princeps militiæ. Qui es lecta et luminosa, significansque et splendida stella solis gloriæ. Qui es fortissimus pugnator et propugnator ac defensor eorum qui Dominum diligunt. Qui provides et prospicis, eosque firmo tuo patrocínio adjuvas et defendis, qui te invocant, et magno desiderio ad te accedunt in divinam tuam ædem et maxime venerandam. Tu illumina nostros intelligentes cordis oculos, ut intelligamus, menteque apprehendamus et enuntiemus, quoad ejus fieri poterit, miracula tuæ majestatis. Nam per te universa copiosa omnium bonorum suppeditatio datur ab omnipotenti Dei providentia, iis qui in te sperant citra ullam dubitationem, et se conferunt ad omnem tui laudationem.

III. Quid autem cogitantes, aut quibus verbis utentes imprimis, poterimus sufficienter ostendere divinæ providentiæ et benignitatis infinitum pelagus? Ad primum enim bonum et quod præcipue primo operatur, quoad ejus fieri potest, oportet aperte omnes extolli. Principaliter ergo et aperte et ex debito debemus mente cogitare, qui figuram ferimus et imaginem ejus, qui ex se habet potestatem et dominium divinæ essentiæ, quod unus est solus Deus, qui propter infinitam bonitatem est omnia fabricatus, quæ sunt in cælis et in terra, ut dicit divinus Apostolus: « sive visibilia, sive invisibilia, sive Throni, Dinationes, sive Potestates, sive Virtutes, sive Principatus, sive Archangeli, sive Angeli, sive Seraphim, sive Cherubim: et ipse est ante omnia et omnia in ipso constant³. » Qui hanc etiam variam condidit creatam naturam in unam unius mundi harmoniam et complementum. Qui solus est ingenitus et æternus. Qui solus est expers principii, et in quem non cadit interitus et finis. Qui solus est ejusmodi, ut comprehendi et investigari et videri nequeat. Qui omni circumscriptione et comprehensione essentiæ habet superiorem. Qui nullam potest suscipere mutationem et alterationem: estque omnipotens, et ab exitu et interitu aliena natura, fons perennis, et qui nunquam exinanitur, miserationum et bonitatis: omnium divinorum donorum et gratiarum, qui exhauriri minime potest, abyssus: misericordiæ, quod non potest exprimi, pelagus: beatissima et summa pulchritudo, et sola revera digna, quæ ametur. Universi, quod dicitur et intelligitur, boni efficiens et impertiens et largiens causa, et prima causa. Hic est, qui propter solam bonitatem essentialem et naturalem, ea quæ non erant aliquando, vocavit

ad hoc ut essent, et omnia ad essentiæ deduxit et constituit, eaque comprehendit et continet, dirigit et ducit, ferens solo nutu suæ majestatis et potentiæ.

IV. Atque primum quidem, convenienter et quod dicit Theologus Gregorius, mente agitavit angelicas et cælestes potestates: et quod mente agitavit, fuit opus verbo completum, et spiritu perfectum. Sicque constiterunt secundi splendores, ministri primi splendoris, sive intelligentes spiritus, sive ignem, utpote materiæ expertem et incorporeum, sive aliquam aliam naturam, quod quam proxime ad ea quæ dicta sunt, accedat, eos existimare oporteat. Volo quidem, inquit, dicere eos primum ad malum immobiles, et qui solum habent boni motum, ut qui sint circa Deum, et primo a Deo illuminantur, nam quæ hic sunt, sunt secundæ illuminationis, Mihi autem persuadet, ut non immobiles, sed ad movendum difficiles eos existimem, qui propter splendorem Lucifer, et factus est et dicitur tenebræ propter elationem, et quæ sub eo consistunt potestates, architectatrices vitii, boni fuga, et nobis conciliatrices. Atque sic quidem qui apprehenditur intelligentia, et propter hæc mundus fuit constitutus.

V. Cum autem prima ei recte se haberent, secundum mente agitavit mundum materia præditum, et qui cernitur. Et is quidem est id, quod ex cælo et terra, et iis quæ intercedunt, est constitutum et coagmentatum. Luciferum autem, eum qui a Deo defecit et cum eo pugnavit et est insolens et jactabundus, diabolum vocat Theologus, ex voce Isaïæ prophetæ, qui ejus casum deplorat, et dicit: « Quomodo cecidit e cælo Lucifer qui mane oriebatur, et contritus est super terram⁴? Deo enim divinus quoque David, ad eos qui similiter a divina charitate defluerant, atque sceleratus ille et malitiosus, qui defecerat, dicit: « Et tanquam unus ex principibus cadetis⁵. » Princeps enim erat unius angelici ordinis in cælis diabolus, non diabolus ab initio productus et factus, sed bonus ex bono, et pulcher ex pulchro et qui solus bona facit, opifex universorum. Postremo autem præter legem naturæ, decretumque et rationem divinæ justitiæ, imperii cupiditatis æstro percitus, rebellavit adversus Creatorem, regnum et gloriam sibi conans usurpare. Secum autem attraxit etiam influitam rebellium multitudinem, quæ suæ stultitiæ et malitiæ eum accepit adjutorem. Nam propter hanc causam impiæ cogitationis, ex cæli convexis vehementi impetu cecidit execrandus. Nam simul atque ei venit in mentem sceleratissima et maxime impia cogitatio, fuit confestim contritus ab omnipotenti Domino, qui dixit: « Videbam Satanam tanquam fulgur e cælo cadentem⁶. » Similiter autem de eo quoque dixit per Ezechielem prophetam: « Simul atque elatum fuit cor tuum propter pul-

³ Coloss. 1, 16. ⁴ Isa XIV, 12. ⁵ Psal. LXVXI, 7. ⁶ Luc. x, 18.

chritudinem tuam, et dixisti in cogitatione tua, **A** Deus ego sum : statim a sancto monte meo in terram te dejeci per Cherubim, et interiit scientia tua cum pulchritudine tua : et dabo te in cinerem super terram coram omnibus te videntibus ⁷, » fidelibus scilicet. Quomodo etiam dixit Dominus in divinis Evangeliiis : « Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, super omnem potestatem inimici ⁸. »

VI. Nonnulli autem discendi cupidi inquirunt, num propterea sit ejectus, quod Adam eum non adoraverit. Est autem stultorum et insipientium hoc dicere. Cecidit diabolus priusquam factus esset Adam, quomodo Patres aperte pronuntiant omnes angelos fuisse factos ante cælum et terram. Diabolus vero est probabile quarto die cecidisse, **B** quando Deus facit luminaria, sicut scriptum est in Job : « Quando facta sunt astra, laudarunt me magna voce omnes angeli mei, et hymnis celebrarunt ⁹. Semper enim etiam non tacite angelis Dominum glorificantibus, tunc majori voce eum laudibus celebrarunt, ut significavit Scriptura, propter justum scilicet casum maligni illius, qui defecerat. Oportet autem scire ex nostris scriptis, o dilecti, quod omnis chorea et ordo habet ducem ordinis, qui incipit melodiam. Sic etiam de sanctis angelis dicit Dionysius, angelicorum ordinum divinissimus interpres : Non absurde divina et cælestia, materiali nostræ hierarchæ, pro viribus sensiliter, quoad ejus fieri potest, sunt assimilata. Ducem vero ordinis angelicæ choræ lucidissimum et maximum militiæ **C** principem Michaellem intelligere, a superis acceptus.

Miraculum primum de rebelliet superbo Satana, et immundis ejus spiritibus.

VII. Hic ergo fidelissimus et sanctissimus, magnus exercitus dux Michael, divini consilii pius minister, qui propter Dominicum et omnipotentem divinum jussum, in terram jecit ex cælestibus absidibus rebellem et superbum Satanam eum ejus immundis, et malignis spiritibus : tunc in eos in-
D vectus, et triumphum agens de eorum malitia, congregatis cunctis angelorum populis, magna voce laudavit Deum universorum et omnipotentem Dominum, angelicos greges eo veluti ducens ut status meminissent immobilis, et quæ bona facit stabilitatis, et dicit : Attendamus, perinde ac si diceret : Qui creati fuerant, et quibus obtigerat, ut Deus increatus et inaspectabilis eos produceret propter naturalem suam bonitatem, quid eis accidit qui nobiscum hucusque divinis illustrabantur splendoribus ? Animadvertamus quam repente mutati sunt in tenebras propter arrogantiam et contemtionem ejus qui eos fecerat. Cognoscamus quos fructus conciliet liberi arbitrii voluntas inconsiderata, et stemus immobiliter in timore, quotidie divinum officium offerentes. Porro autem quam-

dam quæ eos contineret hymnodiam, ut qui in primo loco staret, cum Seraphimet omnibus simul divinis et cælestibus potestatibus, magna voce cecinit, divinam illam et quæ nunquam potest desinere omnipotentis divinitatis, quæ est principium luminis, unicaque est trina, per sanctam glorificationem : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth : plena est universa terra gloria ejus ¹⁰. A Dei vero administrativa divina gloria alienatus maleficus diabolus, cum vidisset terrestrem hominem esse quavis re creata honoratiorem, ut qui Dominicis manibus factus esset ad suam imaginem et similitudinem, statuit eum totis viribus separare et eripere ad ejus, qui ipsum fecerat et honoraverat, salutari præcepto. Videns enim malignus et scleratus se in extrema esse ignominia, valde cruciabatur : et cum non posset ad Deum converti, in Dei imaginem suam effudit improbitatem, et effecit ut homo esset obnoxius interitui et morti, eo ejecto e divinis et vivificis paradisi deliciis, Et statuit Deus Cherubim et flammeam rhompheam versatilem, ut custodiret paradisum. Sed etsi sic quidem cecidisset homo, qui liberum habebat arbitrium, et a bono statu defluxisset, non eum despexit Deus, sed ut qui sit natura benignus et ingens mare habeat bonitatis, veluti quædam arma ad conservandum validissima ei præbuit magnum Michaellem militiæ principem adversus diaboli potentiam : ut custodiret et defenderet hominem, qui lapsus fuerat, ut quomodo ceciderat per imperitiam, per laboriosiore cursu vivendi rationem et divinam virtutem instaurato prælio, victor effectus coronetur.

VII. Porro autem archangeli Michaelis suasionibus et monitis instructus Adam, et ligone terram fodiens, et sudore et labore frugaliter nutritus, non fuit amplius seductus ad hominis inimico et Dei hoste, nec passus est aliam commotionem. Nam ab eo tempore omnino eum valde habebat odio mente agitans per propheticum rorem, qui adhuc in eo inerat illud : « Ne des in commotionem pedem tuum, et non dormitabit, qui te custodit ¹¹, » angelus. Ab eo enim tempore credimus nos habere angelum unicuique animæ ducem, ut dicit Dominus in Evangeliiis : « Videte ne despiciatis unum ex his parvis, qui sunt minimi : angeli enim eorum assidue vident faciem Patris vestri, qui est in cælis ¹². » Similiter etiam dicit Jacob patriarcha : « Angelus, qui me liberat a malis omnibus ¹³. » Non dixit : Qui me liberavit, sed : Qui me liberat. Quin etiam beatum apostolum Petrum a manu Herodis angelus Domini liberavit ¹⁴. Simul atque enim constitutum fuit humanum genus, jussi sunt angeli ejus vitæ curam gerere, et unumquemque hominem fidelem sortitus est bonus angelus, ut ejus vitam componeret, et ejus animam perficeret. Multi autem cum eo luctantur dæmones a via recta eum facientes aberrare. Immundis enim dæmonibus

⁷ Ezech. xxxviii, 7 seqq. ⁸ Luc. x, 19. ⁹ Job xxxviii, 7. ¹⁰ Isa. vi, 3, ¹¹ Psal. cxx, 3. ¹² Matth. xviii, 10. ¹³ Gen. xlvi, 16. ¹⁴ Act. xii, 6 seqq.

non sunt curæ infideles, sed ii qui pie vivunt; eis enim invident, et cum eis bellum gerunt. Quando autem ambulat quidem in sanctitate et iustitia homo fidelis, lætatur angelus, qui et fuit datus ad ipsum custodiendum. Quando vero a via recta declinaverit, tristis quidem est bonus angelus, demones autem exsiliunt. Jam vero magnus quoque dicit Basilius: Sunt angeli, qui in utraque ecclesia describunt eos qui orant et jejunt. Vide, o homo, ne propter parvam voluptatem et brevem hoc damnnum accipias, quod te non descripserit angelus.

IX. Et in fidelibus quidem, ut prius diximus, unus angelus a Deo datus est unicuique. In infidelibus autem unamquamque integram gentem sortitus est unus angelus, ut dicit Scriptura: « Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei ¹⁵. » Et ut Judæorum quidem gentem custodiret, constitutus est Michael, magnus Dei militiæ princeps ¹⁶, utpote quod in Deum credidissent. Alius vero præfectus fuit Persis, alius vero Græcis, et deinceps similiter. Cæterum divinus quidem et magnus dux exercitus Michael est princeps omnium cœlestium potestatum, præestque et curam gerit totius gentis fidelis: et rursus fideles, qui laborant prævenit et conservat, ut qui a Deo jussus sit celere habere naturam, et tamquam fulguris adeptus velocitatem, universam terram et ætherem uno momento percurrere. « Exsiliit enim inquit, angelus, qui ambulabat ante castra filiorum Israel ¹⁷. » Hunc autem angelum, militiæ principem Michealem esse dicit Scriptura in Jesu Nave ¹⁸. Nam nomen ejus aperte declaravit in propheta Daniele ¹⁹.

X. Hic ergo magnus et gloriosus Dei militiæ princeps Michael, et veteri, ut convenit, fuit administrator, et novo magis administrat, quæ sunt salutaria. Postquam enim valde irritarunt et penitus dereliquerunt Dominum Deum increduli Israelitæ, et ea de causa fuerunt penitus exterminati, et advocati sumus qui credidimus ex gentibus, et factus est novus Israel, a Christo denominatus, et Christum intelligens (nam si interpreteris Israel, is est mens videns Deum), tunc divinum quoque militiæ principem Michealem removit a Judæorum consuetudine bonus Deus, et ab eo tempore eum nobis electis Christianis constituit maximum defensorem et servatorem, aliarum gentium curam suscipientibus aperte aliis minoribus angelis. Nam quo est gens quidem sancta Christianorum reliquis omnibus præstantior, eo necesse est esse majorem dignitatem archangeli Michaelis, qui curam gerit generis Christianorum. Non enim essentia angelorum habet differentiam, sed dignitatis excellentia. Vult enim omnes homines esse salvos, qui universorum curam gerit et est natura benignus.

XI. Sed cum miseri homines sua stultitia in errore perseverarent et cultu simulacrorum, et nequaquam vellent id quod oportebat intelligere, et

A effectorem agnoscere ex magnitudine et pulchritudine rerum ab eo creatarum, pius ille Abraham, cum ex rebus creatis me ite comprehendisset Creatorem, et infinitæ potentie admiratus esset artificium, valdeque ægre ferret et indignaretur in stultos, et incredulos, qui rem creatam colebant ultra Creatorem, Deus e cælo eum est allocutus, dicens: « Egredere e terra tua et ex cognatione tua et domo patris tui, et veni in terram, quam indicabo tibi ²⁰. » Deinde sic ei apparuit in specie trium angelorum ²¹. Ab eo autem hospitio acceptus apud quercum Mambræ, præclare ejus hospitalitatis mercedem præbuit ei jam seni, et cum sterilis esset uxor Sara, pium filium Isaac et in moribus et virtute ei similem ²². Postquam autem præter spem natus esset filius, omnibus probatiorem reddens ejus animi maguitudinem, fideique et animi pietatem, ei rursus dixit: « Abraham. Abraham, accipe filium tuum dilectum, quem genuisti Isaac, et eum mihi offer in sacrificio. Ille autem simul atque fuerat ei imperatum, rem exsequebatur, et cum ligasset Isaac, et extendisset manum quæ tenebat gladium, jam guttur illius tacturum, eum repressit angelus Domini, Michael scilicet, dicens: « Ne immittas manum tuam in filium. Nunc enim novi, quod tu timeas Dominum; sed aspice tuis oculis, et vide ad te missum arietem ligatum, et eum offer pro Isaac filio tuo ²³. » Hunc autem angelum, qui hæc dixit patriarchæ, militiæ principem Michealem aperte esse credimus. Etenim Jacob quoque, quem frater persequebatur Esau, militiæ princeps liberavit et servavit. Qui etiam ei animum addens, ne timeret eum qui persequebatur, cum eo luctatur in nocte, et tangit ejus femur, propemodum dicens: « Si cum angelis valuisi luctari, quid times hominem in quem cadit interitus ²⁴? »

XIII. Cum autem multiplicati essent, qui ex pii Abrahæ genere descenderant, ut pollicitus ei fuerat angelus, ii vero in Ægypto male haberentur, eorum misertus est Deus, qui est natura benignus, et elegit Moysen famulum suum, et per ipsum archangelum Michealem, eum constituit ducem totius generis Abrahæ, ut educeret eos e terra Ægypti, et per mare Rubrum tanquam per siccam terram eos transmitteret, properante populo ad terram ejus promissam, quæ fluebat lacte et melle, Michael archangelo parante viam ejus ante ipsum ²⁵. Cum autem pervenisset in regionem Moabitarum, ut transiret per eorum fines, ei restitit Balac rex Moab, prohibens eum transire. Accersit quoque ipse rex Balac vatem quemdam senem insignem, nomine Balaam, ad exsecrandum populum Moysi, ut vinceretur. Proficiscenti autem Balac in via occurrit angelus Domini, Michael scilicet defensor Israelitarum. Quem cum vidisset asina Balac, declinavit, et allisit pedem Balac ad parietem, et eum arguit asina humana voce, ostendens terribilem ar-

¹⁵ Deut. xxxii, 8. ¹⁶ Dan. x, 27. ¹⁷ Exod. xiv, 19. ¹⁸ Josue v, 13. ¹⁹ Dan. xii, 1. ²⁰ Gen. xii, 1. ²¹ Gen. xviii, 1. ²² Gen. xxi, 1 seqq. ²³ Gen. xxxii, 1-14. ²⁴ Gen. xxxii, 28. ²⁵ Exod. xiv, 1 seqq.

changeti visionem. Balaam autem cum aspexisset splendorem qui ex eo emicabat, valde territus dixit: Parce mihi, parce mihi Domine. Nam ignorans peccavi. Sed hanc licet visionem aspexisset Balaam, non statim est reversus; sed venit ad regem Balac, qui eum accerserat, ut desiderio ejus satisfaceret. Sed ambo a scopo exciderunt. Nam cum in altissimo loco stetisset Balaam, et conspexisset castra Israel tanquam cedros propter aquas, prophetica benedictionem loco execrationis vel invidiosus vates effatus est populo Israelitico, dicens: « Orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel et confringet duces Moab, » etc. Propter malum autem omnino et execrandum suum consilium, quod merebat, Balaam accepit exitium

XIV. Quod autem esset Michael princeps Domini militiæ, qui occurrit Balac, et ei denunciavit, ut qui esset dux populi Judæorum, eumque præcederet et educeret, aperte ostendit Scriptura in corpore Moysis, ut divinissimus Judas apostolus frater Domini, dixit in sua Catholica Epistola: Michael autem archangelus, quando contendens cum diabolo, dissererat de corpore Moysis, non ausus est efferre iudicium blasphemie, sed dixit ei angelus: Incepit te Dominus. Quid autem cum diabolo dissereret militiæ princeps Michael, sciens. Conabatur hostis, et inimicus, et profanus diabolus cum summa impudentia, et contendebat in decessu Moysis, qui Deum maxime est contemplatus efficere, ut ejus corpus redigeretur sub potestatem interitus, ut nullus videret bonum signum in futurum ad humanam essentiam. Et ideo dicebat tenebrosus Satan luminosissimo Dei militiæ principi Michaeli, Moysen fecisse caedem Ægyptii, et alia in eum confingebat calumnias et criminationes. Superbo ergo et jactabundo maligni animo resistens Michael archangelus et contradicens, et nunc hoc, nunc illud respondens ad ea confutanda, quæ ab illo dicebantur improbe, postremo videns ejus insignem impudentiam, eum increpavit, dicens: Incepit te Dominus; hoc est: Te, o diabole, perdat Deus. Statimque evanuit sceleratus adversarius. Talis est enim potentia divini et Deum contemplantis Michaelis, et hæc est, quæ fuit disputatio et contentio in decessu magni Moysis, quando ejus corpus abscondit Michael princeps militiæ, qui est angelicarum potestatum præstantissimus.

XV. Sedis quoque etiam post decessum divini Moysis, cum Jesus Nave divinitus in populum Israeliticum obtinisset imperium, et eum duceret in terram promissionis, et struxisset aciem contra adversarios et de committendo prælio dissereret, visus ei tanquam fortissimus miles militiæ princeps Michael, stans omnino erectus, læto vultu et veste insignis, eratque strictus gladius in manu ejus. Accedens vero Jesus, qui erat armatus, ei

acerbe dixit, ut est verisimile: Nosterne es, an adversariorum? Præclarus enim tuus et varius aspectus incitat me, ut te interrogem. Dic ergo mihi ocius, priusquam te cæsim aggrediar. Non enim convenit, ut acie relicta in discrimine, ego te pergam alloqui. Arbitror enim te venire nos speculatum. Sin autem venisti transfuga, abjecto hoc tuo micante gladio, sis cito nobiscum, et liberare ab exitio, quod impiæ urbi Jericho imminet, Sin autem es noster, cur solus stas extra aciem, quæ versatur in certamine? Dic mihi autem ocissime, ego enim ex lingua Hebraica te agnoscam. Hæc cum interrogaret Jesus Nave, respondit ei Michael magnus ductor Dei ordinum: Ego præcipuus dux copiarum Domini nunc accessi. Protinus autem, abjectis armis suis, Jesus Nave humi cecidit in terram, et eum adoravit, dicens: Domine, domine, quid imperas tuo famulo? Nam ego quod sum tuus famulus, sicut etiam dominus meus Moyses. Tu mecum quoque duc exercitum, me perpetuo, sicut illum, corroborans. Ecce enim adversus hostes fortiter direxi aciem, fretus invictis tuis viribus, per quas sævus et immanis Pharaon cum toto exercitu, colligatis simul currum axibus, ut mari funditus obrueretur effecisti: et qui dominum meum Moysen in via obsistendo impedierunt, impios Moabitas ad interfectionem delivisti. Quid imperas famulo tuo, domine? Sanctissimus autem princeps Dei militiæ dicit ei: Solve calceos ex pedibus tuis. Locus enim in quo stas, est sanctus. Quod cum statim factum esset, jussit ut audacter invaderet urbem illam, septem muris circumdatam et inexpugnabilem: et simul atque invasisset cum septem sacerdotibus tuba canentibus, eam ad solum usque diruit admirabiliter, et eam totam cum omnibus ædibus et divitiis exussit, ut qui eam Domino, tanquam consecratum donarium et prædæ primitias, obtulerit. Deinde sic postea viginti et novem reges, præter Jericho cum eorum exercitibus et urbibus Jesus Nave filius consumpsit, non habens civitatem, non ullam belli sedem, non milites, qui ullam haberent belli peritiam, sed divino nutu, et auxilio maximi ducis omnium cælestium potestatum.

XVI. Erat enim hic militiæ princeps, qui etiam in Goliath pone est jaculatus, et eum pronum prostravit, quando divina funda fuit percussus Dei parentis David. Nisi enim angelus Domini eum pone percussisset, supinus cecidisset iu fronte accepto vulnere²⁹.

XVII. Eundem autem maximum militiæ principem videt etiam Dei summus contemplator propheta Daniel, arguens sceleratos, qui adversus castam Susannam insanierant, et dicit alteri eorum: « Expectat angelus Dei jam tenens gladium, ut te secet medium³⁰. » Quin etiam postquam venit in mentem Dei parenti et regi David, facti ab eo pec-

²⁶ Num. xxii-xxxii. ²⁷ Judæ, 9. ²⁸ Josue v-xii. ²⁹ I. Reg. xvii, 1 seqq. ³⁰ Dan., xiii, 59.

cati, et egregiam illam compunctionem et pœnitentiam cito ostendit, cum qua flens ex profundo cordis clamavit: « Peccavi Domino; » postquam vidit propheta Nathan angelum, qui erat paratus, recessisse, dixit divino Davidi: « Dominus quoque abstulit peccatum tuum; non morieris ³¹, » magnam et ineffabilem benigni Dei bonitatem ei annuntians, et eum consolans.

XVIII. Jam vero cum execrandus Sennacherib rex Assyriorum, plurimas gentes redigisset in servitutem, et multas Judææ in unitas cepisset civitates, venit et circumdedit Jerusalem cum maximis copiis, et statuit Rasphacen sævissimum suum ducem ad piscinam viæ superioris, et clamavit Hebraice ad Ezechiam et Judæos, qui erant in civitate, blasphema verba dicens et satanica: « Hæc autem dicit vobis rex magnus Assyriorum: Quæ est hæc fiducia, qua confiditis, quod dicitis: In Dominum Deum confidimus? Egredimini ad dominum meum potentem regem Sennacherib, et vivetis, et non moriemini: et comedet vir ficum suam, et bibet vitem suam: et accipiam ex vobis in terram meam, et glorificabo valde et magnificabo: et ne audiat Ezechiam, quoniam vos decipit, dicens: Dominus nos liberabit. Num liberantes liberarunt dii gentium unusquisque suam regionem a manu regis Assyriorum? » Hæc cum audiisset Ezechias, induit saccum, et ingressus est in domum suam, et flevit vehementer, dicens: » Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, et in orbem circumdaris et glorificaris non tacite a seraphim, et ab omnibus sanctis angelis. Tu Deus solus in omnibus regnis terræ. Tu fecisti cælum et terram, et omnia quæ sunt in eis. Inclina, Domine, aurem tuam, et audi: aperi, Domine, oculos tuos, et vide, et attende sermones Sennacherib quos emisit, exprobrans Deum viventem, Quoniam in veritate, Domine, desertas reddiderunt gentes reges Assyriorum. Et nunc, Domine Deus noster, serva nos a manu ejus, et cognoscent omnia regna terræ quod tu es Dominus Deus solus. Et egressus est angelus Domini nocte illa, et interfecit ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et cum mane surrexissent, invenerunt corpora mortua. Et dum averteretur et fugeret Dei hostis Assyrius Sennacherib, eum interemerunt duo filii ejus graviter in gladio, « cum permansisset nulla ductus pœnitentia ³². Cujus autem fuit hoc stupendum, præclarumque et admirabile facinus et potentia? nonne omnium regis Domini Sabaoth principis copiarum Michael, qui non visus duxit exercitum, et adversarios temporis momento sine gladio aperte concidit, in auxilium et custodiam suorum, qui spem suam collocarunt in Deum vivum ultionum, et qui solus potest servare? »

XIX. Sed ingrati Judæi, et stulti, et increduli, et ignari, qui plurimorum divinorum beneficiorum fuerunt immemores, post manu angeli hostium il-

lorum infestissimorum factam cladem, et turpem illorum fugam, ne sic quidem potuerunt intelligere et agnoscere, sed dicebant: Manus nostra excelsa fecit hæc omnia prodigia. Propterea tradidit eos Deus omnino in manus Nabuchodonosor regis Chaldæorum, qui etiam diruit omnes muros Jerusalem, et incendit civitatem totam, et domum Domini, et bello capta accepit vasa sacra, et multitudinem divitiarum eorum, et duxit omnia Babylonem. Et fuerunt Judæi servientes in captivitate cum magno metu Chaldæis, colentes omnes eorum simulacra, præter sanctos tres pueros et prophetam Danielem.

XX. Hi enim soli viri pii, etiamsi plane infantes abducti essent in captivitate, Dei timorem semper habentes, non cum sui generis pontificibus, Scribis et Pharisæis eo deducti sunt, ut colerent deos, qui non sunt neque regum illud jussum timuerunt: sed in Deum vivum, qui dat salutem, confidentes, cum ducti essent ad tyrannum, audacter dixerunt: Notum tibi sit, rex, quod deos tuos non colimus, et imaginem auream, quam posuisti, non adoramus. » Tunc Nabuchodonosor rex in ira et furore injecit Ananiam, Azariam et Misael in fornacem ignis ardentem. Dei autem angelus, Michael scilicet, simul cum eis descendit in fornacem; et nec omnino quidem eos tetigit ignis, sed excussit angelus flammam fornacis, et transiit ignis circumcirca, et combussit viros omnes, qui ipsos injecerant, hoc est, ministros regis. Tunc tres tanquam uno ore lætantes, laudabant et benedicebant et solum Deum glorificabant. Rex autem audivit ipsos Deum laudantes in medio fornacis, et cito surgens, dixit magnatibus suis: » Non tres viros vinctos injecimus in medium ignis, et aspectus quarti est similis Filio Dei? Tunc cum rex eos accersisset, egressi sunt illæsi. Cum autem divini pueri egressi essent absque ulla læsione, coram eis adoravit rex, et dixit: « Benedictus Dominus Deus Sidrach, Misach, et Abdenago, qui misit angelum suum, et eripuit pueros suos ex igne fornacis ardentis. Tunc rex constituit eos principes, et maximo eos honore affecit cum propheta Daniele ³³ Pulchre revera divinus cantor David psallit: » Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et liberabit eos ³⁴. »

XXI. Simile autem rursus miraculum ostendit Deus admirabilem, per gloriosum archangelum suum Michaelem, in famulo quoque suo Daniele, injecto in lacum leonum. Nam postquam regnarunt reges alii a Nabuchodonosor, diligebatur ab omnibus sapientissimus Daniel, ut qui ex Deo somnia conjiceret. Babylonii autem invidia moti, insurrexerunt eo tempore adversus Cyrum, qui tunc apud eos regnabat, sicut prius adversus Darium, et dicunt ei: « Rex, da nobis, ut morte afficiamus Hebræum Danielem: quoniam Bel deum nostrum

³¹ II Reg. xii, 13. ³² IV Reg. xviii, 28-33. ³³ IV Reg. xix, 15-57 ³⁴ IV Reg. xxv, 1 seqq. ³⁵ Dan. iii, 1 seqq. ³⁶ Psal. xxxiii, 8.

contrivit, et venerandum draconem interfecit, et sacerdotes et incantatores nostros occidit. Sin minus, te interimemus et domum tuam, ut judaizantem. » Cum vere vidisset rex: quod eum valde urgerent, coactus, tradidit eis Danielelem. Illi autem injecerunt eum in lacum leonum et fuit illic sex dies. Erant autem in lacu septem leones. Oclussit vero archangelus Michael ora leonum, et non molestia affecerunt Danielelem, neque attigerunt omnino corpus ejus. Cum vero venisset rex septimo die, ut lugeret Danielelem in lacu, invenit salva quæ fixerat signacula, et lacu aperto, videt Danielelem stantem rectum, et manus habentem extensas, et Deum laudantem, et dicentem: « Benedictus es, Deus, qui misisti angelum tuum, et obstruxit ora leonum, et mihi non nocuerunt. » Tunc rex cito cum gaudio Deum glorificans, sustulit Danielelem e lacu illæsum et adoravit eum; viros autem, qui Danielelem accusaverant, injecit in lacum leonum ³⁷. Non prius autem fuerunt in solo lacus, quam eos invadentes leones devoraverunt, et omnia ossa eorum, tanquam in pulverem comminuerunt. Hic ergo vir desideriorum Daniel, sanctissimum archangeli nomen nobis ostendit, quod vocaretur Michael, id est, *dux Dei exercitus*, ut qui hoc mysterium acceperit ab alio angelo.

XXII. Porro vero Habacuc quoque propheta erat in Judæa. Ipse autem coxerat pulmentum et panes intinxerat ad nutrimentum, et ibat ut id ferret suis messoribus. Angelus Domini apprehendit verticem Habacuc, et impetu sui spiritus eum portavit a Judæa Babylonem cum lentis alimento; et intulit ipsum archangelus in lacum leonum, non solutis illic signaculis. Comeditque Daniel servus Domini, et lætatus est. Et rursus idem angelus Michael restituit confestim Habacuc in locum suum, nihil ei impedimenti afferens, quo minus eadem hora veniret et eodem cibo messores suos copiose aleret ³⁸. Papæ, quanta est divini archangeli pernicitas.

XXIII. Validissimo quoque suo impetu, divino nutu, similiter rursus alias assumpsit divinum quoque prophetam Ezechielem, ut dicit ipse Ezechiel in sua prophetia: « Et aspexi, et ecce similitudo, viri a lumbis suis, et inferius ignis: et a lumbis ejus et superius tanquam visio electri. Et accepit me a vertice in spiritu suo in medio cæli et terræ, et deduxit me Jerusalem ³⁹. »

XXIV. Quid etiam apostolum quoque Philippum similiter rapuit angelus Domini mei, et transtulit in Azotum, et non vidit amplius ipsum eunuchus reginæ Æthiopum, postquam ab eo accepit baptismum salutarem ⁴⁰.

XXV. Mentem autem impellit, et mihi animum excitat eximia gratia et virtus divini ordinum ductoris supernarum potestatum, et ducit ad narrantum unum solum ejus miraculum. Vincitur

enim et caligat omnis vis dicendi, intuens ad altitudinem et multitudinem et excellentiam infinitorum et variorum et omnis generis ejus miraculorum, et recusat omnino de iis scribere. Deficiet enim plane tempus nos ut divinus ait Apostolus, narrantes. Est enim pelagus metiri facilius, et stellas numerare, quam maxima, quæ a maximo incorporeo quotidie in nos fiunt, miracula. Ex magnis ergo et insignibus ejus miraculis, audebo pauca quædam vobis narrare admirabilia opera.

XXVI. Tempore Michaelis imperatoris et Theodoræ ejus matris, erat vir quidam, nomine Marcianus, qui a teneris unguiculis fuerat cerifer venerandi hujus templi. In ipso enim divino et venerando et pulcherrimo templo archangelico, omnes qui mari agitantur omne genus morborum, et accedunt in fide, et ex intemerata illa ejus imagine bibunt unguentum emanans, statim assequuntur, quæ speratur, curationem. In hoc ergo divino et religioso templo assidue perseverabat prædictus Marcianus archangeli ceifer, usque ad senectulem cum magno amore et fide neque unquam omnino opus habuerat medico, sed simul atque aliquando incidisset in illum morbum, protinus procidebat in dicto templo ductoris ordinum Michaelis brevique sanus redibat in domum suam propter totam suam in eum affectionem,

XXVII. Cum eum ergo aliquando gravis morbus et plane desperatus invasisset, jacuit in inferiori parte templi archangeli aliquot dies cum stabili et firma in eum fiducia. Cum plurimi autem amici et medici ad eum congregarentur, et dicerent alii alia, quæ ad ejus pertinebant curationem, ipso vero ne eos quidem omnino de hic audire sustinente, ausus est unus ex medicis facere ea, quæ dicuntur fomenta, et jussit iis qui ipsi ministrabant, ut ei mederentur ante matutinum, vellet an non. Cum autem fomenta composuisset medicus, domum re, dicit. Illa autem nocte Marcianus cum a se veluti discessisset et esset in exstasi, quomodo et vir hic pius narravit, et subjectum argumentum ostendit veritatem, omnes templi portas vidit repente apertas, et lavacrum, quod exstabat, virum terribilem cum impetu e cælo equitem descendisse. Cum is autem ex equo descendisset in purpureo, quod illic erat, marmore, ingressus est in templum, a plurimis stipatus, tanquam præpositi veste indutus, et impletum est universum templum odore ineffabili. Paulo post vero cum accessisset ad lectum Marciani, finxit se ea attrahere, quæ erant in scamno, et rapere quæ in eo erant posita ad alimentum et usum; et cum invenisset in catino posita, quæ dicta sunt, fomenta, ea accepta tulit ad Marcianum, rogans quid hæc sibi vellent, et quisnam esset, qui ea temere fecisset in domo sua. Cum is autem respondisset cum tremore, dicit ille terribilis et gloriosus duobus suis satellitibus: Tollite ea, et eun-

³⁷ Dan. xiv, 1-42. ³⁸ Ibid. 33-38. ³⁹ Ezech. viii, 2. ⁴⁰ Act. viii, 26-39.

tes, quamprimum perforate caput ejus, qui me contempsit, et ipsa in id injicite. Cumque intinxisset summum digiti sui in candela, quæ impen-
debat ejus admirabilium rerum effectrici imagini, signavit caput Marciani sancto oleo in figuram crucis, et ex ecclesia egressus, equo rursus conscenso, sublatus est ad cælum, statimque clausæ sunt omnes portæ ecclesiæ, ita ut, quomodo, videri non potuerit. Marcianus autem magno timore affectus, et animo anxius usque ad matutinum, propter terribilem visionem, accersit presbyterum ecclesiæ, et narravit ei omnia. Tunc presbyter cum quæsisset, quæ a medico parata fuerant, fomenta, nec invenisset, Marciani quoque caput animadvertisset, et vidisset sanctam crucem in eo per sanctum oleum expressam, obstupefactus abiit quamprimum ad medicum, ut ei narraret omnia, et consuleret, ut ipse quoque peteret veniam ab ordinum ductore Michaelē de iis, quæ ipse admiserat.

XXVIII. Cum autem venisset presbyter in domum medici, invenit illic multitudinem innumerabilem et luctum qui non poterat comprimi, cognatorum et amicorum ejus sociorum : qui omnes defebant repentinum, et non prius animadversum, lethalem ejus morbum, ipsum autem jacentem in medio omnium, totamque ejus faciem ustulatam, clamantemque graviter, et magna voce ejulantem : Miseremini mei, qui Deum timetis. Scindite, Christiani, caput meum, non fero enim dolores. Postquam vero audivit a presbytero verba terribilia, quæ audiverat a pio Marciano, tunc intellexit medicus esse plagam dignam sua audacia, et statim acerbe exclamavit: Ego sum causa gravis hujus meæ mortis: sed me tollite et abducite, et jacite in sanctam ædem ejus, et si quid jubet ejus misericordia, faciet in me indignum suum servum. Portantes autem eum, tulerunt una cum lecto. Marcianus autem cum sensisset tumultum assedit: et cum causam rescivisset, seipsum consideravit, et inventus est omnino sanus. Tunc cito descendens de lecto suo, Deum glorificavit, suumque defensorem et dominum et magnum medicum et militiæ principem Michaelē: cursimque egressus, processit obviam, et sustulit medicum e lecto, et portavit eum suis manibus simul cum presbytero, et posuit eum ante sanctam aram, miserabiliter deflentem et confitentem, ut ei esset propitius sanctus princeps militiæ. Marcianus autem cum per se manare fecisset unguentum e sacra illa imagine, unxit caput patientis medici statimque fugatum est. Tunc illud tormentum, et ardentem faciei pustulæ sunt extinctæ, et factus est sanus omnino sicut prius, glorificans Deum et sanctissimum ejus militiæ principem Michaelē. Mansit vero de cætero medicus ille perseverans et munifice offerens in eodem glorioso templo archangelico, toto tempore vitæ suæ Dominum laudibus extollens, et eum qui

fuit velox ad ferendum auxilium et eum defendendum, militiæ principem Michaelē.

XXIX. Atque nonnulli quidem dicunt esse novem eorum ordines, convenienter parabolæ Servatoris, quæ dicit : » Si mulier aliqua habens decem drachmas, unam ex eis perdiderit, non accensa lucerna eam quærit, et quando eam invenerit, convocat amicas, dicens : Gratulamini mihi, quoniam inveni drachmam quam perdideram ⁴¹. » Sunt autem novem ordines incorporatorum, nempe Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim : et decimus ordo est hominum. Nonnulli vero dicunt nonaginta novem esse eorum partes : centesimam autem esse hominum, convenienter parabolæ centum ovium, de quibus dicit Christus : « Si fuerint alicui homini centum oves, et aberraverit una ex ipsis, non relictis nonaginta novem in montes profectus, quærit eam quæ errat? et si contigerit eam invenire, de ea magis lætatur, quam de nonaginta novem, quæ non aberraverunt ⁴². » Revera enim nos sumus, fratres, qui male aufugimus, et aberramus super montes et colles nefariæ actionis et incredulitatis : quos non despexit pastor bonus et benignus, sed quæsit, et supra suum humerum portavit, et retulit in numerum gregis boni et non errantis.

De S. archangelo Gabriele.

XXX. Laudemus ergo omnes Dominum, fratres, et nomen ejus simul extollamus, qui facit magna et quæ investigari nequeunt, gloriosaque et admirabilia quorum non est numerus, per sanctissimum Michaelē quotidie, et olim et nunc, et hic et alibi, et multis et singulis. Nam etsi per alios sanctos angelos innumerabiles, fecit Deus admirabilium innumerabilia miracula per universum orbem terræ, trium tamen solum ostendit divina Scriptura pretiosa et veneranda nomina, Michaelis et Gabrielis, et aperte colendi Raphaelis. Et quod sanctissimus quidem Michael fecerit hæc omnia, quæ sunt simul posita terribilia miracula, hinc patet ex divinis Scripturis. Divinissimus autem Gabriel missus fuit ab omnipotente Deo et Patre, tempore divini et benigni in terram descensus, veluti quidam pronubus Dei Verbi, ad sanctam Virginem, et Dixit : « Ave gratia plena, Dominus tecum, » et hac voce depulit antiquissimam et diuturnissimam molestiam primæ parentis Evæ, et implevit lætitia universum orbem terræ ⁴³. Prius vero sterili quoque clarissimæ Annæ, quæ in horto suo obsecrabat Dominum, prædixit fore, ut ex ea nasceretur Dei parens. Quin etiam prophetæ Zachariæ in templo sufficienti ipse dixit fore, ut in senectute gigneret Præcursorem : quo tempore eum etiam fecit obmutescere in pœnam incredulitatis ⁴⁴. Eundem ergo divinissimum Gabrielem vidit rursus idem Zacharias in sanctis sanctorum, cibum e

⁴¹ Luc. xv, 8, 9. ⁴² Ibid. 4-6. ⁴³ Luc. 1, 26-38.

⁴⁴ Ibid. 5-20.

caelis afferentem ad Dei matrem. Eundem autem A Gabrielem viderunt etiam pastores in ortu Christi, annuntiantem eis magnum gaudium et universo mundo ⁴⁵. Alii quoque similiter plurimi boni, insignes et divini fratres, sunt ab eo in divinis initiati mysteriis. Nam per hos duos, Michaellem, inquam, et Gabrielem, descendit omnis datio bona et omne bonum perfectum, quod desuper mittitur in terram a Deo omnipotente. Hæ enim sunt duæ maximæ et paris momenti lucernæ Divinitatis, quæ est principium luminis, et est unica et trina: et quæ non occidunt luminaria totius orbis terræ, qui est sub cælo, mystæque arcanorum, et ad futurorum introducentes mysteria.

De archangelo Raphael.

XXXI. Inducitur autem præclarus Raphael, quando Tobie excæcatus oculos artificiose illuminavit ⁴⁶. Hic enim Tobias fuerat abductus captivus in prima Hebræorum captivitate Ninive. Cum autem esset pius justus, convenienter legi, eorum qui erant sui generis, morientium in captivitate corpora clam sepeliebat, qui contemptui habebantur, et non sepeliebantur. Quodam autem die cum reversus esset ex hoc pio opere, deposuissetque ligonem et bipalium, dormiit extra domum suam, propterea quod ipse esset pollutus, convenienter legi, quæ dixit: « Quicumque tetigerit mortuum, immundum erit usque ad matutinum ⁴⁷. » Illa autem nocte calidum excrementum in ejus oculos demisit passer, et statim fuit excæcatus. Nequaquam vero blasphemiis incessens, perpetuo agebat gratias Deo, qui id permiserat. Post hæc autem cum accersivisset Tobias filium suum, dixit ei: « Ecce ergo, ut vides, fili et cæcus et senex factus sum propter multitudinem meorum peccatorum. Age ergo, mittam te ad Gabelum cognatum meum. Deposui enim apud eum ante captivitatem aliquot auri talenta: et affer ea ad sustentandas meas calamitates. Sed viam, o fili, nescis, quoniam est magna. Inveniamus autem hominem, qui sciat viam, timentem Deum, et cum eo conveniamus de justa mercede. Qui tibi sit comes post Deum et te rursus reducat ad meos obscuratos oculos illæsum et lætum. Cum autem talis homo ab eis quærerentur, accessit ab eos divinus archangelus Raphael humana specie, præ se ferens se velle conduci mercedula, et dicit eis: « Paciscimini mecum, ut par est, et ergo ipsum concervabo post Deum. Recte enim scio et locum, et cognatum tuum Gabelum, et ejus uxorem, et filiam ejus. »

XXXII. Cum ii ergo sic convenissent, et accepisset puerum angelus, qui videbatur mercede conductus, cum plurimis votis ex senis manibus, ambulaverunt sine labore multos dies. Eos vero consecutus est canis quoque e domo. Cum ipsi

autem venissent ad Tigrim fluvium, sedit puer Tobias ad lavandos pedes, et aspexit piscem exsiliantem, ut eum devoraret; et exclamavit puer. Dicit ergo ei viæ comes angelus: Ne timeas, sed cum teneas audacter. Id autem cum factum esset, rursus dixit ei: Disseca eum, et cor quidem et jecur diligenter serva in vase, fel vero in altero vase. Habet enim senex quidam, ad quem proficiscimur, formosam filiam habentem spiritum immundum, qui vocatur Asmodæus. Qui propter ejus amorem suffocavit septem viros, qui eam desponderant. Loquar autem ego cum sene de contractu, et persuadebo ei, ut accipias filiam ejus in uxorum. Suffumiga autem eam ex jecore et corde, et fugiet ab ea Asmodæus, homines occidens dæmonium, in supremas partes Ægypti per me ligatum vinculis insolubilibus, et non repente morieris. Et revertetur ipsa quoque nobiscum cum multis facultatibus in domum tuam. Quod etiam factum est, ut summam dicam. Tunc puer servavit cor et jecur et fel, piscem autem comederunt.

XXXIII. Cum autem venissent, et alacriter accepti essent a sene Raguele, et verba movissent de contractu, nolebat senex, timens maxime propterea quod esset ei propinquus genere, et ostendebat eis sepulcra septem virorum. Tandem autem persuasus cum celebrasset nuptias, et eum aspexisset virum, quomodo ei suggesserat ejus viæ comes, Deo magnas egit gratias, et eam dedit senex uxorem Tobie, et dimidium suorum bonorum, et misit eos cum magno gaudio. Ipsi vero reversis, et simul cum ea ancillis et famulis et infinita pecunia accepto etiam a Gabelo deposito, cum venissent prope domum Tobie, canis loco agnito procurrens, ingressus est domum, et complexus pedes Tobie, ei blandiebatur. Ille autem cum ex eo cognovisset adventum filii, surrexit propterea, et ivit ei obviam, et hic et illic offendebatur ad parietem non videns. Viæ vero comes dicit Tobie « Accipe fel piscis, et cum in foribus occurreris patri tuo, priusquam ipse te amplectatur, unge oculos ejus, et statim ascipiet. » Quod cum factum esset et protinus visum recepisset, steterunt obtupecti, Deum laudantes propter omnia bona, quæ eis fecerat. Volentibus autem ipsis magnas referre gratias viæ comiti, qui existimabatur mercenarius, et prompto et alacri animo ei dare dimidium pecuniæ quam attulerant, se eis aperuit archangelus Domini, et dixit: « Ego sum Raphael, unus ex septem archangelis, qui Deo offerunt preces justorum: et neque comedi, neque bibi etiamsi vos putaretis. Domino vero perpetuo agite gratias, et semper ei confitemini, quod magnificavit misericordiam suam super vos. Quæ cum dixisset, statim fuit sublatus ab eorum oculis. » Hoc ergo solum dixit Scriptura fecisse Raphaellem,

⁴⁵ Luc. II, 9-12. ⁴⁶ Tob. XI, 14, 15. ⁴⁷ Levit. XI, 39.

quod fuit optimum et maximum miraculum. Dicit autem se unum ex septem archangelis, quoniam omnium ordinum supercelestium, et quæ intelligentia apprehenduntur, classium et cœtum duces sunt et principes ⁴⁸, sicut dictum est superius.

XXXIV. Celebremus autem nos hic quoque sincère, ut debemus, o sacrosancte et a Deo collecte cœtus, lætum et illustrem et admirabilem diem festum ordinum ductoris Michaelis, qui animas et corpora beneficio afficit: et ei offeramus dona accepta et digna, et pios ei hymnos perpetuo non cœsemus psallere, ut ipse quoque moveat vehementiores intercessionem ad communem Dominum et Creatorem, ut nobis det veniam, qui multiplicium peccatorum humana imbecillitate circumdati sumus et miseria. Ad eum ergo clamemus et dicamus: **B**enigne minister benigni Domini, qui in mysteriis initias, Michael princeps militiæ, assiduus tuis apud Regem gloriæ intercessionibus, omnes tuos laudatores et fideles tuos famulos, cum per pœnitentiam, ut meliores evadant, deduxeris, et ut sanctos decet vivant, erudieris, illic colloca in statione justorum. Te enim omnis cœtus Christianorum, post Deum et intemeratam ejus Matrem, patronum habemus maximum et salutis defensorum. Te nostri auxilii arma validissima et mœnia adversus omnes hostes, tam qui in intelligentiam cadunt, quam qui sub sensum, opponimus. Te nostræ defensionis divinam et evidentissimam circumferimus gloriationem. Per te fideles reges

A assequentur trophæa victoriæ. Per te duces exercitus Christiani populi, vincunt et deducunt afficiunt phalanges gentium infidelium. Per te omnis gratia illuminans, et prædictio, et sapientia, et virtus ut est fidelibus hominibus. De cœtero ut qui habeas etiam quod potes, da etiam vicissim eventum petitionum. Protege semper et conserva vitam nostram pennis tuis archangelicis, et nos libera ab omni nocumento. Cura affectiones eorum qui ægrotant. Fac ut in auram evanescant, et dissolvantur spiritus eorum qui probris insultant et injuriis. Adhuc magis deprime et dejice elatum et gloriosum supercilium et magniloquentiam perversi et Dei hostis, et hominibus infesti Satanæ, et fac ut cessent et otiose reddantur improbæ ejus machinationes. Depelle dæmonum insidias, quæ adversus nos structæ sunt. Evelle, quæ ab inimico sata sunt zizania in agro Ecclesiæ. Purga veri Patris familias et Domini sementem. Oppugna, et ignominia affice, et dissolve cœtus eorum qui male sentiunt, et sunt impii. Nos perpetuo confirma et corrobora intercessionum tuarum defensionibus ad hoc, ut citra impedimentum faciamus Dominicam et divinam voluntatem: ut per tuam providentiam et defensionem digni habiti, qui vitam agamus in veritate et justitia, assequamur æterna Christi bona in regno colorum, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

⁴⁸ Tob. 1-xiv.

ANNO DOMINI MCCXL

MANUELIS CHARITOPULI

CP. PATRIARCHÆ

SOLUTIONES QUARUMDAM QUÆSTIONUM,

DE JURE PATRONATUS

DE TRANSLATIONE EPISCOPORUM.

Vide tom. CXIX, col. 807-815.

ANNO DOMINI MCCXL

GERMANUS II

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS

NOTITIA

(Loquien *Oriens Christianus*, tom. I.)

Manueli successit Germanus II, sapientissimus sanctissimusque vir, Callisto, imo et Acropolitæ cap. 42 aliisque Græcis, ex Anaplo Proponditis oriundus, piscatoris, ut ferebatur, filius; qui, cum Magnæ Ecclesiæ diaconus esset, Constantinopoli expugnata, in Achyrenæ monasterium S. Georgii Paneumorphi secesserat. Anno 1232, mensis Augusti die sexta, indictione v, acceptis litteris Manuelis Ducæ, Fpiri et Thessaliæ principis, synodum habuit aliquot metropolitaram, Christophori scilicet Ancyre Galatiæ, Joannis Nicomediæ, Nicolai Amastridis, Basilii Serrarum, Agapeti Lupadii et Melitopolis, Leonis Prusæ, Nicephori Pontoheracleæ, Leonis Pompeiopolis, Basilii Præconnesi, Georgii Didymothici; cujus synodi gesta indicantur a Lambecio ex cod. Cæsareo Græco 241, atque ad Manuelem Ducam ab ea delegatus dicitur Christophorus Ancyranus. Germano patriarchatum gerente, Joanne Batatzi imp., anno 1231, die 26 Aprilis concilium Nymphæsi in Bithynia habitum est, propter nuntios quatuor Romani papæ Gregorii IX, qui Ecclesiæ unionis restituendæ gratia advenerant; quorum duo ex ordine Prædicatorum, duo alii ex Minorum erant: cujus synodi acta Græca Latinaque exstant. Concilii nullus qui sperabatur exitus fuit: Gregorio tamen papæ Germanus patriarcha epistolam dedit. Nicephorus Callistus addit, Germanum contra Latinos scripsisse; ejusque profecto opuscula aliquot exstant, jejuna prorsus et inficeta, ut fere nullum aliud Græcorum deterius prodierit. Morti proximus monasticum institutum resumpsit, accito sibi *Georgii monachi* nomine; cumque Ecclesiæ suæ annos decem et octo præfuisset, vitam morte commutavit. Onuphrius in Chronico sex menses addit, eumque obiisse censet anno 1240. Ephræmius, quem Leo Allatius laudat lib. II *De consens.* cap. 14, in sua patriarcharum CP. Chronologia, quam versibus politicis composuit, hunc inter sanctos pontifices ascriptum tradit, quem proinde in tribus catalogis abesse per mirum est.

GERMANI II SCRIPTA.

(Ex Fabricii Bibliotheca Græca ed. Harles tom. XI.)

Scripta inedita.

- I. *De processione Spiritus sancti adversus Latinos.* Incipit: 'Εάν ὑμεῖς μένητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς καθαρὰ μοῦ ἴσση. Collegit auctoritates Patrum etiam Latinorum, Græcis tamen verbis expressas, teste eodem Allatio II, 14 pag. 712. Libro I contra Latinos, responsione 10 (a), citatur a Nic. Commeno p. 356 *Prænot. mystagog.* (b) Ex epistola ad patriarcham Cpol. Latinum (Nicolaum) Allatius p 300, 568, II. *De azymis* ad Theodorum Studitam juniorem, scriptum inficetum prorsus et inscitie plenum,

(a) S. *De Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis consensione*, cujus locum repetiit Lambec. III, p. 312 sq. HARL.

(b) Vindobon. in cod. Cæsar. LXIV, n. 27, est synopsis testimoniorum S. Scripturæ et SS. Patrum contra Latinorum hæreses et errores *de processione*

Spiritus sancti, azymis et baptisate ex Germani patriarchæ CPolitani, Niceæ residentis responsione ad epistolam papæ Gregorii IX. V. Lambec. III, pag. 318 sqq. ed. Kollar. Paris. in bibl. publ. cod. MCCCLXVII, ff. 2. Conf. Oudin *De script. eccles.*, III, p. 56. sqq. HARL.

judice Stephano de Altimura Ponticensi in Panoplia contra schisma Græcorum p. 358. FABR. Exstat in cod. Vindob. Cæs. modo laudato, et Paris, in bibl. publ. cod. MCCXV, n. 3, HARL.

III. *De purgatorio*, et IV. *De tribus modis administrandi baptismum*. Allatius I. c. pag. 712.

V. *Homiliæ plures et Catecheses*, cum *epistola ad Nicolaum grammaticum*, servatæ in codice Coisliliano, cujus notitiam ex eruditiss. Montfauconicatalogo pag. 391 hic apponere non gravabor. « Codex CCLXXVIII, olim CCCLXIII, bombycinus, xiv circiter sæculi, foliorum 236. Sancti Germani patriarchæ CP. Sermones et homiliæ.

« Fol. 4. S. Germani archiep. CP. Sermones. Primus in ordinatione ejus in patriarcham CP. init. : Πάλιν ἐπ' ἐκείναις χρίσμα καὶ πνεῦμα. FABR. Hic et sequens alique sermones quatuor, nec non epist. ad populum Cpol. postquam episcopus factus esset, et epistola ad *Nicolaum grammaticum*, qui ad partes Musulmanorum transierat, et scripta ignominiosa contra orthodoxam fidem vulgaverat, postea vero ad sanam mentem redierat, Oxon. in cod. Barocc. CXXXI. — Germani sermo, quando archiepiscopus ipse consecratus esset; ejusdem sermo indictionis initio; ejusdem homilia contra clericos avaros et parænesis ad parentes de liberis; homilia de sacra synaxi, et quod adhuc durant miracula, denique sermo in Annuntiationem B. Virginis, in Thomæ Gale cod. XLVI, f. 5880 cat. mss. Angl. vol II. HARL. — 2) Εἰς ἀρχὴν ἡμετέρας. Init. Χαίρειτε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἔρω. — 3) In Exaltationem S. Crucis. Init. Πάλιν εὐρητῆς μυστήριον, καὶ πάλιν. — 4) Epist. post ordinationem ejus. Init. Ἀδελφοὺμ πάλαι ἐκείνον τὸν ἐν προφήταις θάνατον. — 5) Ad Constantinopolitanos, contra Bogomilos. Init. Ἀνάγκη ἰλθεῖν τὰ σκάνδαλα. [Conf. Schroeckh. libr. cit. tom. XX, p. 475. HARL.] — 6.) Contra eos, qui conveniunt in ecclesiam. Init. Ἦδη μὲν ὁ τῆς ἡμέρας ὀφθαλμὸς ἤλιος. — 7) Cratiarum actio pro concursu populi, et contra vanitatem vitæ. Init. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ ποιῶν θαυμάσια. — 8) Gratiarum actio de Sampson, de Davide, et contra mæchos. Init. Ἡ ἴσπερ τὰ ἐν ἀύχμηρῶν φυτὰ, ὅταν μὲν ἀρδ. — 9) Πρὸς τοὺς ἰερωμένους, etc. Init. Τὸ τοῦ προσώπου ἐρύθημα. — 10) De misericordia et futuro judicio. Init. Ἐβουλόμην καὶ τὸ σήμερον καιρῶτερη. — 11) Quo scopo homo compositus factus sit, etc. Init. Ἀσπάζομαι σε, πρωτόιστων. — 12) De bono in Ecclesia ordine, etc. Init. Αἱ μητέρες ὅταν ἀπογαλακτίζουσιν. — 13) De eodem argumento. Init. Ἀδολεσχῆσω καὶ πάλιν, ἐν' ὑμῖν ἀσχολή. — 14) De præparatione ad mysteria accipienda. Init. Ἄλλ' οὐδὲ ὁ παλαιὸς ἐκείνος, καὶ τῆ σκιᾶ. — 15) De superhumerali summi pontificis, etc. Init. Ὁ μὲν νομικὸς ἐκείνος ἱεράρχης, καὶ τυπικὸς. — 16) Contra clericos inordinatos, etc. Init. Οὐκ ἀφύης ἐγὼ τὴν ποιμαίνω. — 17) De amore Dei erga homines, etc. Init. Τίς ἡ τυραννίς ἦν ἐκ τῆς πρὸς ὑμᾶς. — 18) Post reditum ex Lydia, et de condemnatione hæretici Leontii. Init. Λύει μου τὴν γλώσσαν ἢ παροῦσα πανήγυρις. — 19) Homilia κατασκευαστικῆ. Init. Ἡ μὲν ἀπολογία τῆς ἐμῆς ἐμῆς σιωπῆς. — 20) De conventu in Ecclesia, etc. Init. Τί ἂν ἀνθρώπος πάθοι ἐπιστάσιαν. — 21) Quod Deus multum curet de hominibus, etc. Init. Φέρε δὲ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν τεχνίτην. — 22) Cum Canicleus (a) diaconum percussit. Init. Ὡ γλυκεῖα ὄψις, ὦ γάνος ψυχῆς. — 23) De eodem Canicleo. Init. Οἶμοι ἐγὼ, μητὲρ, ὡς τὴν με ἔταξες. — 24) Ad populum, quod non semel per hebdomadem ad vigilias in ecclesiam concurrant. Init. Τί ποτε, ὦ ταρόντες, οἴσθε. — 25) Quod oporteat os psalmodiis sanctificare. Init. Κύριε, ἡγάπησα εὐπρέπεια οἴκου σου, κία. — 26) In parabolam cœnæ apud Lucam. Init. Ἐχει μὲν τῆς εὐαγγελικῆς περικοπῆς τῆς σήμερον. — 27) Gratiarum actio, quod incidit in morbum in adornanda hac homilia, et de mysteriis sacris. Init. Ὑπολαμβάνει μοι ἔπεισα, ὦ φιλοχρ. — 28) Homilia μεθεόρτιος Christi nativitat. Init. Τῆς περι λόγους μεγίστης πτωχείας μου. — 29) Hom. post festum Luminum. Init. Ὅν τρόπον ἐπιποθεῖ. — 30) Εἰς τὰ ἀπό κροσφαγίας. Init. οἶδα, ὡς ἐν θαύματι κίσειται τοῖς πολλοῖς. — 31) Homilia apologetica de diuturniore silentio. Ἀγαθὸν μοι, ὅτι ἐταπεινώσας με, ὅπως. — 32) Post nativitatem Christi et ante Lumina. Init. Χθες τοῖς λαμπροῖς γενεθλίοις τοῦ. — 33) In primam Dominicam Jejuniorum. Init. Ὡς ἐμεγάλυνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε. — 34) In infanticidium. Init. Τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὁ Θεός. — 35) De eodem festo. Init. Οἱ μικρολόγοι τῶν ἐστιατόρων. — 36) Alia sine titulo. Init. Ὁράτε, μὴ καταφρονήσητε ἐνός. — 37) Alia sine titulo. Init. Τῷ καιρῷ εἰσῆρχετο. — 38) In primam Dominicam Jejuniorum. Init. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ ἀκηνόματα σά. — 39) In secundam Dominicam Jejuniorum. Init. Ἦνυσται μὲν ἰδοὺ πῶν Θεῷ καὶ ἡ. — 40) In tertiam Dominicam Jejuniorum. Init. Ἡ μὲν τῶν εὐαγγελίων πανίερος βίβλος. — 41) In quartam Dominicam Quadragesimæ. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνθρώπος τις. — 42) In quintam Dominicam Jejuniorum. Init. Τὸν μὲν δὴ τῆς τεσσαρακοθημερον. — 43) In Dominicam ante nativitatem, et in tres pueros. Ἐπειδὴ πολυανθρωπότερον σήμερον τὸ ἀθροισμα. — 44) Quod non sit accedendum ad divinos et præstigiatores. Init. Χριστὲ ἀναξ ἀύτοσυμπαθὲς, αὐτόνουκτε. — 45) In tertia Dominica Jejuniorum et in sanctam Crucem. Init. Ἰδοὺ ἡ κλίνα Σαλομών ἐξήκοντα δυνατοί. — 46) Homilia sine titulo. Init. Ὁ-αν στραποπεδευόμενον ἐναυθα κατῖδω. »

(a) Ὁ Κανίκληος, vel ὁ Κανίκλης, vel ὁ Κανικλῆιον a Byzantinis scriptoribus is appellatur qui *caniculo*, sive atramento imperatoris præerat. Vas

enim illud, *caniculum*, a caniculis fictitibus sustentabatur. Vide Villosion in *Anecdosis Gr.* tom. II. p. 72. HARL.

« Deinde sequuntur catecheses ejusdem : Primæ catechesis initium : Οἵδεσθε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας. — Secundæ init. Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου. — Tertiæ catechesis init. Ἐρε τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινυοί. — Quartæ catechesis init. Τὴν ἀλλοίωσιν ἐλαίῳ. — Quintæ init. Ὅσοι τὸ πῶμα, ἔχει συν. Sine titulo, init. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ἐκείνος. — « Fol. 193. Epistola ad Nicolaum grammaticum, qui in Musulmanorum religionem se contulerat, etc. Hæc epistola est inter primam et secundam catechesim. Init. Εἶπα, ἐξαγαγέσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου. [« Vide paulo ante de cod. Coisl. ad n. 1. HARL.] ».

Hactenus codex Coisl. Ex his solæ editæ homiliæ quatuor, quibus asteriscum præfixi, 3, 34, 38 et 45.

VI. *Epistola ad Manuelem Ducam*, despotam Epiri et Thessaliæ, ms. in bibl. Cæs. [Vindob.] Inc. Ἡ τήματα νῆ τὰς σὰς ἀριστείας, ἡττήματα, πανευτυχίστατε Δέσποτα. Vite Lambecium V, p. 107 (a). Ubi etiam memorat Manuelis Ducæ epistolam ad Germanum, ad quam hic respondet, et in qua Germanum (b) ille vocat παναγιώτατον δεσπότην καὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ Χριστιανῶν ἀπλανέστατον ὁδηγόν.

Mandatum seu Commonitorium synodale, traditum Christophoro, metropolitæ Ancyrano, cum is ex synodo Nicæna A. C. 1232 celebrata tanquam legatus patriarchalis ad Manuelem Ducam esset profecturus. Ms. in eodem Codice Cæsareo, [n. 4, pag. 227 sqq., ubi conf. not. Kollarii, A.] sed posteriore parte mutilum. Incipit : Καὶρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους. [conf. Oudin. l. c. III. p. 59 sqq. HARL.

VII. *Oneirocriticon*. Lambec. V, p. 237., seq. sive p. 478 ed. Kollar. — Oudin. l. c. tom. III, pag. 61 et pag. 236, illam somniorum interpretationem in cod. Vindobon. pertinere arbitratur ad Nicephorum II patriarcham Cpol. a. 1250. Sed forsitan Lambec. tutius judicat, Nicephori oneirocriticon esse brevius, quam Germani, et ab hoc illum sua videri per compendium accepisse. — In Montfauc. Bibl. bibliothecar. mss. I, pag. 708. D, inter codd. bibl. Sfortianæ cod. sic citatur : « Germanum Cpol. scripsisse adversus eos qui dicunt, dæmones convertendos, meminit Photius. » HARL.

Scripta edita.

I. *Epistola ad Gregorium IX* papam Rom. de unione, quæ Latine sæpius prodiit inter Gregorii IX epistolas et apud Matthæum Paris, ad. a. 1237, cum alia Germani *id cardinales* epistola ; et apud Odo-ricum Raynaldum ad a. 1232, n. 46, et in conciliorum tomis, cum Gregorii IX responsione duplici, ut tom. IX Labbei, pag. 318, et tom. VII Harduin., pag. 149. Sed Harduinus primus etiam Græce dedit p. 1961 acceptam a Michaele Le Quien, qui ex codice regio MMDIII descriperat. Incipit : Ὁ Κύριε, σώσον δὴ ὁ Κύριε, εὐδωσον δὴ. Apud eundem Harduinum pag. 157-162. Græce et Latine exstat definitio apocrisiariorum Gregorii IX ad Germanum missa, quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat æqualiter hæc in codice Cæsareo apud Lambecium III, p. 118 (c) inscribitur : Ἐκθεσις τῆς ὁμολογίας τῆς πίσ-τεως τῶν Λατίνων συγγραφείσα καὶ ἀποσταλείσα παρὰ Γρηγορίου πάππα Ῥώμης πρὸς Γερμανὸν τὸν ἀγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. In eodem codice Cæsareo subjuncta Germani responsio Græce adhuc inedita : Τοῦ ἀγιωτάτου Γερμανοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἱεράς συνόδου ἀπάν-

(a) S. p. 225 sq. ed. Kollar. in. cod. CCLI, n. 2 et 3, et Oudin. l. cit. III, p. 58 sq. HARL.

(b) Nicephoro Gregoræ, Ἄνηρ συνετός, καὶ ἀρετῆ καὶ λόγῳ βίον κοσμήσας.

(c) Sive p. 305 sq. n. 24 et 25, in cod. LXIV ed. Kollar. Add. ibid. p. 311, n. 27. Synopsis argumentorum etc. supra de ineditis Germani II scriptis ad n. II citata : — Infra, in vol. XI pag. 530. ed. vet. — Schroekh. *Hist. Eccl. Christ.* tom. XXIX, pag. 414 sqq. — In codd. dudbus bibl. Sfortianæ secundum Montfauc. Bibl. biblioth. mss. I, pag. 706. D. E. Epistola Gregorii papæ ad patriarcham CPolitan. in qua loquitur ille de duplici gladio Ecclesiæ, temporali et spirituali. et usu utriusque; atque Germani, patriarchæ CPol. et synodi ejus disputatio de Spiritu sancto adversus legatos sedis apostolicæ. — Ibid. II, pag. 1319 C, n. 36, papæ epist. ad patriarch. CPolit. ejusque ad ipsum *super unione*, *Manuele* imperatore; — et n. 44-45 inder codd. Mazarin. Germani epist. ad Gregorium papam; Gregorii papæ ad ipsum: Fratrum Minorum, legatorum Romani pontificis, fidei editio; Germanii cum iis disputatio. — Oxon. in cod. Baro. XCI, Germani CPol. patriarchæ epistola ad papæ Romani legatum qui presbyteros quosdam Græcos male tractaverat, et in carcere detinuerat: inc. Δέσποτα. — Ibid. in

cod. Guil. Laudi LXXVIII, n. 18-21. (sive n. 720 cat. codd. Angliæ etc., tom. I.) Germani ep. ad Gregorium papam; Gregorii papæ ep. ad Germanum; Determinatio *Fratrum Minorum*, f. confessio de processione Spiritus sancti a Patre Filioque, etc., et Germani ac synodi, quæ cum ipso, oppositio adversus Phræmenarios, a Gregorio papa missos reliquosque — ibid. inter adversaria mss. Gerardi Langhæni (cat. cit. pag. 268, n. 6). Germani epistola ad Latinorum CPolipatriarcham, græcossacerdotes, ut papæ in supplicationibus memoriam faceret, cogentem. — Paris in bibl. publ. cod. CMLXX, n. 4, Gregorii papæ fidei expositio missa ad Germanum; n. 5, Germani responsio ad illam expositionem, et Gregorii ad legatos Minoritas: ibi de processione Spiritus sancti imprimis disputatur. — In cod. MCCLVII, n. 1, Gregorii expositio, etc. et n. 3, Germani et synodi, cui præerat responsum, quo Latinorum dogma de processione Spiritus sancti refutatur. — Venetiis in bibl. Marc. cod. DLXXV, Gregorii papæ epistola ad Germanum, et hujus epistola ad illum Gregorium de unione: Ἀπάντησις τοῦ Γερμανοῦ, καὶ τῆ, σὺν αὐτῷ ἱεράς συνόδου πρὸς τοὺς ἀπο τοῦ παππα Γρηγορίου σταλέντας φραϊμενουρίους καὶ τοὺς λοιπούς. Inc. Εἶπατε ἡμεῖς, etc. V. cat. codd. Gr. Maro., p. 303. HARL.

τησις πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν τοῦ πάππα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου σταλέντας *Φρεμνουρίου* (α) καὶ λατρεύοντις περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Hanc Latine vulgavit Lucas Waddingus in *Annalibus ordinis Minorum*. diversam a priore Germani scripto de processione Spiritus sancti quod ex *Allatio paulo* ante memoravi, illiusque veluti summa ac compendium. Confer *Altimuram* pag. 359, 360. *Panopliæ contra schisma Græcorum*. FABR. Edita est Græce ex cod. Cæsareo Vindobon. a Franc. Carolo Altero, ad calcem editi libri: *Χρονικὸν Γεώργιου Φραντζῆ*, etc. Vindobon. Austr. 1796, fol., pag. 139 seq. Gregorii *ἔκθεσις* — missa ad Germanum. In fine: ὑπογραφαὶ τῶν ἀποκρισιαρίων. Pag. 140 seqq. sequitur Germani et synodi cum illo responsio, f. ἀπάντησις, etc., in qua multa et sacrorum et ecclesiasticorum scriptorum loca testimoniaque afferuntur. In præfat. autem pag. II seq. Alter. agit de codd. Vindobonensi atque Vaticano. HARL.

II. *Homiliæ variæ*. 1) *In infantes Belshemiticos*. Κυροῦ Γερμανοῦ εἰς τὴν σφαγὴν τῶν ἁγίων νεπίων, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου, ἀνεγινωσκομένη Κυριακῆ πρὸ τῶν Φώτων. Incipit: Τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Græce ex codice Augustano edidit David Hoeschellius inter homilias sacras variorum Patrum, Augustæ Vindel. 1586, pag. 154-181. FABR. De Germani homiliis et codd. in biblioth. Angliæ asservatis, in quibus illæ aliaque Germani scripta exstant, copiose agit Oudin. l. c. tom. III. pag. 61 seq. — In cod. Augustan. Vind. secundum Reiseri indicem mss. bibl. Augustanæ, pag. 8, n. 20, sunt septem sermones Germani, archiep. Cpolitani: 1) *In sepulturam Christi*, dictus die magni Sabbati; 2) *In annuntianam Mariæ*; 3) *In primam jejuniorum Dominicam*, deque imaginum restitutione; 4) *In venerationem vivificæ crucis*, dictus tempore jejunii; 5) *De infantibus, ab Herode occisis*; 6) *In exaltationem sanctæ Crucis*; 7) *In Dominicam ante Natalem Christi, deque tribus pueris in fornacem missis*. — Ex Germani sermonibus permultis plura collegit Macarius Chryscephalus in opere, Ῥωδικῆ in scripto, quod exstat in cod. Veneto CCCCLII bibl. Marc. Vide Villosion, in *Anecdosis Græcis*, tom. II, p. 72. — In indice ad hunc tomum, voc. *Germani*, citatur fragmentum ex quadam illius oratione, in qua explicatio allegorica arboris illius, in medio paradiso positæ. HARL.

2) *In exaltationem venerandæ crucis, et contra Bogomilos*. Εἰς ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ κατὰ Βογομιλων. Incipit: Πάλιν ἰορτῆς μυστήριον, καὶ πάλιν ὁ ἱμὸς λαὸς χορευτῆς μυστικός. Græce et Latine edidit Jacobus Gretserus tom. II *De cruce*, pag. 156-173. Ingolstadt. 1600, 4.

3) *In vivificam crucem, tertia Jejuniorum Dominica*. Τῆ τρίτῃ Κυριακῆ τῶν Νηστειῶν, καὶ εἰς τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν. Incipit: Ἴδοὺ ἡ κλίνη Σολομών. Græce et Latine apud eundem Gretserum, pag. 294-308.

4) *In adorationem Crucis, tempore mediæ Jejunii*. Εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιου σταυροῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς Μεσονηστειῆς. Incipit: Φωτίζου, Ἰερουσαλήμ. Græce et Latine apud eundem Gretserum, p. 308-311.

5) *In primam Jejuniorum Dominicam, et in sanctarum imaginum restitutionem*. Εἰς τὴν πρώτῃ Κυριακῆ τῶν Νηστειῶν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀναστήλωσιν. Incipit: Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων. Græce et Latine apud eundem Gretserum, pag. 549-565. In hac quoque homilia Bogomilorum mentio pag. 552. Ἡρώτησέ μὲ τις τῶν δαιμονοπροσώπων τούτων Βογομιλων· Διὰ τί, φησί, προσκυνεῖτε τοίχους, καὶ σανίδας καὶ ἄσβεστον καὶ διάφορα χρώματα; Latine exstat etiam ex Gretseri versione in supplemento Bibl. Patrum Morelliano Paris. 1639, tom. I, pag. 70, et in Bibl. Patrum Coloniensi a. 1618, tom. IX, et in Lugdunensi a. 1672, tomo XX. [V. cat. bibl. Leidens. pag. 44].

6) *In Dominici corporis sepulturam, et in magnum Sabbatum*. Λόγος εἰς τὴν θεόσωμον τάφην τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ῥηθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ μεγάλου Σαββάτου. Incipit: Σάββατον μὲν ἴσθι σήμερον. Græce et Latine vulgavit Combefisius tom. I auctarii novi, pag. 1469, 1524. Paris. 1648 fol. Latine ex Combefisii versione in tom. XX Bibl. Patrum edit Lugd. et in Bibliotheca Patrum concionatoria Combefisiana. FABR. In cod. antea citato Augustano Vindel. — Oxon. in cod. Baroc. CCXLI. — Vindobonæ in cod. Cæsar. LXIV, n. 20. V. Lambec. III, p. 299, Kollar. — Paris, in bibl. publ. codd. DCCCLIV, n. 14, et MCLXXXVI, n. 22. HARL.

[In dedicationem templi *B. Mariæ*, etc. Paris, in bibl. publ. codd. MCLXXXVI, n. 42; MCLXXXVII, n. 34, et MCXCIV, (1. Add. supra, vol. X, pag. 285 bis. HARL.)

In decollationem Sancti Joannis Baptistæ homiliam Germani a Combefisio editam tradit præstantissimus Caveus, lapsus memoria: Andreæ enim Cretensis, non Germani sermonem eo de argumento Combefisius publicavit. Andreæ etiam est, non Germani Idiomelon in Annuntiationis festum ab eodem Caveo memoratum.

III. *Epistolæ duæ* suo et synodi nomine missæ ad *Cyprios, eorumque archiepiscopum Neophytum, cum*

(a) Al. *Φρεμνουρίου*, *Fratres ordinis Minorum* intellige. [V. Jo. Meursii Glossar. Gr. barbar. voc. *Φρεμνοραϊός*.]

Οὐρανίας ἀψίδος ὀροφυργὴ Χριστὲ καὶ Ἐκκλησίας
δομητορ, σὺ με στερίωσον, ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ σῆ, τῶν
ἐφειτῶν ἢ ἀκρότης, τῶν πιστῶν τὸ στῆριγμα, μὴ
φιλόνηρωπε.

Τροπάριον.

Ἀπορρήξας ἐκ πάντων, ὀδυνηρῶς κράζω σοι πρό-
φθασον, θερμὴ προστασία, καὶ σὴν βοήθειαν δός μοι
τῷ δούλῳ σου, τῷ ταπεινῷ καὶ ἀθλίῳ, τῷ τὴν σὴν
ἀντίληψιν ἐπιζητοῦντι θερμῶς.

Ἐθανμάστωσας οὕτως νῦν ἐπ' ἐμοὶ, Δέσποινα,
τὸς εὐεργεσίας σου, Κόρη, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅθεν
δοξάζω σε, καὶ ἀνυμῶ καὶ γεραίρω τὴν πολλὴν καὶ
ἄμτρον κηδεμονίαν σου.

Καταιγίς με χειμάζει τῶν συμφορῶν, Δέσποινα,
καὶ τῶν λυπηρῶν τρικυμῖαι καταποντίζουσιν· ἀλλὰ
προφθάσασα χεῖρά μοι δός βοήθειας, ἢ θερμὴ ἀντί-
ληψις καὶ προστασία μου.

Ἀληθῆ Θεοτόκον ὁμολογῶ, Δέσποινα, σὲ τὴν τοῦ
θανάτου τὸ κράτος ἐξαφανίσασαν, ὡς καὶ φυσίζωος
ἐκ τῶν δεσμῶν τῶν ἄθου πρὸς ζωὴν ἀνήγαγες
εἰς γῆν με βρύσαντα.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, Θεο-
τόκε, ὅτι πάντες μετὰ Θεὸν εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς
ἀρρηκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεπον ἐν εὐμνεσίᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ
τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν καὶ ἴασον
τῆς ψυχῆς μου τὸ αἴλος

δ'. Ὁ εἰρμός.

Σὺ μου, Χριστὲ, Κύριός μου καὶ δύναμις, σὺ Θεὲ,
σὺ μου ἀγαλλίαμα, ὃ περὶ κυρίους κόλπους μὴ λιπὼν
καὶ τὴν ἡμετέραν πτωχείαν ἐπιστακνύμενος, διὸ σὺν
τῷ προφήτῃ Ἀββακὺμ σοι κραυγάζω, Τῇ δυνάμει
σου δόξα, φιλόνηρωπε.

Τροπάριον.

Καὶ ποῦ λοιπὸν ἄλλην εὐρήσω ἀτίληψιν ; ποῦ
προσφύγω ; ποῦ δὲ καὶ σωθῆσομαι ; τίνα θερμὴν
ἐξω βοήθην θλίψει τοῦ βίου καὶ ζήλαις, οἴμοι ! κλο-
μούμενος ; Εἰς σὲ μόνην ἐλπίζω, καὶ θαρρῶ, καὶ καυ-
χῶμαι, καὶ προστρέχω τῇ σκέπῃ σου, σώσον με.

Τὸν ποταμὸν τὸν γλυκερὸν τοῦ ἐλέου σου, τὸν
πλουσίαις δωρεαῖς δροσίσαντα τὴν παναθλίαν καὶ τα-
πεινήν, πάναγνε, ψυχὴν μου, τῶν συμφορῶν καὶ τῶν
θλίψεων καμίνῳ φλογισθεῖσαν, μεγαλύνω, κηρύττω
καὶ προστρέχω τῇ σκέπῃ σου, σώσον με.

Σὲ τὴν ἀγνήν, σὲ τὴν Παρθένον καὶ ἄσπιλον, μό-
νην φέρω, τείχος ἀπροσμάχητον, καταφυγὴν, σκέπην
κραταιάν, ὄπλισμα σωτηρίας, μὴ με παρίδῃς τὸν
ἄσωτον, ἐλπίς ἀπελπισμένων, ἀσθενῶν συμμαχία,
θλιβομένων χαρὰ καὶ ἀντίληψις.

Πῶς ἐξειπεῖν σου κατ' ἀξίαν θυνήσομαι τοὺς ἡμέ-
λους οἰκτιρμούς, ὦ Δέσποινα, τοὺς τὴν ἐμὴν πάντοτε
ψυχὴν δεινῶς θλιβομένην ὡς ὕδωρ περικυκλώσαν-
τας ; Ἀλλ' ὦ τῆς σῆς προνοίας καὶ τῆς εὐεργεσίας,
ἧς ἀφρόνως ὃ τάλας ἀπώλεσα.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, Θεοτόκε,
ὅτι πάντως μετὰ Θεὸν εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς ἀρ-
ρηκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεπον ἐν εὐμνεσίᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ

A

3. Hirmus.

Apsidis caelestis constructor, et Ecclesiae mode-
rator, Christe, tu me firma in amore tuo, summum
animae desiderium, fidelium fulcrum et adminicu-
lum, Deus misericors.

Troparium.

Ab omni malo, praesidio tuo benigno, me eripe,
et auxilium fer servo tuo humili et infortunato,
qui salutis spem in te uno ponit,

Miram te mihi praestitisti, Domina, Virgo, in
beneficiis quae in me contulisti ; quare magnificen-
tiam tuam laudibus atque hymnis celebrare nun-
quam desisto .

Tempestates, Domina, in me irruunt et ærum-
narum gurges me devorat ; sed tu manum mihi
auxiliatricem porrige, praesidium et adjutrix mea.

Veram te Deiparam confiteor, quae mortis impe-
rium abolevisti, et quae vi tua vivifica ex inferni
vinculis ad vitam hac in terra me revocasti.

Eripe nos servos tuos, o Deipara, e periculis.
Secundum Deum enim ad te ut murum inexpugnabilem
et adjutricem confugimus.

Respice, illustrissima Deipara, pro misericordia
tua ad miseria, quibus corpus meum tribulatur,
et animae doloribus medica adsis,

4. Hirmus.

Christe, Domine et Deus, exultatio mea, qui
pro divina tua misericordia paupertatem meam
res existi : ergo cum Ambacum exclamo : Virtuti
tuae gloria, misericors !

Troparium.

Ubi tandem aliud inveniam refugium ? quo con-
fugiam ? ubinam salvus ero ? quodnam auxilium
in vitae ærumnis et tribulationibus habebō ? Tibi
soli confido ; in te glorior ; sub alas tuas confugio.
Serva me !

Dulce flumeu misericordiae tuae, quo animam
meam ærumnosam ac humilem beneficiis recreavit ;
animam dico in malorum ac tribulationum
camino purificatam ; te magnifico, te carminibus
celebro. Salva me !

Te Virginem sanctam, immaculatam solam ha-
beo, murum inexpugnabilem, refugium salutis ; ne
te avertas a me misero, hominum desperantium
spes et propugnaculum, agrorum gaudium et con-
solatio.

Quomodo, o Domina, misericordias tuas pro
dignitate praedicabo, quae animam meam undique
vexatam, ut aquae insulam, circumdederunt ? o
sollicitudines, o beneficia, quorum ego miser jactu-
ram feci !

Eripe nos servos tuos, o Deipara, e periculis.
Secundum Deum enim ad te ut murum inexpu-
gnabilem confugimus.

Respice, illustrissima Deipara, pro misericordia

tua, ad miseras quibus corpus meum vexatur, et animæ doloribus medere.

5. *Hirmus.*

Cur me a Vultu tuo rejecisti, Lumen inaccessum? Tenebræ diræ me circumdant miserum. Sed ad me convertere, quæso, et vias meas secundum lumen mandatorum tuorum dirige.

Troparium.

Grato ex animo ad te clamo: Ave, Virgo Mater, salve, sponsa Dei; salve, refugium divinum; salve, velum et murus inaccessus; ave, præses, salvatrix eorum qui cum fide ad te confugiunt.

Qui, me odio habent, tela, enses et fossas in vanum apparant, ut miserum meum corpus dilacerent et in ima terræ deprimant. Tu autem ex eorum insidiis me libera,

Quodnam grati animi donum tibi offeram pro donis quæ infinita tua magnificentia in me contulit? Age, misericordiam tuam in me ineffabilem sine me prædicare et carmine celebrare.

Libera nos servos tuos, Deipara, e periculis. Tu enim, secundum Deum, murus noster æneus et refugium existis.

Respice, clarissima Deipara, pro clementia tua ad ærumnas quibus corpus meum tribulatur, et animæ doloribus remedium affer.

6. *Hirmus.*

Precationes effundo erga Dominum eique tribulationes meas aperio; ærumnis enim satiata est anima mea, et vita mea morti appropinquat, et jam precor, sicut Jonas: A malo, Domine, me libera!

Troparium.

Calamitatum nubes animam meam miseram et cor obscuraverunt, et tenebris replent. Sed tu, Virgo, quæ lumen inaccessum genuisti, vocationis tuæ divinæ instigatione hæc longe fuga.

Te in miseriis consolatricem et morborum medicam cognovi; te mortis destructricem et vitæ fluvium inexhaustum, et in omni tribulatione promptam et efficacem novi consolatricem.

Misericordiæ tuæ abyssum et miraculorum, quæ innumera perpetras, charitatisque in me inexhaustæ fontem non sileo, Domina, imo una cum omnibus prædico et alta voce annuntio.

Vitæ ærumnæ me undique circumdederunt, ut apes alveare, o Virgo, et miseriæ tela cor meum vulnerant. Sed te auxiliatricem et liberatricem obviam habeo.

Libera nos servos tuos, o Deipara, e periculis. Secundum Deum enim ad te ut murum inexpugnabilem et præsidem confugimus.

Respice, inclitissima Deipara, pro clementia tua, ad miseras quibus corpus meum vexatur, et animæ dolenti medere.

τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν, καὶ ἴασιν τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

ε'. Ὁ εἰρμός.

Ἴνα τί με ἀπώσω ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, τὸ φῶς, τὸ ἄδυτον; καὶ ἐκαλυψέ με τὸ ἀλλότριον σκότος τῆν δειλαίον, ἀλλ' ἐπίστρεψόν με, καὶ πρὸς τὸ φῶς τῶν ἐντολῶν σου τὰς ὁδοὺς μου κατεύθυνον, δέομαι.

Troparium.

Εὐχαρίστως βοῶ σοι, χαῖρε, Μητροπόρθει, χαῖρε, θιόνυμφε, χαῖρε, θεία σκέπη, χαῖρε, ὄπλον καὶ τείχος ἀπόρρητον, χαῖρε, προστασία καὶ βοήθη καὶ σωτηρία τῶν εἰς σὲ προστρέχόντων ἐκ πίστεως.

Οἱ μισούντες με μάτην βέβηκα καὶ ζήνη καὶ λάκκον ὑψήρπισαν, καὶ ἐπιζητοῦσι τὸ πανάθλιον σῶμα σπαράξαι μου, καὶ καταβιάσασαι πρὸς ἴην, ἴγνη, ἐπιζητοῦσιν, ἀλλ' ἐκ τούτων προφθάσασα σώσον με.

Τί σοι δῶρον προσάξω τῆς εὐχαριστίας ἀνθ' ὧν περ ἀπέλαυσα τῶν σῶν δωρημάτων, καὶ τῆς σῆς ἀμνηστῆτος χρηστότητος; Τοιγαροῦν δοξάζω, ὑμνολογῶ καὶ μεγαλυνῶ σου τὴν ἀγαθὴν πρὸς με συμπάθειαν.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τούσ δούλους σου, Θεοτόκε, ὅτι πάντως μετὰ Θεὸν εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς ἀρήκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεψον ἐν εὐμνηίᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν καὶ ἴασαι τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

ς'. Ὁ εἰρμός.

Τῆν δεῖξιν ἐχρεῶ πρὸς Κύριον καὶ αὐτῷ ἀπαγγεῖλω μου τὰς θλίψεις ὅτι κακῶν ἡ ψυχὴ μου ἐπλήσθη, καὶ ἡ ζυγὴ μου τῷ ἄδῃ προσήγγισε, καὶ δέομαι ὡς Ἰωνᾶς, Ἐκ φθορᾶς, ὦ Θεε, μὲ ἀνάγαγε.

Troparium.

Τὰ νέφη τῶν λυπηρῶν ἐκάλυψαν τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν καὶ καρδίαν, σκοτασμὸν ἐμποιοῦσί μοι Κόρη· ἀλλ' ἡ γεννήσασα φῶς τὸ ἀπόρρητον, ἀπέλαυσον ταῦτα μακρὰν τῆ ἐμπνεύσει τῆς θείας πρεσβείας σου.

Παράκλησιν ἐν ταῖς θλίψεσιν οἶδα καὶ τῶν νόσων ἰατροῦν σε γινώσκω, καὶ παντελῆ συντριμμένον, καὶ θανάτου καὶ ποταμὸν τῆς ζωῆς ἀνεξάντλητον, καὶ πάντων τῶν ἐν συμφοραῖς ταχινῆν καὶ ὄξειαν ἀπιληψιν.

Οὐ κρύπτω σου τὸν θυτὸν τοῦ εἰλίου καὶ τὴν βρύσιν τῶν ἀπείρων θαυμάτων καὶ τῆς πηγῆς τῆν ἀίνυαν ὄντως τῆς πρὸς ἐμὲ συμπαθείας σου, Δέσποινα ἀλλ' ἅπασιν ὁμολογῶ καὶ βοῶ καὶ κηρύττω καὶ φθέγγομαι.

Ἐκύκλωσαν αἱ τοῦ βίου με ζάλαι, ὡσπερ μέλισσαι κηρίον, Παρθένε, καὶ τὴν ἐμὴν κατασχούσκει καρδίαν, κατατιτρώσκουσι βέλη τῶν θλίψεων· ἀλλ' εὐροίμει σε βοηθὸν καὶ διώκτην καὶ ρύστην, πᾶσιν χραντε.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τούσ δούλους σου, Θεοτόκε, ὅτι πάντες μετὰ Θεὸν εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς ἀρήκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεψον ἐν εὐμνηίᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν, καὶ ἴασον τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

ζ. Ὁσίριμς.

Παῖδες Ἑβραίων ἐν καμίνῳ κατεπάτησαν τὴν φλόγα θηρσαλῶς, καὶ εἰς δρόσον τὸ πῦρ μετέβαλον, βοῶντες, Εὐλόγητός οἱ Κύριε ὁ Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας!

Τροπάριον.

Φῶς ἢ τεκοῦσα Θεοτόκε σκοτισθέντα με νυκτὶ ἀμαρτημάτων, φωταγώγησον σὺ, φωτὸς εὖσα δοχεῖον, τὸ καθαρὸν καὶ ἀμωμον, ἵνα πόθῳ σε δοξάζω.

Σκέπη γυνου καὶ προστασία καὶ ἀντιληψὶς καὶ καύχημα, Παρθένη, γυμνωθέντι μοι νῦν ἀπάσης βοηθείας, ἀβοηθήτων δύναμις καὶ ἐλπίς ἀπελπισμένων.

Ὁλη ψυχὴ καὶ διανοία καὶ καρδίᾳ σε καὶ χεῖρσι δοξάζω, ἀπολαύσας τῶν σῶν μεγάλων χαρισμάτων, ἀλλ' ὦ τῆς σῆς χρηστότητος καὶ ἀπειρῶν σου θαυμάτων!

Βλέψον ἰλέῳ ὀμματί σου, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν κάκουσιν ἣν ἔχω, καὶ δεινῶν συμφορῶν, καὶ βλάβης καὶ κινδύνων καὶ πειρασμῶν με λύτρωσαι ἀμτρήτῳ σου ἰλίει.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, Θεοτόκε, ὅτι πάντως μετὰ Θεοῦ εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς ἀρρήκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεψον ἐν εὐμενείᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκουσιν, καὶ ἴασαι τῆς ψυχῆν μου τὸ ἄλγος.

η. Ὁσίριμς.

Τὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ δοξαζθέντα καὶ ἐν βράτῳ τόκον τῆς Ἀσιπαρθένου τῇ Μωϋσῇ μυστήριον γνωρίσαντα Κύριον ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Τροπάριον.

Διὰ σπλάγγνα ἰλίους σου, Πάρθενε, μὴ παρίδης σιμνὴ ποντούμενόν με σάλη βιωτικῶν κυμάτων, ἀλλὰ δίδου μοι χεῖρα βοηθείας καταπονουμένῳ κακώσεσι τοῦ βίου.

Περιστάσεις καὶ θλίψεις καὶ ἀνάγκαι εὐροσάν με, Ἄγνη, καὶ συμφοραὶ τοῦ βίου καὶ πειρασμοὶ με πάντοθεν ἐκύκλωσαν, ἀλλὰ πρόστηθι μοι καὶ ἀντιλαβοῦ μου τῇ κραταιᾷ σου σκέπῃ.

Ἐν ταῖς ἐχλαῖς ἐφουρόν σε λιμένα, ἐν ταῖς λύπαις χαρὴν καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἐν ταῖς νόσοις ταχεινὴν βοήθειαν, καὶ ἐν τοῖς κινδύνοις ῥύστιν καὶ προστατίειν ἐν τοῖς πειρατηρίοις.

Χαῖρε, θρόνε πυρίμορφε Κυρίου, χαῖρε χρυσοῦ λυχνία, λαμπρὰς ἀσβεστοῦ, χαῖρε τῶν παρθένων δόξα καὶ μπτερόν ὠραίσμα καὶ κλίος.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, Θεοτόκε, ὅτι πάντες μετὰ Θεοῦ, εἰς σὲ καταφεύγομεν ὡς ἀρρήκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Ἐπίβλεψον ἐν εὐμενείᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκουσιν, καὶ ἴασαι τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

θ. Ὁσίριμς.

Ἐξέστη ἐπὶ τοῦτο ὁ οὐρανός, καὶ τῆς γῆς καταπλάγη τὰ πέριτα, ὅτι Θεὸς ὤφθη τοῖς ἀνθρώποις σωματικῶς, πατὴρ ἢ γαστήρ σου γέγονεν εὐρυχωροτέρα

PATROL. GR. CXL.

A

7. *Hirmus*.

Hebræorum filii in fornace flammam strenue exstinxerunt, et ignem ipsum in rorem transmutarunt, clamantes: Benedictus es Domine Deus, in sæcula!

Troparium.

Deipara, quæ lumem procreasti, nocte me peccatorum circumfusum illumina, quæ lucis es conservatrix pura et immaculata, ut ex intimo te corde glorificem.

Præsides mihi, Virgo consolatrix, qui omni auxilio destitutus sum; tu enim potentia tua egenorum auxiliatrix es et spes eorum qui jam de omnibus desperaverunt.

Ego omni ex corde ac mente et labiis te magnifico, cujus magnis donis fruor: o benignitatem tuam, o innumerabilium miraculorum quæ tu penetras, numerum indefinitum!

Respice oculo propitio miserum, in quo sum, statum, et pro infinita tua misericordia e miseriis, periculis ac tentationibus me eripe.

Erue nos, servos tuos, o Deipara, e periculis; quia secundum Deum, ad te ut murum inconcussum confugimus.

Respice, clarissima Deipara, pro misericordia tua, ad ærumnas quæ corpus meum obrunt, et animæ dolorosæ succurre.

8. *Hirmus*.

Dominum, qui in monte sancto et in robo Moysi Virginis partum mysticum indicavit, laudate et superexaltate in sæcula.

Troparium.

Ob misericordiæ quæ habes viscera, ne me undarum maris hujus vitæ immersum deseras, sed manum mihi auxiliatricem porrige ærumnis vitæ tribulato.

Miseriæ calamitates et rerum angustiae, o Virgo sancta, me invaserunt; ærumnæ autem vitæ ac tentationes me undique obruerunt; tu igitur mihi cum brachio tuo forti auxiliabunda adsis.

In tempestatibus tu mihi portus, in tristitia tu gaudium et lætitia ades; in morbis tu mihi promptam fers opem, e periculis me eripis; in tentationibus tu mihi liberatrix assistis.

Ave, throne ignite Domini: ave lumine aureum, lampas inextincta; ave, virginum gloria, matrum illustratio!

Eripe nos, servos tuos, e periculis; qui secundum Deum ad te ut murum inconcussum et munimen confugimus.

Respice misericorditer, illustrissima Deipara, ad morbos corporis mei, et animæ dolorosæ auxilium feras.

9. *Hirmus*.

Cælum obstupuit, terræ termini tremuerunt, quia Deus hominibus secundum carnem apparuit; venter autem tuus amplior quam ipsum cælum est

factus. Hanc ob causam angelorum et hominum A
chori te magnificent.

Troparium.

Ad quam, queso, aliam me convertam, sanctis-
sima? quo confugiam ut salvus fiam? quo profici-
scar! Quam consolationem, quam auxiliarem
reperiam? In te unam spero, de te sola glorior,
et ad te cum fiducia confugio.

Nemo sane, o Sponsa Dei, magnalia tua et
abyssum imperscrutabilem miraculorum tuorum
enarraverit, ob quæ ardentem te venerantur et om-
nes ut veram Dei Genitricem adorant. In hymnis
gratiarum referendarum officium implentibus mise-
ricordiam infinitam celebro, et magnam tuam vir-
tutem et beneficia in me tua omnibus prædico et
ex mente, corde, animo et voce annuntio.

Suscipe preces meas humillimas, et clamori meo
aures præbe, et lacrymas, vide et quæ te precor
annue; omnipotens enim es ut Domini omnipotentis
Mater, dummodo humilitatem meam respe-
xeris.

Libera nos, servos tuos, o Deipara, e periculis.
Secundum Deum enim ad te ut murum inexpugnabilem
et antistitam confugimus.

Respice, illustrissima Dei Genitrix, pro clemen-
tia tua ad miseras, quibus corpus meum vexa-
tur, et animæ tribulatæ doloribus remedium affer.

τῶν οὐρανῶν · διό σε, Θεοτόκε, ἀγγέλων καὶ ἀνθρώ-
πων ταξιαρχία μεγαλύνουσιν.

Tropæion.

Πρὸς τίνα καταφύγω ἄλλην, Ἀγνή; ποῦ κρη-
δράμω λοιπὸν καὶ σωθῆσομαι; ποῦ παρευθῶ; ποῖος δι-
εφέρω καταφυγὴν, ποῖαν θερμὴν ὀντίληψιν, ποῖαν
ἐν ταῖς θλίψεσι βοηθίαν; εἰς σὲ μόνην ἐλπίζω, εἰς σὲ
μόνην καυχώμαι, καὶ ἐπὶ σὲ θαρρῶν καταφύγομαι.

Οὐκ ἔστιν ἀριθμῆσασθαι δυνατὸν, μεγαλεῖα τὰ σὺ
Θεοτύφευτε, καὶ τὸν βυθὸν τὸν ἀνεξερεύνητον
ἐξεπέπν τῶν ὑπὲρ νοῦν θαυμάτων σου, τῶν τετελε-
σμένων διηνεκῶς τοῖς πόθῳ σε τιμῶσι, καὶ πίστει
προσκυνοῦσιν ὡς ἀληθῆ Θεοῦ λοχέτριαι.

Ἐν ὕμνοις εὐχαρίστοις δοξολογῶ, καὶ γεραιῶ τὸν
ἄμετρον ἔλεος, καὶ τὴν πολλὴν δυνάμιν σου πᾶσιν
ὁμολογῶ, καὶ τὰς εὐεργεσίας σου ἅς ὑπερῶκεν ὡς
εἰς ἐμὲ κηρύττω, μεγαλύνω ψυχῆ τε καὶ καρδίας καὶ
λογισμῶ καὶ γλώσση πάντοτε.

Τὴν δέησίν μου δέξαι τὴν πενιχρὰν, καὶ κλαυθμὸν μὴ
παρίδῃς, καὶ δάκρυα καὶ στεναγμὸν, ἀλλ' ἀντιλαβοῦ
μου ὡς ἀγαθὴ καὶ τὰς αἰτήσεις πληρῶσον · δύνασαι
γὰρ πάντα ὡς πανσθενούς Δεσπότου Θεοῦ μήτηρ, ἡ
νεύσεις ἔτι μόνον πρὸς τὴν ἐμὴν οἰκτρὰν ταπεινώσιν.

Διάσωσον ἀπὸ κινδύνων τοὺς δούλους σου, Θεοτόκε,
ὅτι πάντως μετὰ Θεοῦ εἰς σὲ καταφεύγομαι ὡς ἀρ-
ρηκτον τείχος καὶ προστασίαν.

Επίβλεψον ἐν εὐμνείᾳ, πανύμνητε Θεοτόκε, ἐπὶ
τὴν ἐμὴν χαλεπὴν τοῦ σώματος κάκωσιν, καὶ ἴασαι
τῆς ψυχῆς μου τὸ ἄλγος.

Theodori librum de communicatione naturali ex mss. producimus in Addendis.

ANNO DOMINI MCCLXI

METHODIUS MONACHUS

NOTITIA

(Angelo Mai, Script. vet. tom. III, p. 246.)

Dum Ephraemii Catalogum patriarcharum Byzantinorum Latinum facerem typisque excuderem, multa mihi in Vaticanis codicibus scripta prædictorum patriarcharum occurrebant luce sæpe digna, et quæ singulorum præsulum temporumque historiam augebant, resque apprime ecclesiasticas illustrabant. Ac tantum sanen numerum in manibus habeo epistolarum sermonum decretorum tractatum synodorum, ut peculiaris ex his scriptis tomus in hac mea collectione conficiendus postea videatur. Nunc, his omnibus præterminatis, unum delegi Methodii monachi libellum ineditum, quo nullum fere vidi aptius ad Byzantinæ sedis vices varias oculis subjiciendas. Scribendi autem opusculi hæc causa fuit; Michael VIII imperator Palæologus anno Christi 1261, post recuperatam Latinis ejectis Constantinopolim, Joannem III Ducænum Lascarin, qui pupillus a patre relictus in Michaelis veluti tutela adolescebat, cumque ipso postea regnaturus erat, immani scelere excæcavit, atque ita omni spe regni proturbavit. Rei atrocitatem tulit ægerrime Arsenius patriarcha Byzantinus; eoque processit, ut imperatorem Michaelē ab ecclesiastica communione removeret: qui mox culpam suam, ut par erat, profitens, cononicam absolutionem implorabat. Quam ubi parum credulus patriarcha indignabundusque negavit, coacta episcoporum synodo dedit operam Michael, ut Arse-

nus sededepelleretur, eique Germanus III substitueretur. Rem plenius cognoscere licet ex Arsenii testamento quod Cotelerius Monum. eccl. Gr. t. II p. 168, vulgavit. Germano item Josephi abbatis artificis expulso, Josephus ipse patriarchalem sedem, adnidente Cæsare, obtinuit. Interim Byzantina Ecclesia gravi schismate laboravit, dum alii Arsenio ut inique exauctorato studerent: alii, ut fit, Josephum patriarcham novellum sectarentur. Hoc animorum fervente æstu, atque in his ecclesiasticis motibus, Methodius monachus, ut schismati (quod sane pessimum, Ecclesiæ malum est) obviam iret, libellum scribendum censuit, quo demonstraret Byzantinam Ecclesiam, quanquam sæpe a præpotentia Cæsarium (de qua legendus est Lequinius Or. Ch. t. I, dissert. præv. cap. 17) contra æquissimas et sanctissimas canonum normas, pastores invita accepisset, nihilo tamen minus perpetuo cavisse, ne schisma in populo fieret; dummodo hi præsules orthodoxam fidem retinerent. In hoc scilicet vertitur totius summa opusculi; cujus notitiam seu titulum tradidit olim Allatius in Diatribæ de Methodiis, p. 383, neque tamen ubinam id latitaret nobis indicavit: mihi vero in Vaticanis codicibus deprehensum est, et typis dignum atque utile visum. Etsi enim idem argumentum anonymus alius auctor versavit, quem e codice Barocciano anno 1691 vulgavit Oxonii Humphredus Hodijs (a), Baroccianum tamen opusculum et brevius est, et ab hoc Vaticano satis diversum, ut legens comperi.

(a) Opusculi ab Humfredo editi titulus hic est: Anglicani novi schismatis redargutio seu tractatus ex historiis ecclesiasticis, quo ostenditur, episcopos, injuste licet depositos, orthodoxi successoris communionem nunquam refugisse. EDIT.

DE SCHISMATE VITANDO

LIBELLUS.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ Συλλογή ἐκ διαφόρων Ἀ
συνοπτικῶν βιβλίων, ὅτι οὐ δεῖ σχιζισθαι τοὺς
λαοὺς ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων ὀρθοδόξων ὄντων,
εἰ κατὰ τινα ἐγκληματικὴν περίστασιν ἢ χει-
ροτονία αὐτῶν προβῆ.

α'. Ἰστέον ὡς παραιτησαμένου μεγάλου Γρηγορίου
τοῦ Θεολόγου τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως καὶ
ἀναχωρήσαντος, Νεκτᾶριος πατριάρχης κεχειροτό-
νηται, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ μέγας Χρυσόστομος τούτου
ἐκβληθέντος ἀδίκως, Ἀρσάκιος ὁ τοῦ εἰρημένου Νε-
κταρίου ἀδελφὸς εἰς τὸν θρόνον ἀνήχθη παρά πᾶσαν
κανονικὴν παρατήρησιν οὐ μόνον διὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ
Χρυσοστόμου ἀδικον ἐξορίαν, ἀλλ' ὅτι, ὡς λέγεται,
καὶ ζηλοτυπούμενος πρὸς τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Νεκτα-
ρίου, ὤμοσεν αὐτῶ τὸν τῆς βασιλίδος θρόνον μὴδέ-
ποτε καταδέξασθαι. Μετὰ τούτον ἀνάγεται Ἀττικὸς Β
εἰς τὸν θρόνον, ἐπὶ τοῦ Χρυσοστόμου ζῶντος· εἴκοσι
γὰρ οὗτος ἐπιζήσας χρόνους τῷ θρόνῳ, θνήσκει.
Ἐλύθη δὲ τὰ σχίσματα τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ ζῶντος
Ἀττικοῦ τῷ συντάξει αὐτὸν τὸν θεῖον Χρυσόστο-
μον μετὰ τῶν ὀρθοδόξων πατριαρχῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς
διπτύχοις. Μετὰ Ἀττικὸν Σισίνιος· μετὰ τούτον Νε-
στόριος. Τούτου καθαιρεθὸς ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ,
Μαξιμιανὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως χειροτονεῖται
ἐπίσκοπος. Τούτου τελευτήσαντος, ὁ ἱερός ἐκ Κυζι-
κου μετατιθεῖται Πρόκλος εἰς Κωνσταντινουπόλιν
εἰδήσει καὶ συναινεῖσι τοῦ τῆνικαῦτα Ῥώμης ἀρχιε-
ρέως, ὡς ὁ Ζωναρᾶς ἱστορεῖ ἐν τῷ Χρονικῷ αὐ-
τοῦ (1)· καὶ ἀλλαχοῦ δε φέρεται. Ο δὲ θεῖος Προ-

METHODII MONACHI ex diversis libris synopticis
Sylloge, qua demonstratur haud oportere populos
ab orthodoxis episcopis semet se jungere, quan-
quam ex aliqua criminosa ratione electio eorum
processerit.

1. Postquam magnus Gregorius Theologus Con-
stantinopolitanam sedem abs se abdicatam dimisit
creatus est patriarcha Nectarius; et post hunc
Chrysostomus; quo inique expulso, Arsacius præ-
dicti Nectari frater ad sedem evectus est, sane
contra omnem canonicam regulam: non solum ob
injustum Chrysostomi exsilium, verum etiam quia
ut traditum est, sollicito ob æmulationem fratri
Nectario juraverat Arsacius nunquam se regiæ ur-
bis infulas fore recepturum. Arsacio successit, su-
perstite adhuc Chrysostomo, Atticus, qui nonnisi
post vicesimum episcopatus annum mortuus est.
Ecclesiæ vero schisma sublatum est, cum nondum
extincto Attico divi Chrysostomi nomen in sacra
Diptycha relatum fuit. Attico successit Sisinius,
huic Nestorius: quo decretis tertiæ synodi depo-
sito, Maximianus Constantinopoleos fit episcopus.
Atque hoc mortuo, transfertur Cyzico Constantino-
polim sanctus Proclus, sciente et comprobante qui
per illud tempus erat Romæ hierarcha, ut et Zo-
naras in Chronico narrat, et aliunde etiam com-
pertum est. Porro divus Proclus cum sancto Proclo
Alexandrino communicabat; neque is tantummodo
verum etiam præcessor ejus Maximianus, nec non

(1) Lib. XIII, 22. Notitiæ tamen hujus partem aliunde sumit Methodius, ut ipsemet innuit; nam Zonaras de Romani pontificis suffragio nihil dicit.

Sisinius et Atticus. Nemini enim adversabantur sive Cyrillus sive reliqui patriarchæ propter vel sedis translationem, vel alienam a summo jure canonico electionem. Neque vero episcoporum horum ordinationes a quopiam repudiabantur. Qui enim id fieri poterat, prædictis summatibus consentientibus?

2. Quod vero res ita se habuerit, cum aliunde constat, tum etiam ex epistola ad Nestorium sancti Cælestini papæ Romani palam fit, quæ incipit: « Aliquantis diebus vitæ nostræ. » Et paulo post: « Sanctæ recordationis Atticus catholicæ magister (2) fidei, et vere beato Joanni etiam ad ista successor. » Et multis interjectis: « Cur tamen ea quæ adversus hos tunc sunt acta, quærentur, cum certum sit illinc ad nos a catholico episcopo Attico tunc commentarios esse directos? » Idem ad clementem Constantinopoleos, atque ad tunc versantes ibidem, episcopos, presbyteros diaconosque scribens contra Nestorium, sic loquitur: « Nam ut a recentioribus inchoemus, quid non animos vestros magisterium edocuit sanctæ recordationis Joannis episcopi, cujus oratio catholicam astruens fidem toto orbe diffusa est? qui nusquam per doctrinam suam defuit, quia ubicunque lectus est, prædicavit. Illius diligenti prudentiæ constantia celebrata successit. Rexit enim sanctæ recordationis episcopus Atticus Christianum populum decessoris exemplo, et sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. » Cyrillus item in sua ad Nestorium epistola ait: « Testor, vivente adhuc beatæ recordationis Attico, scripsisse me de sancta et consubstantiali Trinitate libellum. » Sic ergo isti se gesserunt locutique sunt.

3. Quis vero ignorat, quod jam ego dicturus sum, nepellorum qui injustissimam sclestissimamque magni Chrysostomi depositionem curaverunt, principem fuisse Alexandrinum Theophilum, proximos autem huic Severianum, Gabalitanum, et Berrhoensem Acacium? Attamen hi post Chrysostomi obitum, quanquam apud Innocentium papam postulati fuerunt, tamen neque depositi sunt neque increpiti; quia pœnas propter Chrysostomum de ipsis sumendas Dei judicio papa permisit. Ipsum vero Theophilum quis a propria communione removit, qui omnium Chrysostomi calamitatum verbo operaque auctor fuit propter invidiam adversus hunc susceptum? Sane et in Patrum Vitis sic legimus: « Dixit sanctus Theophilus episcopus Alexandriæ. » Quod autem hos Ecclesia in venerabilium habeat patriarcharum atque pastorum numero, testimo-

(2) In Appendice prima ad jur. civ. Vat., p. 144 jam demonstravi, textum genuinum epistolæ hujus in codice antiquo Bobiensi habere *amator pro magister*, hic tamen sequi debeo Methodii lectionem *διδάσκαλος*, cujusmodi est in vulgatis Græcis editionibus.

κλος κοινωνικός ἦν τῷ ἁγίῳ Πρέσβητι τῷ Ἀλεξανδρείας οὐ μόνον δ' οὗτος, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ Μαξιμιανός, καὶ δὴ καὶ Σισίνιος, καὶ Ἀττικός. πρὸς οὐδένα καὶ γὰρ διεφέρουτο οὕτε Κύριλλος οἰκίολοι καὶ γὰρ πατριάρχαι ἕνεκα τῆς μεταθέσεως καὶ τῆς παρὰ τὴν κανονικὴν ἀκριβείαν χειροτονιῶν. Ἀλλ' οὐδαμῶς αὐτῶν ἐπαινουμένων;

β'. Καὶ ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος, δῆλον μὲν ἐξ ἄλλων, δῆλον δὲ ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κελεστίνου, πάππα Ῥώμης, ἕς ἢ ἀρχῆ. « Ἐφ' ἡμέρας τετὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν. » καὶ μετ' ὀλίγα « Αὐτίκα ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Ἀττικός, ὁ διδάσκαλος τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ ἀληθῶς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου καὶ εἰς ταῦτα διάδοχος. » καὶ μετὰ πολλά:

β. « Ὅμως διὰ τί τὰ κατ' ἐκείνων πεπραγμένα ζητῶνται, ὅποτε δῆλον ἔστιν ὅτι ἐκείθεν πρὸς ἡμᾶς παρὰ τοῦ τότε ἐπισκόπου τοῦ καθολικοῦ Ἀττικοῦ τὰ ὑπομνήματα ἀπεστῆλθη; » Ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τὸν κληρὸν Κωνσταντινουπόλεως γράφων καὶ εἰς τοὺς αὐτοὺς τότε διαγόντας ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ δικόνους κατὰ Νεστορίον, τάδε φησιν. « Ἴνα γὰρ ἀπὸ τῶν Νεσῶν ἀρξώμεθα, τί οὐκ ἐπέβαλεν ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς ἡ παιδείσις τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Ἰωάννου ἐπισκόπου; οὐ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη οἰκοδομῶν τὴν καθολικὴν πίστιν ὅς οὐδαμῶς κατὰ τὴν διδασκαλίαν ἀπῆν ὅπου γὰρ δὴποτε ἀνεγνωσθῆ, ἐκῆρυξε. Τὴν δὲ ἐκείνου ἐπιμελῆ σύνεσιν στερόβητος διαδεδομένη διεδέξατο· ἐκυβέρνησε γὰρ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπίσκοπος Ἀττικός τὸν Χριστιανικὸν λαὸν τῷ τοῦ προηγησαμένου ὑποδείγματι, καὶ ἐδίωξε τὰς ἱεροσύλους τῶν αἰρετικῶν μανίας. » Καὶ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον λέγει· « Ἐπ' ἀληθεία δὲ λέγω ὅτι καὶ περιόντος ἔτι τῆς τῆς μακαρίας μνήμης Ἀττικοῦ συντίθειται μοι βιβλίος περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσιῶν Τριάδος. » Καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα.

γ'. Ἐκεῖνο δὲ τίς οὐκ οἶδεν ὅ τι φημί; τῶν τῆς ἀδικωτάτων καὶ παρανομωτάτων τοῦ μεγάλου Χρυσοστόμου καθαιρέσεων ἐργασαμένων πρῶτος μὲν ἦν αἴτιος ὁ Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος· μετ' αὐτὸν δὲ ὁ Γαβαλῶν Σεβριανός, καὶ ὁ Βερόϊας Ἀκάκιος. Ἀλλ' ὅμως οὗτοι μετὰ τὴν τοῦ Χρυσοστόμου κοίτησιν ἐμφανισθέντες· Ἰνοκέντιῳ τῷ πάππῳ, οὕτε καθήρθησαν, οὕτ' ἐπιτιμήθησαν, τὴν ἀπ' αὐτῶν τοῦ Χρυσοστόμου ἐκδίκησιν τῷ Θεῷ τοῦ πάππα ἀναθιμένου (3). Αὐτὸν δὲ τὸν Θεόφιλον τίς ἀπεβάλλετο; τὸν πάντων τῶν κατὰ Χρυσοστόμου κακῶν αἰτίων (4) καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ γεγενημένον δια τὸν πρὸς αὐτὸν φθόνον· ὅποτε καὶ εἰς τὰ Πατερικὰ ἀναγνωσκόμενον οὕτως· « Ἐπεὶ ὁ ἅγιος Θεόφιλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας. » Ὅτι δὲ ἅγιοι τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσὶν οἱ προεργεμένοι καὶ ἀρχιερεῖς καὶ ποιμένες, ἀναγνωσκόμενοι καὶ εἰς τὰ συναξάρια ἐκκλησιῶν οὕτως. « Τῇ ἰδέσθαι

(3) Ergo falsa narrare videtur Nicophorus Callistus *Hist.* xiii, 34, apud quem Innocentius Theophilum anathemate percussit. Reapse illa Innocentii epistola a Callisto relata inter spurias ponitur.

(4) Non legitur ob causam αἰτίων.

κάθη τοῦ Ὀκτωβρίου μνήμη τῶν ἐν ἀγίοις Πατέρων ἡμῶν ἀρχιεπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως, Νεκταρίου, Ἀρσακίου, Ἀττικοῦ, καὶ Σισινίου. » Τροπαρίου ἤχος δ' · » Ω θεοφόροι κυβερνήται λαῶν, τῶν ὅλων κυβερνήτη Θεῷ ἐκτενῶς προσεύσατε, ἱεραρχικῶς ὁδηγοῦντες καὶ νῦν τὴν παίμνην ἡμῶν ἀνωθεν εἰρήνην αἰτήσασθε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν. »

δ'. Μετὰ Προκλον ὁ μέγας Φλαβιανός, ὁ τὸν ἀρχιμανδρίτην καθελὼν Εὐτυχῆ, τῆς Βυζαντίδος κατέστη ἐπίσκοπος· οὐ καθαιρέθεις ἐν Ἐφέσῳ γενομένη ληστρικῇ συνόδῳ, ἐπειδὴ καθίει τὸν Εὐτυχῆ ὁμόφρονα Διοσκόρου ὄντα, καὶ φονευθέντος, λαξ ἑναλαμένου αὐτῷ Διοσκόρου, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσι, Βαρσουμᾶ παρεληφέντος αὐτὸν εἰς ὑπερορίαν, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν σπαγῆναι αὐτὸν παρασκευάσαντος, Ἀνατόλιος ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον ἀνήχθη πρὸς Διοσκόρου· ὃς καὶ αἰρετικὸς ἦν, ἤπερ εἴρηται, καὶ φόνου αἰτίος τῷ ἀγίῳ γέγονε Φλαβιανῷ. Τούτου ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ καθαιρέθεις, οὔτε Ἰουδηνάλιος ὁ Ἱεροσολύμων, οὔτε τις ἄλλος τῶν συμπραξάντων ἐν Ἐφέσῳ Διοσκόρῳ ἐν τῇ ἀδικίᾳ μὲν καθαιρέσει τοῦ ἀγίου Φλαβιανοῦ, Ἀνατολίου δὲ οὐκ ἀνεπιλήπτῳ προβιβασία, κατεκρίθη ἢ ἐπιτιμῆθη τὸ σύνολον· ἄλλ' οὐδ' αὐτὸς Ἀνατόλιος, οὕτως, ὡς εἴρηται, χειροτονηθείς. Μαρτυρεῖ τούτου καὶ ἡ πρὸς τὸν βασιλεῖα Μαρκελιανὸν ἐπιστολὴ τοῦ παππα Λέοντος, γραφείσα διὰ τὴν τότε γενομένην παρακλήσιν τῶν ἐνοριῶν· φησὶ γάρ ἐν αὐτῇ ὁ πάππας Λέων οὕτως· « Διὰ δὲ τὸ προστεθῆναι αὐτὸν, ἤγουν τὸν Ἀνατόλιον, τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, εἰάσαμεν τὰ περὶ τῆς χειροτονίας αὐτοῦ ἀνεξέταστα. Ἀρκεσθήτω γοῦν ἐν τούτῳ, καὶ περαιτέρω μὴ προβαίνετω »

ε'. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἴσως ἂν τις ἐρῇ τῶν σήμερον πάντα ῥαδίως φθεγγόμενον, προφάσει τοῦ κυροῦ Ἀρσενίου ἐκείνου (5), οἱ γε καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες πᾶσαν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν διέφθειραν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνεστάτωσαν ὅσον τὸ κατ' αὐτούς, καὶ πάσας ἀγυαῖς καὶ οἰκίας ἐμφιλονείων καὶ μαχιῶν συζητήσεων καθεκάστην ἀναπιμπλῶντες· ὧν οἱ πλείους οὐδὲ εἰδῆναι δύνανται περὶ ὧν οὕτω μάχονται· ὅτι τι ταῦτα; ἄλλων ἀδικουμένων, ἄλλοι τὰς τῆς δίκης ἐξήγον μῆφους (6); οὐκοῦν ὅτι ἢ ὀλέγον ἢ οὐδὲν αὐτοῖς ἐμελλεκαθὼς εὐρίσκον τοὺς καιροὺς, τὰχα δὲ καὶ τὰ πράγματα ἔκρινον· τῆς οἰκείας ἐπιτιμίας ἐπιμονῆν, καὶ ὅτι καὶ τὸν πρὸς τινῶν ἱπαινον ἑαυτοῖς οὕτω περιπόουμένοι. Καὶ περὶ τῶν εἰρημένων τάχ' ἂν τις ταῦτα ἐρῇ· περὶ δὲ τοῦ τῆς οἰκουμένης λαμπτήρος Ἰωάννου τοῦ τὴν γλώτταν χρυσοῦ τί ἂν τις καὶ εἴποι; Οὐχὶ αὐτός ἐστιν ὁ φθονηθείς; οὐχὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀδικηθείς; Ἀλλ' ὅμως στάθμη τῆς ἀληθείας ὧν, τὴν μὲν ἀδικίαν ἦν ἔπαθε, τῷ Θεῷ ἀνέθετο, τῷ κρίναι μᾶλλον πᾶσαν τὴν γῆν· αὐτὸς δὲ, ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ μὴ σχισθῆναι φρονιζῶν τὸ

A nium dant ecclesiarum synaxaria, in quibus sic legimus: « Octobris die undecima, commemoratio sanctorum Patrum nostrorum Constantinopoleos antistitum, Nectarii, Arsacii, Attici, atque Sisinii. » Item troparium tono quarto: « O divi gubernatores populorum, apud communem gubernatorem Deum estote intercessores, pro vestro officio nunc etiam gregem vestrum coelitus dirigentes : pacem animabus nostris postulate. »

4. Post Proclum magnus Flavianus: is qui Eutychem archimandritam profligavit, Byzantinæ urbis episcopus exstitit. Is tamen in latrociniali Ephesi synodo, propterea quod Eutychem cum Dioscoro consentientem damnaverit, interemptus fuit; sive calcibus insiliente Dioscoro, sive, ut alii dicunt, a Barsuma in exsilium compulsus, atque inter eundem a sicariis interfici jussus. Tum Anatolius in Flaviani sedem a Dioscoro substituitur, homine, ut dixi, hæretico, et qui sancto Flaviano necem attulerat. Etsi autem Dioscorus a quarta synodo depositus fuit, attamen neque Juvenalis Hierosolymitanus, neque alius quisquam ex iis qui Dioscoro ad injustam sancti Flaviani depositionem, culpabilemque Anatolii promotionem, Ephesi faverant, nemo, inquam, vel damnatus est vel omnino objurgatus; ne ipse quidem ea, quam diximus, ratione ordinatus Anatolius. Testatur hoc epistola quoque Leonis papæ ad Marcianum imperatorem scripta de diæcesium per illud tempus commotione, ubi hæc leguntur: « Quoniam vero ipse (nempe Anatolius) orthodoxam fidem amplexus est, de ordinatione ejus quæstionem instituere prætermisimus. In hoc ergo rerum statu maneat, neque ulterius quidquam moliatur »

5. Verum ad hæc fortasse respondebit aliquis eorum qui tam intemperanter nunc obloquuntur, dominum illum Arsenium obtentui sumentes: qui omnem egressi modestiæ limitem, universam Dei Ecclesiam pessum dederunt, quique totum quoque terrarum orbem, quantum in ipsis est, permiscuerunt; qui fora omnia domosque contentiosis pugnacibusque quæstionibus quotidie onerant, quin tamen plerique eorum id, pro quo depugnant, intelligere queant; hi, inquam, dicent: Quorsus hæc? alii nunc sunt qui injuriam pertulerunt alii item qui pœnæ sententiam scripserunt: res autem parum vel nihil horum intererat: pro re nata judicarent: fortasse etiam hoc judicio æquitatis famam stabiliendam sibi putarunt, seque alicubi laudem consecuturos existimarunt. Sane in predicto negotio sie quispiam loquatur. Verum enimvero de mundi luce Joanne, lingua aurea prædico, quis ita dicere ausit? Nonne ipse invidiæ atque injuriarum tela perpetiebatur? nihilo tamen minus, cum esset veritatis exploratissimæ exemplar, inficiam sibi injuriam Deo permittebat, qui universi orbis judex

(5) De Arsenio et schismate ob ejus depositionem coorto dixi in prævia notitia opusculi.

(9) Intelligit judices qui Arsenium patriarchatu exactoraverunt.

futurus est: deque Ecclesie pace sollicitus, cavens- A que ne Christi corpus laceraretur, interrogatus a quadraginta suarum partium episcopis, quidnam eis in tanta injuriarum nequitia contemptuque canonum agendum suaderet, respondit orans simul atque adhortans, communicarent cum adversariis suis, ne schismatis, rei fieret. Reatum porro haud in eos contulit qui se inique et præter canones condemnauerant, verum his veluti ascripsit, qui sibi favebant, sanctis episcopis, nisi cum cæteris communicarent concordiamque servarent, videlicet, quia adversarii pariter orthodoxiam retinebant. idem sanctæ quoque Olympiadi in allocutione, quam templo egressurus atque in exilium profecturus habuit, hæc ait: « Fieri non potest, ut Ecclesia Dei sic viduata permaneat. Si quis ergo ordinatus fuerit, et tanquam patri subeste. neque secus ac mihi caput docile inclinate. » Hæc legentibus Chrysostomi Vitam explorata sunt. Sed de ea re hæc hactenus.

6. Imperator Anastasius, prout in Sabæ magni Vita descriptum est, Euthymio sede dejecto; qui Acephalorum hæresim, cujus ipse studiosus erat, non recipiebat, Macedonium huic substituit, quem consecraturus suum iudicabat. Sed quia orthodoxus vir apparuit, ipse quidem confestim sede atque urbe pellitur; ordinatur autem Timotheus: qui pariter brevi expellitur ab impio Cæsare, quia orthodoxus deprehensus est. Atque hi fortunam ejus modi experti sunt. Interim vero sanctæ urbis patriarcha sanctus Helias, his auditis, angebatur quidem animo propter injustam prædictorum patriarcharum depositionem: nihilo tamen minus communicabat cum nuper electo post præcessoris expulsionem, quoniam uterque orthodoxus erat. Quin adeo ab hujusce hæreseos viribus divus quoque hic Helias propria sede detractus in vincula conjectus est: ipsi autem substitutus Joannes qui hæresi consentiebat, et ab imperatoris sententia non discedat. Verum tamen hic Joannes divi Sabæ familiaris amicusque erat; cujus obtemperans admonitionibus ab hæretica sententia sectaque statim recessit, fidemque Heliæ sanctorumque Patrum Sabæ ac Theodosii toto animo amplexus est.

7. Etenim cum aliquando imperiali mandato cunctus de more populus, monachorumque innu- D mera multitudo in sancti protomartyris templo coivisset; tanquam si patriarcha Joannes anathema iis dicturus esset qui synodum quartam admitterent, Severum Acephalum repudiarent; id enim se facturum promiserat ministris regiis Joannes; am-

(7) Intellige Palladii Dialogum de Vita S. Joannis Chrysostomi ed. Montf. tom. XIII, cujus videsis pag. 28 et 36. Cæterum Palladius ait, Chrysostomum præcepisse Olympiadi ut subesset futuro post se episcopo, ita tamen si ille consensu omnium electus esset, et reluctans nedom ambiens, Kai õs õn õκων õχθῆ ἐπὶ τὴν χειροτονίαν, μὴ ἀμβιτεύσας τὸ πρᾶγμα, κατὰ συναίνεσιν τῶν πάντων. Quas recipiendi

σῶμα Χριστοῦ, τοῖς μετ' αὐτοῦ οὐσί τεσσαρῶντα ἐπισκόποις ἐρωτήσας, περὶ τοῦ τί χρὴ ποιεῖσθαι τοὺς ἐν τοῖς οὕτω κατ' αὐτοῦ πραχθεῖσιν ἄδικω, καὶ παρὰ πάσαν κανονικὴν διάταξιν, ἀπεκρίσθη, παρακαλῶν ἅμα καὶ προτροπόμενος, Κοινωνήσατε, φησὶν, αὐτοῖς, ἵνα μὴ αἴτιοι σχισμάτων ἔσεσθε· καὶ τὴν αἰτίαν οὐ τοῖς ἄδικω καὶ παρὰ κανόνας αὐτοῦ κατακρίνασιν ἐπιγράψεν, ἀλλὰ τοῖς οὐσί μετ' αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἁγίοις ἀρχιερεῦσιν, ὅν μὴ ἐκείνοι συνελθῶσι καὶ συγκοινωνήσωσι. Καὶ πρόδηλον πάντως διὰ τὸ κἀκείνους τῆς ὀρθοδοξίας ἀντιποεῖσθαι.

Ὁ αὐτὸς καὶ πρὸς τὰς περὶ τὴν ἁγίαν Ὀλυμπιάδα ἤδη τοῦ νεῦ ἐξερχόμενος καὶ πρὸς ἐξορίαν ἕποπεμπόμενος οὕτω φησὶν. « Ἀδύνατον οὕτως εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Εἴ τις οὖν προδῆ, ὡς πατρὶ αὐτῷ ὑπατάγητε, καὶ ὡς ἐμοὶ τὴν κεφαλὴν ὑπελίκατε. » Τηῦτα οἱ ἀναγινώσκοντες τὸν αὐτοῦ βίον ἴσασιν (7). Καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλλοις.

ς. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀναστάσιος, ὡς ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Σάβα ἀναγέγραπται βίῳ, τὸν Εὐθύμιον (8) τοῦ θρόνου καταγαγὼν, τὴν τῶν Ἀκεφάλων μὴ παραδεχόμενον αἵρεσιν, τὸν Μακεδόνιον ἀντ' αὐτοῦ προτονηθῆναι παρεσκύεασεν, ὁμόφρονα αὐτοῦ τοῦτο εἶναι οἰόμενος. Ἐπεὶ δὲ ὀρθόδοξος ἦν ὁ ἀνὴρ, αὐτῷ μὲν αὐτίκα τοῦ χρόνου καὶ τῆς πόλεως ἐξορίζεται. Τιμόθεος δὲ ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται· ἀλλὰ τὰχιον καὶ οὗτος ἐξοστρακίζεται παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως· ὀρθόδοξος γὰρ εἶναι εὐρηται. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ τῆς ἁγίας πόλεως ἀρχιερεὺς, ὁ ἅγιος Ἡλίας, ταῦτα ἀκούων ἤχθητο μὲν, φησὶ, τὴν ψυχὴν, τὴν ἄδικον ἀποδεχόμενος τῶν εἰρημίων ἀρχιερέων ἐκβολὴν· ἐδέχθη μὲντοι τὸν χειροτονούμενον μετὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ ἐκβληθέντα, τῷ καὶ αὐτὸν ὀρθόδοξον εἶναι, ὡς καὶ τὸν πρότερον. Ταύτης τῆς αἰρέσεως ἕνεκα καὶ ὁ θεὸς οὗτος Ἡλίας τοῦ οἰκείου καταβιβασθεὶς θρόνου, εἰς φυλακὴν κατεκλείσθη· ἄντ' αὐτοῦ δὲ προεβλήθη Ἰωάννης, συνθέμενος τῇ αἰρέσει, καὶ σύμφρων γενόμενος τῷ βασιλεῖ. Οὗτος ὁ Ἰωάννης συνήθησεν ἦν καὶ φίλος Σάβα τῷ θεῷ· οὐ καὶ τὴν ὑποθήκας διεξάμενος, τοῦ αἰρετικοῦ μὲν φρονήματος καὶ σεβιάματος ἑαυτὸν συντόμως ἀπέστησε· τῇ Ἡλίου δὲ πίστει καὶ τῶν θείων Πατέρων Σάβα καὶ Θεοδοσίου ὅλον ἑαυτὸν ὅλη ψυχῇ ἐδέδωκε.

ς. Καὶ δὴ ἐν μιᾷ προσταγῇ βασιλικῇ συνθέντος πᾶς ὁ λαὸς καὶ τῶν μοναχῶν πληθὴ ἀπειρα ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Στεφανοῦ τοῦ πρώτου ἐν μάρτυσιν ἱερῷ σπηεῖ ἤθροιστο, ὡς μέλλοντος δῆθεν ἀναθεματίσαι τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοὺς τὴν τετάρτην σύνοδον δεχόμενους, Σευῆρον δὲ τὸν Ἀκεφάλον μὴ παραδεχόμενους· τοῦτο γὰρ ἦν ἤδη ποιῆσαι τοῖς τοῦ βασιλέως ὁ

episcopi condiciones nescio cur Methodius retinuerit. Palladii locum recitat etiam Baronius tom. VI ad an. 404 .n. XLI.

(8) Cum Methodio scribit *Euthymium* etiam anonymus Baroccianus; sed dicendum esse *Euphemitum*, prorsus constat ex historia; et sic recte habet e *iam Ephraemius* v. 1060 et 9756.

Ἰωάννης ὑποσχέθεις· ἀνάχθη οὖν ὁ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ἁμβωνος· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Σάβας καὶ Θεοδοσίος οἱ τῶν μοναχῶν ἐξαρχοὶ, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως πρόμαχοι· ἐστῆτην οὖν ἄμφω τοῦ πατριάρχου παρ' ἑκάτερα· Παρῆν δὲ τῷ νεῷ καὶ τοῦ βασιλέως ἀνεψιὸς Ὑπατικός τῆς αἰχμαλωσίας τὸτ' ἐπανασθθεὶς. Ἐφέμιστο τὰς ὑποσχέσεις ὁ Ἰωάννης ἄς πρὸς Ἀναστάσιον ἐποιήσατο ταῖς ὑποθημοσύναις Θεοδοσίου καὶ Σάβας· ἐξερῶντες καλῶς ποιῶν τὸ ἀνάθημα κατὰ τῶν μὴ δεχομένων τὴν τετάρτην οἰκουμένην σύνοδον μετὰ τῶν πρὸ αὐτῆς τριῶν· ἀπεβάλετο Σενήρον, ἀπεβάλετο Ἀκεφάλους, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τὰ τῶν αἰρετικῶν φρονούντας. Ἠσχύνθησαν οἱ τὰ τοῦ βασιλέως φρονούντες καὶ τῷ θείῳ παρόντες νεῷ· ἠνδρίσθησαν οἱ ὀρθόδοξοι, καὶ τῷ πατριάρχῃ αὐτίκα πανδημῆ προσετέθησαν, τῆς μὴ κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας χειροτονίας αὐτοῦ μὴ φροντίσαντες. Ἦν οὖν, φησὶν, ἕκτοτε Σάβας ὁ μακαρὴς καὶ Θεοδοσίος τὸ σέβας ἀπονέμοντες καὶ τὴν τιμὴν τῷ πατριάρχῃ Ἰωάννῃ μὲν ἐν τῷ θρόνῳ καθιζομένην ὡς ὀρθόδοξον γεγονότι, Ἠλία δὲ πάλιν ὡσαύτως κατακλίστῳ ὄντι ἐν φυλακῇ τῆς ὀρθῆς ἐνεκα πίστεως, τὸν ἱερόν πάντως Ἠλίαν ἐκμιμησάμενοι· οὕτω γάρ αὐτὸς προτερῆν πρὸς Κωνσταντινουπόλεως Εὐθύμιον (9) τε καὶ Μακεδόνιον, καὶ τὸν ἀπὸ σχολαστικῶν Ἀντιοχείας ὄντα ἀποκρισιάρχιον καὶ πρὸς τοῦτοις διετέθη Τιμόθειον (10).

η'. Ἀλλὰ καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὸν ἅγιον Εὐθύχιον τοῦ θρόνου καταγαγὼν, ἐξόριστον ἐποίησατο ἐν τῇ εἰς τὴν Ἀμάσειαν αὐτοῦ μονῇ· καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ δὲ θρόνον ἀνήγαγεν Ἰωάννην· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς δεκτὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐστίν, ὀρθόδοξος ὢν. Ἀλλὰ καὶ Ἀνθίμου τοῦ ἐκ Τραπεζούντος μετατεθέντος εἰς τὸν τῆς βασιλείδος θρόνον παρὰ τοῦ βασιλέως, εἶτα καθαγιασθέντος πρὸς τοῦ πάππα Ἀγαπητοῦ διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν μεταβαλεῖν τὴν αἵρεσιν, Μηνᾶς ὁ θεῖος χειροτονῆται· οἱ δὲ παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντες ἐδέχθησαν, τὴν αἵρεσιν ἀποθιμένοι· τὰ Σενήρου γὰρ ἦν φρονῶν ὁ Ἀνθίμος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τῶν Μονοθελιτῶν κακίστη αἵρεσις ἐπεκράτησε, τίς μετὰ ταῦτα τῶν ἐξ αὐτῶν χειροτονίαν δεξαμένων οὐκ ἐδέχθη ἐν τῇ ἕκτη συνόδῳ, ἧς ἠγόοντο Ἀγάθων πάππας Ῥώμης, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Θεοφάνης Ἀντιοχείας, μόνον εἰ τὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισε, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ προσετέθη πίστει; Ἀλλὰ καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινόμητος Κἀλλίστος (11) μὲν τὸν ἀγιώτατον Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἀδίκως καθεῖλε τοῦ θρόνου, καὶ τῆς πόλεως ἐξόριστον εἰς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην πρότερον ἀποτυφλώσας τέθεικε· τὸν δὲ ἐγκλειστον Κύρον ἐκ τῆς πόλεως Ἀμάστριδος ἐνεγκῶν, εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον ἀνήξεν, ἐπειδὴ προεῖπεν αὐτῷ τὴν εἰς τὴν πόλιν πάλιν ἐπάνοδον, καὶ τὴν τῆς βασιλείας αὐτῆς ἀνάληψιν. Φίλιππικός δὲ ἡ καὶ Βαρδάνης τῆς βασιλείας τετυγχκῶς, καὶ τὴν ἕκτην οἰκουμένην σύνοδον ἀκρώσας, ὡς εἶδοξε, σύνοδον ἀθροίσας ὁ μάταιος κατ' αὐ-

(9) Nempe *Euphemium*, ut jam dixi.

(10) Hic tamen *Timotheus* creditur fuisse hæreticus.

bonem patriarcha conscendit, cum eoque Sabas ac Theodosius monachorum summates fideique orthodoxæ propugnatores, qui ex utroque latere patriarchæ astiterunt. Aderat in templo nepos quoque imperatoris Hypaticus captivitate nuper redux. Tum vero fefellit prorsus Joannes promissam Anastasio fidem, consiliis Theodosii obtemperans atque Sabæ. Etenim sublata voce anathema egregie dixit iis qui œcumenicam quartam synodum cum prioribus tribus non reciperent; Severum, Acephalosque, atque omnes omnino hæreticos execratus est. Tum enim pudore suffusi sunt quotquot regiarum partium studiosi in templo aderant; orthodoxi autem fiduciam receperunt, et patriarchæ omnes adhæserunt, insuper habentes quod præter canones sacros ordinatus fuisset. Ex eo igitur tempore beatus Sabas ac Theodosius honorem venerationemque patriarchæ Joanni exhibebant sedem occupanti, quia jam orthodoxus erat: simulque Helix qui rectæ fidei gratia carcere tenebatur. Quia in re ipsum prorsus sanctum Heliam imitabantur: sic enim et ipse superiore tempore cum Constantinopolitanis Euthymio Macedonioque se gesserat; postea vero cum Timotheo, scholastico olim Antiocheno et apocrisiario, æque communicaverat.

8. Justinianus quoque imperator sanctum Euthychium sede dejectum ad Amasæe monasterium relegavit, eique Joannem subrogavit; quem item Ecclesia, quia orthodoxus erat, admisit; prætereaque Anthimum e Trapezuntis Ecclesia ad regiæ urbis infulas translatum ab eodem imperatore. Et quanquam deinde Anthimus ab Agapeto papadepositus fuit, propterea quod hæresim retineret, divusque Mennas subrogatus; ordinati tamen ab Anthimo sacri viri, ad communionem admissi sunt quotquot hæretico errori valedixerunt: Severi enim hæresim fovebat Anthimus. Postquam vero Monothelitarum pessima hæresis exorta est, quemnam ab his ordinatum sexta synodus non admisit (cuj cæteroqui præerat Agatho Romanus papa, Georgius Constantinopolitanus, ac Theophanes Antiochenus) si modo hæresim ejuravit, orthodoxamque fidem professus est? Item Rhinotmetus Justinianus Callistum sanctissimum Constantinopoleos episcopum injuste depulit sede, regiaque urbe fugatum et excæcatum ad veterem Romam ablegavit: Cyrum autem monachum inclusum, ex Amasstride urbe accitum, in prædicti statione collocavit, quia prædixerat ipsi reditum in regiam urbem, atque imperii recuperationem. Philippicus vero Bardanes imperium adeptus, et sextam synodum antiquavit, ut ipse putabat, celebrato stulte adversus eam concilio (id enim se facturum promiserat Callistratici cænobii monacho qui ei imperium ominatus fue-

(11) Imo hic dicitur *Gallinicus* ab Ephræmio, anonymo Barocciano, aliisque.

rat); et patriarcha exauctorato. Joannem consecra-
neum suum elegit, qui fervidus nefarie Monothe-
litarum hæreseos amator erat. Artemius autem,
qui et Anastasius dicebatur, cum regium sceptrum
affectavisset, Cyzico transtulit ad regie urbis se-
dem sanctum Germanum, Joanne ejeoto, qui ad-
versus sacram sextam synodum, ut dixi, fure-
bat.

ἅγιον Γερμανὸν μετέθηκε, κατασπάσας τὸν Ἰωάννην, τὸν
τήσαντα.

9. Ex quo autem arcanis Dei judiciis Leo Isau-
ricus imperii habenas corripuit, postque nonum
regni sui annum iconomachiam commovit, is san-
ctum quidem Germanum, objugationum ejus im-
pations, extorrem fecit, sedemque metropoleos
Anastasio concessit. Jam quinquaginta et septem
annorum intervallo, quo iconomachia debacchata
est, complurium, ut necesse erat, hujus metropoleos
patriarcharum successio fuit: donec ætate patriar-
chæ Tarasii, regnantibus Irene magna cum filio
Constantino, septima synodus coaluit; cujus tamen
jussu nemo depositus est, qui ab Iconomachis or-
dinationem accepisset, si modo sectam ejuravit;
exceptis hæreseos auctoribus et antesignanis, vel si
quis ad finem usque pertinaciam retinuit. Sed ecce,
post religiosissimum Curopalatum imperatorem,
Leo Armenius occupata tyrannide, consopitam icon-
omachiam suscitavit, sanctumque Nicephorum
erepto pedo in exsilium pepulit. Leoni successit
Michael Balbus, huic filius Theophilus. Cunctis au-
tem sex et viginti annis, quibus hi hæretici ty-
rannidem exercuerunt, nemo fere orthodoxus existi-
tit patriarcha. Verum tamen post Theophili obitum
magna Theodora patriarcham fecit Methodium san-
ctissimum; qui quidem, suffragatore inter cæteros
consiliique auctore magno ascetico Joannicio, ut in
hujus Vita legere est, cunctos ab hæresi resipi-
scentes iu communionem recepit.

10. Nunc animum attende ad ea quoque scan-
dala quæ Ecclesiæ propter improbissimum contu-
macemque Josephum, ipsius Ecclesiæ æconomum,
acciderunt, Tarasii et Nicephori patriarcharum
sanctissimorum, nec non Theodori Studitæ, tem-
poribus. Hic enim Josephus, cum Constantinus ma-
gnæ Irones filius repudiata uxore adulterinam
aliam per nefas toro reciperet, Josephus, inquam,
nuptiis benedixit contra sancti Tarasii velitum:
a quo Josephus improbus excommunicatus est, non
tamen in perpetuum: etenim invitus licet plane-
que nolens Tarasius coactus est illum rursus in
communionem recipere a Constantino imperatore;
qui impiam iconomachiam feliciter compressam,
suscitaturum se scelestè minabatur, nisi qui bene
dixerat nuptiis suis Josephum patriarcha recipe-

A τῆς (τούτου γὰρ ἦν ὑποσχεθεὶς τῷ ἐν τῇ τοῦ Καλλι-
στράτου μονῆ ὄντι ἐγκλίσειν, ὅτι αὐτῷ τὸν βασι-
λείαν ἐχρησμοδέτησε), τοῦ μὲν πατριάρχην ἐξώθησε,
Ἰωάννην δὲ ὁμοδοξὸν αὐτῷ προσβάλετο, διαίτημα
ὄντα τῆς τῶν Μονοθελητῶν διευθῆς αἰρέσεως ἐραστὴν.
Ἀρτέμιος δὲ ὁ καὶ Ἀναστάσιος λεγόμενος, τῶν
σκήπτρων τῆς βασιλείας ἐραστὴς γενόμενος, ἐπὶ
Κυζίκου πρὸς τὸν τῆς βασιλευούσης θρόνον τὸν
κατὰ τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας συνόδου, ὡς εἴρηται, λυ-

B θ'. Ἐπὶ δὲ κρίμασιν εἰς οἶδ' Ἰσαυ-
ρος τῆς βασιλείας ἐγκατέστη κύριος, καὶ μετὰ χρό-
νον ἕνατον τῆς βασιλείας τὴν εἰκονομαχίαν ἐκίνησε,
τὸν μὲν ἅγιον Γερμανὸν ἐξόριστον ἐποίησατο, μὴ
τῶν παρ' αὐτοῦ ἐλεγχουσ, Ἀναστασίῳ δὲ τὸν
τῆς πόλεως ἐνεχείρισεν θρόνον· καὶ τῆς εἰκονομαχίας
ταύτης πενήκοντα καὶ ἑπτὰ διαμεινίσθη ἐνιαυτοῖς,
πλείους, ὡς εἰκός, κατὰ διαδοχὴν ἐγένοντο πατριάρ-
χοι τῆς πόλεως ταύτης· ὕστερον δὲ ἐπὶ ἡμερῶν μὲν
Ταρασίου πατριάρχου, βασιλείῳ δὲ Εἰρήνης τῆς με-
γαλῆς καὶ Κωνσταντίνου τοῦ ταύτης υἱοῦ, ἡ ἐβδόμη
συνεκροτήθη σύνοδος· καὶ οὐδεὶς ἀπόβλητος γέγονεν
ὡς παρὰ τῶν εἰκονομαχῶν τὴν χειροτονίαν δεξάμε-
νος, μόνον εἰ τὴν αἴρεσιν ταύτην ἀπεβάλετο· πλὴν
τῶν πρωτακτικῶν καὶ ἀρχηγῶν τῆς αἰρέσεως, καὶ εἰ
τίς περὶ δειμίειν εἰς τέλος ἀνένδοτος. Πάλιν δὲ
ὕστερον μετὰ τὸν Κουροπαλάτην εὐσεβίστατον βασι-
λέα Λέων ο' Ἀρμένιος, τὴν βασιλείαν τυραννικῶς
δεξάμενος, τὴν εἰκονομαχίαν παυθεῖσαν ἤδη ἀνάγει-
ρε· καὶ τὸν ἅγιον Νικηφόρον τοῦ θρόνου καταγα-
γῶν, ἐξώρισε. Τούτων διδιδέξαστο Μιχαὴλ ο' Τραυλός,
καὶ ο' τούτου υἱὸς Θεοφίλος. Ἐν ὅλοις δὲ εἴκοσι καὶ
εἴς ἑτεσιν, εἰς οἱ ρηθέντες ἤδη αἰρετικοὶ τυραννήσαν-
τες ἀναγράφονται, οὐδεὶς σχεδὸν διαμεινίσθη ἀρ-
χιμερὺς ὀρθόδοξος. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Θεοφίλου
τὸν ἀγιώτατον Μεθόδιον πατριάρχην ἡ μεγάλη Θεο-
δώρα ἀποκατέστησεν (12)· ὃς πάντας ἐδέξατο συναι-
νεῖσαι καὶ συμβουλή καὶ τοῦ μεγάλου ἐν ἀσκηταῖς
Ἰωαννικίου, ὡς ἴσμεν ἐκ τῶν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ περὶ
τούτων φερομένων, ὅσοι δευλαδὴ αἴρεσιν ἐξωμώσαντο.

C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
α'. Ζήτησον καὶ τὰ περὶ τὸν παρανομώτατον καὶ
ἀφηνιαστὴν Ἰωσήφ, τὸν τῆς Ἐκκλησίας τότε οἰκο-
νόμον, γεγεννημένα σκάνδαλα ἐν τῇ ἐφημερίᾳ Τα-
ρασίου καὶ Νικηφόρου τῶν ἀγιωτάτων πατριαρχῶν,
καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου καὶ ὁμολογητοῦ· ἐπειδὴ
ἐκεῖνος τὸν τῆς μεγάλης Εἰρήνης υἱὸν Κωνσταντί-
νον ἐκβαλόντα τὴν οἰκίαν γαμετὴν, καὶ ἄλλην μοι-
χικῶς ἐπισαγαγόντα τῇ σφειτέρᾳ κοίτῃ παρανόμως
εὐλόγησεν, ἀπειπαμμένου τούτου Ταρασίου τοῦ ἱεροῦ·
ὃς, καὶ καθαιρέσει τὸν ἄθεσμον ὑποβαλὼν Ἰωσήφ,
οὐ μόνον εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ καὶ εἰς κοινῶν
αὐθις τοιοῦτον ἐδέξατο· ἄκων μὲν πάντας καὶ
μὴ βουλόμενος· πλὴν ἐδέξατο βιασθεῖς πρὸς τοῦ βα-
σιλέως Κωνσταντίνου, ἀνεγείραι ἀπειλουμένου κα-
κῶς τὴν ἤδη καλῶς παυθεῖσαν δυσσεβῆ εἰκονομα-
χίαν, εἰ εἰς τέλος ἀδικτοῦ μείνη τῷ πατριάρχῳ ὁ

(12) Hunc locum de Michaele, Theophilo et Theodora, citat ex Methodio ms. Allatinus. *Contra Gregh.* p. 344.

εὐλογήσας αὐτὸν, ὡς εἶρηται, Ἰωσήφ· τούτου ὑπε-
ρου καὶ Νικηφόρος ὁ πατριάρχης καὶ ὁμολογητῆς
κατεδέξατο, κατασκαφισθεὶς παρὰ Νικηφόρου τοῦ
ἀπὸ γενικῶν ἀρπάσαντος τὴν βασιλείαν βίαιως, καὶ
τὴν μακαρίαν Εἰρήνην ἐξώσαντος· Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν
κατὰ τῶν Βουλγάρων πέπτωκε πόλεμον αἰσχυρῶς ὁ
Νικηφόρος, καὶ ἡ βασιλεία εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σταυ-
ράκιον μεταβέβηκε, θανόντος καὶ τούτου μετὰ δύο
μῶνους τῆς ἀρχῆς μῆνας, ὁ Κουροπαλάτης Μιχαὴλ
τῶν σκῆπτρων ἐγκρατῆς γίνεται· καὶ Ἰωσήφ ὑπερ-
αξίως, ὡς ἂν τις ἐκ περιχαρείας εἶποι, καθαιρεῖται
παρὰ τοῦ ἱεροῦ Νικηφόρου τοῦ πατριάρχου.

α'. Οὐ γεγονότος, εἰς κοινωσίαν ὁ θεῖος συνῆλθε τῇ
Ἐκκλησίᾳ Θεόδωρος· καὶ τῷ πατριάρχῃ ἀξίως τῇ
ἑαυτοῦ καὶ γνώσει καὶ ἀρετῇ ποιῶν ἤνωτο, ὡς ἐν τῷ
βίῳ αὐτοῦ ἀναγέγραπται, καὶ ἐν τινι τῶν αὐτοῦ ἐπι-
στολῶν φέρεται· φησὶ γὰρ ὁ τὸν βίον αὐτοῦ συγγρα-
ψάμενος οὕτως· « Μετὰ τὸ ἐπανελθεῖν τὸν θεῖον
Θεόδωρον καὶ τὸν πατριάρχην Νικηφόρον ἐκ τῆς
ἐξορίας, τὸν φιλεῖν καὶ φιλοῦναιον τρόπον ἀπορρί-
ψάμενος ὁ Θεόδωρος, ὅπως μετὰ τοῦ πατριάρχου ἔ-
μῶνους, ὁμόστυγός, ὁμοδίαιτος, καὶ πολλαῖς αὐτὸν
ταῖς εὐφημίαις ἔστρεψε. » Τοῖς εἰρημίνοις συνάδει
καὶ τὰ τοῦ μεγάλου ἐν ὁμολογηταῖς πατριάρχου
Μεθοδίου· φησὶ γὰρ οὕτως ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν
αὐτοῦ πρὸς τοὺς Σακκουδιανούς καὶ Βοσκητιανούς
